



Mesl. m

5

For Lat. No. 281

Giebelberg Maelenwert
est wasserbergung liari
Almus Inj .1567.

Bibliographie

PUBLIVS.
TERENTI
VS A M. ANTONIO MVRE
TO LOCIS PROPE INNVMERA
BILIBVS EMENDATVS:

Societatis Jesu Dusseldorpij 1626
CVM EIVSDEM MVRETI ARGVMENTIS
ad singulas Comoedias:

ET FRANC. FABRICH MARCO
durani annotationibus.



DVSSELDORPII
Excudebant Iohannes Oridryus & Albertus BUCH
suis Affines. Anno. M. D. LXIII

Scr. Lat. 281

(Jnk.)

V316

281
(245)

AMPLISSIMO ORNATIS-
SIMO Q. VIRO D. IOANNI VLATTE-
no, Praeposito Aquensi, Crancenburgensi, & Carpenfi:
Illustriss. Principis Guilielmi Ducis Iul. Clu.
Mont. &c. cancellario, patrono suo, Franc.
Fabricius Marcoduranus. S. D.



HIT hoc, vir Ampliss. iam
multis annis in more positū,
institutoq; eorū, qui etatē
puerilē bonis artibus ad hu-
manitatē informandā suscipiūt, vt P. Te-
rentij Comœdias ad eam rē adhibeāt. Nā
cum non solum Terentius, (cuius nomine
hæ fabellæ inscriptæ ac editæ sunt) verū
etiam C. Lælius, (à quo propter elegan-
tiam sermonis, vt Cicero ait, scribi puta-
bantur,) viri humanitate politissimi fue-
rint, suisq; scriptis humanæ vitæ imaginē
expresserint, recte mehercle illa non pa-
rum adiumenti ad humanitatem afferre
iudicarūt. sed hodie non desunt viri docti,
qui & propter genus dicēdi à cōmuni cō-

A ij. Suetudō

EPISTOLA

y. ext.
 suetudine non nihil remotum, & propter
 res pueris non omnino cognitae, hunc au-
 ctorem aetati confirmatæ potius quàm te-
 nerae conuenire existiment: alij nimium
 religiosi eum scholis prorsus excludunt.
 De quorum iudicio, ne rationes nostras
 impediatur, breuiter aliquid respondendū
 existimo. Non sumus nos ij, qui aut pue-
 rilem institutionem à poetarum lectione
 proficisci velimus, aut Terentium ante
 Ciceronis epistolas pueris proponendum
 esse censeamus: sed cum ipse M. Tullius
 huius Comici dictionem eo loco habuerit,
 vt illam crebris sermonibus vsurpauerit,
 eiusq; auctoritate se contra Pōponij Atti-
 ci, suorum scriptorū Aristarchi, miniatas
 cerulas defenderit: certe iusta reprehē-
 sione carent, qui ita Ciceronis libros suis di-
 scipulis proponunt, vt Terentij fabellæ
 statim subsequantur. quarū lepore ac fe-
 stiuitate pueros sic duci videmus, vt mul-
 to facilius & animo percipiāt, & memo-
 rio

NVNCVPATORIA

ria custodiant ea, quæ ab hoc proprie eleganterq; sunt dicta, quàm quæ à grauioribus scriptoribus aptè ornateq; conscripta posteritati sunt propagata. Neq; vero est quod puerorum orationi metuas, cum magister quæ sunt poetica, quæ prisca, quæ à consuetudine illius sermonis, quo Cicero vsus est, intermissa, indicat, eaq; in epistolis aut orationibus nō esse ponēda monet. Iam res ipsæ, cum è communi vita petite sint, ne ineunti quidem ætati admodum ignotæ esse possunt. Atq; vtinā omnes ita vitam agerent, vt in ea nihil libidinosè, nihil intemperanter, nihil flagitiosè ac turpiter neq; fieret neq; audiretur. Sic enim improbè faceret, qui aliorum turpia facta proponēdo, non tam à vitijs suos contineret, quàm de turpitudine admoneret. Verum quando maiora scelera à nostris quotidie concipiuntur, quàm in vlla Comædia notantur, quis non videt vitam de serendam esse illi, qui in oculorū & auri

EPISTOLA

um sensum nullum turpe facinus incurre
 re velit? Cum vero in sacris litteris Chri-
 stianis permittatur commercium cum ho-
 minibus alienigenis, etiam impudicis &
 scortatoribus, quæ ista sanctimonia est,
 adolescentes prohibere scriptis Comico-
 rum, quòd in ijs nonnunquam libidinosè
 facta, non, vt imitemur, proponuntur, sed
 vt fugiamus, in alienis personis ex nostra
 vita quotidiana exprimuntur. Neque e-
 nim credibile est sanctissimos & integer-
 rimos illos viros, qui Terentium adiue-
 runt, assidueque vna scripserunt, tem-
 pus, quod ipsis à Reip. negotijs dabatur,
 in faciendis Comædijs ponere voluisse, si
 ex hoc studio plus detrimenti, quàm e-
 molumenti ad Rempub. peruenire putas-
 sent: præsertim cum talium virorum, vt
 M. Cato dicere solebat, non minus otij,
 quàm negotij rationem extare oportea-
 ret. Itaque illi cum viderent variè in vita
 peccari, in diuersis personis ea peccata in-
 dicarunt

NVNCVPATORIA

dicarunt, & sub omnium aspectum subiecerūt. Ita in duobus fratribus, qui sunt in *Adelphis*, in altero diritas, in altero nimis a lenitas improbatur. Atque ut *Plutarchus* scribit *Homerum*, cum *Paridem* hominē intemperantē luce amorī operā dantem facit, aperte illam intemperantiam vituperare: sic nobis statuendū est, *Terentii*, cum dissolutorū adolescentiū amores narrat, omnē luxuriā reprehēdere: atque o miserā et sollicitā eorū vitā summa diligentia describere, ut adolescentēs nō solū de vitiorū turpitudine admoneret, verū una ad virtutis amorē perduceret. Qua quidē in re magistri opera maxime versari debet, ut prudentiē, moderationis & tēperatiē partes nobis à natura datas hic potissimū agat: et ea, quibus pueri offenduntur, potius occultet, quā in pessulo, & alijs nescio quibus, obscœnitatē, quæ nulla est, inquirat. Verū opponitur nobis auctoritas *Aristotelis*, qui in sua ciuitate legibus cauē-

A iiij. dum

EPISTOLA

*dum putauit, ne adolescentes Comœdias
 spectent prius quàm se corroborauerint.
 Sed nihil omnino ista ad Terentiũ eiusq̃
 fabellas pertinent. Neq̃ enim ille de no-
 ua Comœdia, aut de eius auctore Menan-
 dro, à quo Terentius noster sua fere tran-
 stulit, sed de antiqua, quæ tũ in vsu erat,
 loquitur. Quid autem grauissimum Philo-
 sophũ mouerit, vt ab eius cognitione ado-
 lescentes remouerit, ex Aristophane per-
 spicuum est. Quocirca vt optimus harum
 rerum censor Cheronensis Aristophanẽ
 vsquequaq̃ nõ probat, Menandrum tan-
 quam perfectum, omnesq̃ numeros habẽ-
 rem laudat: sic nos, qui Menandrea pura
 oratione à Terentio tractata, sine omni
 obscœnitate pueris proponimus, reprehẽ-
 di non debemus. hoc vnum culpari fortas-
 sis non iniuria possit, quòd ijs libris vul-
 go vtamur, in quibus sæpe tam aliena &
 falsa inueniuntur, vt ipse Terentius, si
 ab inferis excitatus in vitam rediret ea
 pro*

NUNCUPATORIA

pro suis agniturus non esset. Quod incommodum cum ex Schola nostra sublatum esse cuperemus, Ioannes Oridryus, quem inter collegas bene litteratum habemus, Terentij fabellas mendis purgatas diligentissimè imprimendas suscepit. Cum autem plures viros doctos in his emendandis laborasse videremus, nos delegimus eum librum, quem à M. Antonio Mureto emendatum Paulus Manutius Aldi Fab hinc triennium Venetijs impressit. Nam illum ex antiquissimis libris manuscriptis ad versus rationem adhibito iudicio ita correctum deprehendimus, ut longe meliorem alijs iudicemus. Id quod in nostris Annotationibus litterarum studiosis planum facere conati sumus: quibus etiam quicquid ab alijs, maxime à Georg. Fabricio (qui permultum in Terentio præstitit) ad hunc auctorem emendandum illustrandumque allatum est, breuiter comprehendimus. Etsi vero dum in hoc opere

A. V.

versor

EPISTOLA

Versor omnium adolescentium, qui puri ser-
 monis latini sunt studiosi, utilitatē mihi
 propositam habui, in primis tamē fratris
 tui filios spectavi. quos tu nō solū publicē à
 nostris collegis, verū etiā priuatim à meo
 propinquo Stephano Plusæo, diligēter in-
 stituēdos educādosq; curas. Nā quemad-
 modū tu ipse in nobilissima Vlattenorū
 familia clarissimis parētibus, auis, maio-
 ribus natus, nō satesse putasti, ὅτι κρηπίς
 τῆς γένουσι ὁρδῶς κατεβλήθη, sicut Hercules
 apud Euripidē loquitur, nisi hoc tanquā
 fundamentū et initiū virtutū ac doctrina-
 rū elegātia exornaretur p̄ficereturq;. sic
 hos eodē loco ortos à pueris hic apud te in-
 formari voluisti, vt te præsente atq; inspe-
 ctate eam viā ingrederentur, qua ipse in
 summū dignitatis & virtutū locū ascēdi-
 sti. Tu, cū adolescens Germaniæ, Galliæ,
 Italiæ gymnasia lustrasses, & cum viris
 doctissimis, in quibus Erasmus Roterodamus
 princeps fuit, vixisses, in Imperij
 senatus

NUNCUPATORIA

Senatu, qui Cesare absente summam re-
rum administrabat, locum honoratū ante
quā te plane corroborasses, obtinuisti.
Vnde cum ad ornandam patriam, quæ or-
tus nostrī maximā partē vendicat, reuer-
tisses, tantam Princeps illustris. et in con-
silio capiēdo prudentiam tuā, & in dan-
do fidem ac religionem perspexit, ut te
omnium Consiliariorum primum habue-
rit, te legationes grauiſſimas dubijs etiā
tēporibus obire voluerit, te deniq; ex om-
nibus dignū iudicarit, cui legū omnisq; ius
ris et æquitatis custodiā mandaret. Quod
munus, quāuis difficill. tu ita sustines, ut
in magna mole curarum illā de fratris tui
filijs nō abicias. quos cōfidimus tui nō dis-
similes fore, quādo in primis illis in itijs tā
tas p̄gressiones exiguo tēpore fecerūt, ut
breui in illū ordinē sint p̄ueturi, vbi Cice-
ronis epist. et Terentij Com. explicari au-
diēt. Quare ut currētes iā incitarē, simulq;
adiumēti aliq̄din pulcherr. cursu afferrē,
iā

Handwritten:
1. in Ruffin
15.
1. 2.

iam Terentium ijs offero, cui explicatio-
nes nostræ in epistolas Ciceronis subse-
quenter, modò tua benignitas, in qua iam
pridem magnam spem collocatam habe-
mus, nos in his laboribus non destituerit.
Bene vale Patrone obseruande, & nos
cum vniuerso Gymnasio, nouaꝫ typogra-
phia in tuã fidem & clientelam accipe.
Dusseldorpij. decimo kal. May. Anno M.
D. LVIII.

VITA TERENTII, AD EMENDATIO

nem M. Antonij Mureti.

Pvblus Terentius Afer, Carthagine natus, ser-
uiuit Romæ Terentio Lucano senatori: à quo ob
ingenium, & formam nõ institutus modo liberaliter,
sed & mature manumissus. quidam captum esse ex-
istimant. quod fieri nullo modo potuisse, Fenestella
docet, cum in fine secundi belli Punici & ante initi-
um tertij natus sit, & mortuus: nec, si à Numidis aut
Getulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire po-
tuisse, nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi
post delatam Carthaginem, cœpto. hic cum multis no-
bilibus familiariter uixit: sed maxime cum Scipione
Africano, & cum Lælio: quibus etiam corporis gratia
conciliatus existimatur. quod & ipsum Fenestella ar-
guit.

guit, contendens utroque maiorem natu fuisse, quam-
uis Cornelius Nepos æquales omnes fuisse tradat, &
Porcius suspicionem de consuetudine per hæc faciat:
Dum lasciuiam nobilium & fucosas laudes petit,
Dum Africani uocem diuinam inhiat auidis auribus,
Dum, ad Furiũ se cœnitare, & Lælium, pulchrũ putat,
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum rapi
Ob florem ætatis suæ, ad summã inopiam redactus est.
Itaque è conspectu omnium abiit Græciam in terram
ultimam:

Mortuus est in Stymphalo Arcadiæ oppido: nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idẽ tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorũ ille opera ne domum quidẽ habuit conducticiam:
Saltem ut esset quò referret obitum domini seruulus.

Scripsit comoedias sex, ex quibus primam Andriam
cum Aedilibus daret, iussus antè Cæcilio, recitare, ad
cœnantem cum uenisset, dictus est initium quidem fa-
bulæ, quòd erat contemptiore uestitu, subsellio iuxta
lectulum residens legisse, post paucos uero uersus, in-
uitatus ut accumberet, cœnasse una, deinde cætera per-
currisse non sine magna Cæcilij admiratione. & hanc
autem, & quinque reliquas equaliter populo proba-
uit, quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita
scribit: Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta est, meruitq; pretium,
quantum nulla antea cuiusquam comoedia, id est octo
millia nummũm: propterea summa quoq; titulo ascribi

6173

tur. nam Adelphorū principium Varro etiam præferre
principio Menandri. non obscura fama est, adiutum Te-
rentiū in scriptis à Lælio et Scipione: quibuscū famili-
ariter uixit. eandem ipse auxit: nunquā enim nisi leu-
ter, se tutari conatur: ut in prologo Adelphorum.
Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, assidueq; una scribere:
Quod illi maledictum uehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,
Qui uobis uniuersis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio, &c.
Videtur autem se leuius defendisse, quia sciebat Lælio
& Scipioni non ingrati esse hanc opinionem: quæ ta-
men magis, & usque ad posteriora tēpora ualuit. Qu-
Memmius in oratione pro se ait P. Africanus, qui à Te-
rentio personam mutuatus, quæ domi luserat ipse, no-
mine illius in scenā detulit. Nepos auctore certo compe-
risse se ait: C. Lælium quondam in Puteolano kal. Mar-
tij, admonitum ab uxore, temporius ut discumberet,
petiisse ab ea, ne interPELLARETUR: serius tandem ingres-
sum triclinium, dixisse, non sæpe in scribendo raris
successisse sibi: deinde rogatum ut scripta illa proferret,
pronunciassse uersus, qui sunt in Heautō timorumeno.
Sati' pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.
Santra Terentium existimat, si modo in scribendo ad-
iutoribus indiguerit, non tã Scipione & Lælio uti pos-
tuisse, qui tunc adolescentuli fuere, quàm Sulpicio Gab-
lo, homine docto, & qui consularibus ludis initium fe-

cerie

8

cerit fabularū dandarū: uel Qu. Fabio Labeone, & M.
Popillio, consulari utroq; ac poeta: ideo ipsum non iu-
uenes designasse, qui se adiuuisse dicerentur, sed uiros,
quorū operā & in bello, & in otio, & in negotio po-
pulus sit expertus. Post editas comœdias nondū quintū
atq; trigesimum egressus annum, causa euitandæ opis
nionis, quia uidebatur aliena pro suis edere, seu perci-
piendi Græcorum instituta moresq; quos perinde ex-
primeret in scriptis, egressus urbe est, neq; amplius re-
diit. de morte eius Volcatius tradit,
Sed ut Afer sex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit: nauim cum semel
Conscendit, uisus nunquam est, sic uita uacat.

Qu. Consetius redeuntem è Græcia perijsse in marē
dicit cum centū & octo fabulis conuersis à Menandro.
ceteri, mortuum esse in Arcaniæ Stymphalo tradunt,
Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore eos mor-
bo implicitum acri, dolore ac tædio amissarum fabula-
rum, quas in nauī præmiserat, ac simul fabularum, quas
nouas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili
corpore, colore fusco. reliquit filiam, quæ equiti Rom.
nupsit. itē hortulos XX. iugerū, uia Appia ad Martis
uillā. quo magis miror Porciū scribere, nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabāt nobiles facillime.
Eorū ille opera ne domū quidem habuit conducticiam:
Saltem ut esset, quò referrer obitum domini seruulus.
hunc Afranius quidem omnibus comisis præfert, scri-
bens

bens in Compitalibus,

Terentio non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solū Nævio, et Plauto, et Cecilio,
sed Licinio quoque postponit. Cicero in Limone hæte-
nus laudat,

Tu quoq; qui solus lecto sermone Terenti

Conuersum expressumq; latina uoce Menandrum

In medio populi sedatis uocibus effers,

Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. Cæsar,

Tu quoque tu in summis o dimidiate Menander

Poneris, & merito, puri sermonis amator.

Lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis

Comica, ut æquato uirtus polleret honore

Cum Grecis, neque in hac despectus parte iaceres.

Vnum hoc maceror & doleo tibi deesse Terenti.

hæc Suetonius Tranquillus. nam duos Terentios poe-
tas fuisse scribit Metius: quorum alter Fregellanus fue-
rit Terentius Libo, alter libertinus Terentius Afer pa-
tria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse
Terentium, Valgius in Actæone ait,

Hæ quæ uocantur fabulæ, cuius sunt?

Non hæc, qui iura populis recensentibus dabat

Honore summo affectus, fecit fabulæ?

Duæ ab Apollodoro translatae esse dicuntur comicae,

Phormio, & Hecyra, quatuor reliquæ à Menandro: ex

quibus magno successu, & pretio stetit Eunuchus, Hec-

cyra sepe exclusa uix acta est.

ANDRIA

ANDRIA TERENTII

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS M.
FVLVIO, ET M^r. GLABRIONE AEDI
LIBVS CVRVLIBVS, EGERVNT L.
AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS
PRAENESTINVS. MODOS FECIT
FLACCVS CLAVDII, TIBIIS PARI
BVS DEXTRIS, ET SINISTRIS.
ET EST TOTA GRAECA, EDI
TA M. MARCELLO, CN. SVLP
CIO COSS.

P E R S O N A E.

SIMO	senex
PAMPHILVS	adolescens.
DAVVS	seruus.
DROMO	lorarius.
SOSIA	libertus.
CHARINVS	adolescens.
BYRRHIA	seruus.
CRITO	hospes.
CHREMEſ	senex.
GLYCERIVM	filia Chre.
MYSIS	ancilla.
LESBIA	obstetrix.

A

C.SVL

ANDRIA

C. SVLPICII APOLLINARIIS

Periocha.

Var. lect.

Sororem falso creditam meretriculae,
Genere Andriae, Glycerium uiciat Pamphilus
Grauidaque facta, dat fidem uxorem sibi
Fore hanc: nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis: atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens, suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium insperato agnitam
Dat hanc Pamphilo, aliam Charino coniugem.

PROLOGVS

Versatur circa hanc iudicationem, an licitum sit
alienis translatis pro suis uti.

Ad Jus

Poeta cum primum animum ad scribendum ap-
pulit,
Id sibi negoti credidit solum dari,
Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit:
Nam in prologis scribundis operam abutitur,
Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli

Veteris

PROLOGVS

3

Veteris poetæ maledictis respondeat.

Nūc, quam rem uicio dent, quæso animum aduortite.

Menander fecit Andriam, & Perinthiam.

Qui utramuis recte norit, ambas nouerit.

Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen

Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.

Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia

Fatetur transtulisse, atq; usum pro suis.

Isti id uituperant factum, atq; in eo disputant,

Contaminari non decere fabulas.

Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.

Qui cum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium

Accusant, quos hic noster auctores habet:

Quorum æmulari exoptat neglegentiam

Potius, quàm istorum obscuram diligentiam.

Dehinc ut quiescant porro, moneo, & desinant

Maledicere, malefacta ne noscant sua.

Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,

Vt pernoscat, ecquid spei sit relliquum,

Posthac quas faciet de integro comœdias,

Spectandæ, an exigendæ sint uobis prius.

ACTVS PRIMI SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Hac comprehenditur artificiosa expositio argu-
menti totius fabulae. Et inest imago sollicitudinis pa-
ternae: & exemplum bonae ac illustris narrationis.

SIMO, SOSIA.

Iambici trimetri.



OS istaec intro auferte: abite. Sosia
Adeisdum: paucis te uolo. SO. di-
ctum puta:

Nempe ut curentur recte haec. SI.
immo aliud. So. quid est,
Quod tibi mea ars efficere hoc

possit amplius?

SI. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro:

Sed ijs, quas semper in te intellexi sitas,

Fide, & taciturnitate. So. expecto, quid uelis.

SI. Ego postquam te emi à paruulo, ut semper tibi

Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus,

Scis. feci, è seruo ut esses libertus mihi,

Propterea quòd seruiebas liberaliter.

Quod habui summum precium, persolui tibi.

So. In memoria habeo. Si. haud muto factũ. So. gaudeo,

Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat Simo, &

Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.

Sed mi hoc molestum est: nam istaec commemoratio

Quasi exprobratio est immemoris benefici.

Quin tu uno uerbo dic, quid est, quod me uelis.

SI. Ita

TERENTII

SI. Ita faciam. hoc primum in hac re prædico tibi.

Quas credis esse has, non sunt ueræ nuptiæ.

SO. Cur simulas igitur? si. rē omnē à principio audies.

Eo pacto & gnati uitam, & consilium meum

Cognosces, & quid facere in hac re te uelim.

Nam is postquam excessit ex ephēbis Sosia,

Liberius uiuendi fuit potestas: nam antea

Qui scire posses, aut ingenium noscere,

Dum ætas, metus, magister prohibebant? SO. ita est.

SI. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli,

Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos

Alere, aut canes ad uenandum, aut ad philosophos:

Horum ille nihil egregie præter cætera

studebat, & tamen omnia hæc mediocriter:

Gaudebam. SO. non iniuria: nam id arbitror

Ad prime in uita esse utile, ut **NE QUID NIMIS.**

SI. Sic uita erat: facile omneis perferre, ac pati:

Cum quibus erat cunq; una, ijs sese dedere,

Eorum obsequi studijs, aduersus nemini,

Nunquam præponens se alijs. ita facillime

Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares.

SO. Sapienter uitam instituit: nanq; hoc tempore

OBSEQVIVM AMICOS VERITAS

ODIVM PARIT.

SI. Interea mulier quædam abhinc triennium

Ex Andro commigrauit huc uiciniæ,

Inopia, & cognatorum negligentia

Coacta, egregia forma, atq; ætate integra.
 So. Hei uereor, ne quid Andria apportet mali.
 Si. Primum hæc pudice uitam, parce, ac duriter
 Agebat, lana, ac tela uictum quæritans:
 Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,
 Unus, & item alter: ita ut ingenium est omnium
 Hominum à labore procliue ad lubidinem,
 Accepit conditionem, deim quæstum occipit.
 Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
 Perduxere illuc secum, ut una esset, meum.
 Egomet continuo mecum: certe captus est:
 Habet. obseruat am mane illorum seruulos
 Venienteis, aut abeunteis: rogitabam, heus puer,
 Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ
 Illi id erat nomen. So. teneo. Si. Phædrum, aut Cliniam
 Dicebant, aut Niceratum. (nam hi tres tum simul
 Amabant) eho, quid Pamphilus? quid? symbolum
 Dedit, cœnauit. Gaudebam. item alio die
 Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
 Quidquam attinere. enim uero spectatum satis
 Putabam, & magnum exemplum continentia:
 Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi,
 Neq; commouetur animus in ea re tamen,
 Scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum.
 Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
 Bona dicere, & laudare fortunas meas,
 Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.

Quid

Quid uerbis opus est? hac fama impulsus Chremes,
 Vltro ad me uenit, unicam gnatam suam
 Cum dote summa filio uxorem ut daret.
 Placuit: despondi: hic nuptijs dictus est dies.
 So. Quid obstat, cur non uere fiant? Si. audies.
 Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
 Chrysis uicina hæc moritur. So. o factum bene:
 Beasti: metui à Chryside. Si. ibi tum filius
 Cum illis, qui amabāt Chrysidē, una aderat frequens:
 Curabat una funus: tristis interim,
 Non nunquam conlacrumabat. placuit tum id mihi.
 Sic cogitabam: hic parue consuetudinis
 Causa mortem huius tam fert familiariter:
 Quid, si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
 Hæc ego putabam esse omnia humani ingeni
 Mansuetiq; animi officia. quid multis moror?
 Egomet quoq; eius causa in funus prodeo,
 Nihil suspicans etiam mali. So. hem quid est? Si. scies.
 Effertur: imus. interea inter mulieres,
 Quæ ibi aderant, forte unam aspicio adolescentulam,
 Forma. So. bona fortasse. Si. & uultu Sofia
 Adeo modesto, adeo uenusto, ut nihil supra.
 Quia tum mihi lamentari præter ceteras
 Visa est, & quia erat forma præter ceteras
 Honestæ, & liberali: accedo ad pedisequas:
 Quæ sit, rogo. sororem esse aiunt Chrysidis.
 Percussit illico animum. at at, hoc illud est.

ANDRIA

Hinc illæ lacrumæ, hæc illa est misericordia.
 So. Quàm timeo, quorsum euadas. Si. funus interim
 Procedit: sequimur: ad sepulcrum uenimus.
 In ignem posita est: fletur. interea hæc soror,
 Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,
 Sati^u cum periculo. ibi tum exanimatus Pamphilus
 Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat:
 Accurrit: mediam mulierem complectitur:
 Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
 Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres,
 Reiecit se in eum flens quàm familiariter.
 So. Quid ais? Si. redeo inde iratus, atq; ægre ferens.
 Nec satis ad obiurgandum causæ. diceret,
 Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
 Quæ sese uoluit in ignem iniicere, prohibui,
 Seruauit. honesta oratio est. So. recte putas:
 Nam si illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit,
 Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
 Si. Venit Chremes postridie ad me, clamitans,
 Indignum facinus, comperisse, Pamphilum
 Pro uxore habere hanc peregrinam. ego illud sedulo
 Negare factum. ille instat factum. deniq;
 Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam
 Neget daturū. So. non tu ibi gnatum? Si. ne hæc quidē
 Sati^u uehemens causa ad obiurgandum. So. qui, cedo?
 Si. Tute ipse his rebus finem præscripsti pater:
 Frope adest, cum alieno more uiuendum est mihi:

Sine

TERENTII.

Sine nunc meo me uiuere interea modo.
 So. Quis igitur relictus est obiurgandi locus?
 Si. Si propter amorem uxorem nolit ducere:
 Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est.
 Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias
 Vera obiurgandi causa sit, si deneget:
 Simul, sceleratus Dauus si quid consili
 Habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli:
 Quem ego credo manibus, pedibusq; obnixe omnia
 Facturum, magis id adeo, mihi ut incommodet,
 Quam ut obsequatur gnato. S. quapropter? Si. rogas?
 Mala mens, malus animus. quem quidem ego si sensero.
 Sed quid opus est uerbis? sin eueniat, quod uolo,
 In Pamphilo ut nil sit moræ: restat Chremes:
 Qui mihi exorandus est, & spero confore.
 Nunc tuum est officium, has bene ut adsimules nuptias,
 Perterrefacias Dauum, obserues filium,
 Quid agat, quid cum illo consilij captet. So. sat est:
 Curabo: eamus iam nunc intro. Si. i præ, sequar.
 Non dubium est, quin uxorem nolit filius:
 Ita Dauum modo timere sensi, ubi nuptias
 Futuras esse audiuit. sed ipse exit foras.

THESES. ETHICAE I. VV.

- i. In Sofia est seruorum officium.
- ij. In Phamphilo sunt mores & studia adolescentum.
- aij. In Chryside sunt gradus, quibus ab honestate ad turpitudinem uitæ peruenitur.

iiij. In Glycerio est pietas sororis in funeratione, & amore adolescentulorum.

v. In Simone est sollicitudo parentum, ut liberi ab amore scortorum in matrimonium uocentur.

ACTVS PRIMI SCENAE II.

PERIOCHA I. C.

Colloquium simulatum senis & serui. Ethos solliciti ac prudentis senis, & serui improbi ac ueteratoris.

DAVVS, SIMO.

Iamblici senarij & octonarij, unus quaternarius, omnes acatalecti. (tas

Mirabar, hoc si sic abiret: et heri semper lenis
Verebar quorsum euaderet.

Qui postquã audierat non datum iri filio uxore suo,
Nunquam cuiquam nostrum uerbum fecit, neque id
egre tulit.

S. At nunc faciet, neque, ut opinor, sine tuo magno
malo.

D. Id uoluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,
Speranteis iã amoto metu, interea oscitãtes opprimi,
Ut ne esset spatiũ cogitandi ad disturbandas nuptias:
Astute. S. carnufex quæ loquitur? D. herus est, neque
preuideram.

S. Daue. D. hem, quid est? S. e rhodum ad me. D. quid hic
uolt? S. quid ais? D. qua de re? S. rogas?

Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat
scilicet

scilicet.

S. Hoccine agis? an non? **D.** ego uerò istuc. **S.** sed nunc
ea me exquirere,

**Iniqui patris est: nam, quod antehac fecit, nihil ad me
attinet:**

**Dum tempus ad eam rem tulit, siui animum ut exple-
ret suum:**

Nunc hæc dies aliã uitã adfert, alios mores postulat.

**De hinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, ut re-
deat iam in uiam.**

D. Hoc quid sit? **S.** omnes qui amant, grauius sibi dari
uxorem ferunt.

D. Ita aiunt. **S.** tum si quis magistrum cepit ad eam
rem improbum,

**Ipsum animum egrotum ad deteriozem partem ple-
runque applicat.**

D. Non hercle intellego. **S.** non? hem. **D.** non: Dauius
sum, non Oedipus.

S. Nempe ergo aperte uis, quæ restant, me loqui. **D.**
sane quidem.

S. Si sensero hodie, quidquam in his te nuptijs

Fallaciæ conari, quo fiant minus:

Aut uelle in ea re ostendere, quàm sis callidus:

**Verberibus cæsum te in pristinum Daue dedam usq;
ad necem,**

**Ea lege, atque omine, ut, si te inde exemerim, ego pro
te molam,**

Quid

ANDRIA

Quid, hoc? intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? D. immo callide:

Ita aperte ipsam rem modo locutus: nihil circuitione usus es.

S. Vbiuis, facilius passus sim, quam in hac re, me deludier.

D. Bona uerba quaeso. S. irrides? nihil me fallis. sed dico tibi,

Ne temere facias, neq; tu hoc dicas tibi non praedictum. caue.

THESES ETHICAE. I. VV.

I Matrimonium utilissimum est amatoribus remedium.

ij Domestica exempla sunt admodum perniciofa. Est enim talis paedagogia peste pestilentior.

iiij Improbis seruis & immorigeris sua est poena.

iiij Indulgentia parentum damnosa est. Debent itaq; patres ita semper sub ferula coercere filios, ne porro seruorum opera opus sit, ut in uiam redeant.

ACTVS PRIMI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Deliberatio perturbati serui, Et perquam artificiosa parasceue, id est, preparatio sequentium.

DAVVS.

Iambici octonarij & senarij.

ENING

TERENTII

E Nimvero Daue nihil loci est segnitie, neq; so-
cordie,

Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptijs
Que si nõ astu prouidetur, me aut herũ pessundabũt.
Nec, quid agam, certum est, Pamphilumne adiutem,
an auscultem seni. (minas.

Si illum relinquo, eius uitæ timeo: sin opitulor, huius
Cui uerba dare difficile est. primum iam de amore,
hoc comperit:

Me insensus seruat, ne quam faciã in nuptijs fallaciam.

Si senserit, perij: aut, si libitum fuerit, causam ceperit,

Quo iure, quaq; iniuria precipitẽ in pristinũ dabit.

Ad hæc mala hoc mi accedit etiam: hæc Andria,

Siue ista uxor, siue amica est, grauida è Pamphilo est:

Audireq; eorum est operæ pretium audaciam:

Nam inceptio est amentium, haud amantium:

Quidquid peperisset, decreuerunt tollere:

Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,

Ciuem Atticam esse hanc: fuit olim quidam senex,

Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam:

Is obiit mortem: ibi tum hanc eiectam Chrysidis

Patrem recepisse orbam, paruam. fabulæ.

Mihi quidem non hercle fit uerisimile.

Atqui ipsis commentum placet.

Sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum, ut

Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudem

tem opprimat.

THESES

THESES ETHICAE. I. VV.

I In praesente necessitate absit segnitia, & socordia
illa quidem est corporis, haec uero animi.

ACTVS PRIMI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

It ancilla accersitum obstetricem. Ethos curiosi-
tatis uulgaris.

MYSIS.

Trochaici octonarij catalectici.

A Vdiui Archillis iam dudum: Lesbiam adduci
iubes.

sane pol illa temulenta est mulier, & temeraria,
Nec sati digna, cui committas primo partu mulie-
rem:

Tamen eam adducam. importunitatem spectate ani-
culæ:

Quia compotrix eius est . Di date facultatem ob-
secro

Huic pariundi, atque illi in alijs potius peccandi lo-
cum.

Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? uereor,
quid fiet.

Opperiar, ut sciam, nunquidnam haec turba tristitia
adferat.

THESES ETHICAE I. VV.

I Merito sunt de obstetricibus muliercula sollicitæ.

*In rebus serijs gerundis temeritas & ebrietas
absint.*

ACTVS PRIMI SCENAE V.
PERIOCHA I. C.

*Perturbati & uarie affecti Pamphili querela &
dubitatio: & Mysidis subdola oratio confirmans amo-
rem adolescentis. Ethos animi commoti ac cupidi, qui
leui momento impellitur & sibi indulget.*

PAMPHILVS, MYSIS.

*Iambici & trochaici octonarij, uariè mixti, bina-
rius unus, quaternarij quatuor.*

Hoccine est humanum factum, aut inceptum?
Hoccine officium patris?

M. Quid illud est?

P. Pro deum, atq; hominum fidem, quid est, si non haec
contumelia est?

Vxorem decreuit dare sese mi hodie: nonne oportuit

Præscisse me ante? nonne prius communicatum oportuit?

M. Miseram me, quod uerbum audio? P. quid Chreames?
qui denegauerat,

Se commissurum mihi gnatam suam uxorem: mutauit id;

Quoniam me immutatum uidet.

Itane

ANDRIA

Itane obstinate operam dat, ut me à Glycerio miserum
abstrahat?

Quod si fit, pereo funditus.

Adeon hominem inuenustum esse, aut infelicem quem
quam, ut ego sum?

Pro deum, atque hominum, nullon' ego

Chremetis pacto affinitatem effugere poterò? quot
modis

Contemptus, spretus? facta, transacta omnia. hem

Repudiatus repetor, quamobrem? nisi si id est, quod
suspitor:

Aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi
potest,

Itur ad me. M. oratio hæc me miserã exanimauit metu

P. Nam quid ego dicam de patre, ab (modo

Tantamne rem tam negligenter agere? præteriens

Mihi apud forum, uxor tibi ducenda est Pamphile ho
die, inquit: para:

Abi domum. id mihi uisus est dicere, abi cito, & sus
pende te.

Obstupui. censen' ullum me uerbũ potuisse proloqui?

Aut ullam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? ob
mutui.

Quòd si ego prius id rescissem: quid facerem, si quis
nunc me roget:

Aliquid facerem, ut hoc ne facerem. sed nunc primum
quid exequar?

Tot

Tot memē impediunt curæ, quæ meum animum diuer
se trahunt:

Amor, huius misericordia, nuptiarum sollicitatio,
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo
usque adhuc,

Quæ meo cunq; animo libitum est, facere: einc ego ut
aduorser? hei mihi,

Incertum est, quid agam. M. misera timeo, hoc incer-
tum quorsum accidat.

Sed nunc peropu' est, aut hunc cum ipsa, aut me alia
quid de illa aduersum hunc loqui. (litur

Dū in dubio est animus, paulo momēto huc illuc impel

P. Quis hic loquitur? Mysis salue. M. o salue Pamphi-
le. P. quid agit? M. rogas?

Laborat è dolore: atq; ex hoc misera sollicita est, diem
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ: tum au-
tem hoc timet,

Ne deseras se. P. hem, egone istuc conari queam?

Ego propter me illam decipi miseram sinam?

Quæ mihi suum animum, atq; omnem uitam credidi?

Quam ego animo egregie carã pro uxore habuerim:

Bene, & pudice ciu' doctum, atq; eductum, sinam,

Coactum egestate ingenium immutarier?

Non faciam. M. haud uereor, si in te solo sit situm:

Sed uim ut queas ferre. P. adeon' me ignauum putas?

Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,

Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor

Commoueat, neq; commoneat, ut seruem fidem?

M. Vnū hoc scio, hanc meritā esse, ut memor esses suis.

P. Memor essem? o Mysis Mysis, etiam nunc mihi

Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis

De Glycerio. iam ferme moriens me uocat:

Accessi: uos semotæ: nos soli. incipit:

Mi Pamphile, huius formam, atque ætatem uides:

Nec clam te est, quàm illi utræq; res inutiles

Et ad pudicitiam, & tutandam ad rem sient.

Quòd ego per hanc te dextram oro, & genium tuum

Per tuam fidem, perq; huius solitudinem

Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras.

Si te in germani fratris dilexi loco,

Siue hæc te solum semper fecit maxumi,

Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Te isti uirum do, amicum, tutorem, patrem:

Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.

Hanc mi in manū dat: mors continuo ipsam occupat.

Accepi: acceptam seruabo. M. ita spero quidem.

P. Sed cur tu ab illa? M. obstetricē accerso. P. prope ræ:

Atq; audin? uerbum unum caue de nuptijs,

Ne ad morbum hoc etiam. M. teneo.

THESIS ETHICA. I. VV.

I Adolescentes ad matrimonium ab amore meretricio difficile auelluntur.

ACTVS SECVNDI SCENAE I,

PERIOCHA I. C.

D/4

Duplicatur argumentū introducto altero amante
adolescente, & contrarijs personis: nam est adolescēs
desipiens, & seruulus recte monstrat.

CHARINVS, BYRRHIA, PAMPHILVS

Iambici senarij & octonarij, & unus quaternari
us: Item Trochaici iambicis permixti.

Quid ais Byrrhia?

Datur illa Pamphilo hodie nuptum? B. sic

est. C. qui scis Byrrhia? (mihi.

B. Apud forum modo de Dauo audiui. C. uæue misero

Vt animus in spe, atq; in timore usq; antehac atten-
tus fuit,

Ita, postquā adēpta spes est, lassus, cura cōfectus stupeſcit

B. Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod uis
non potest, (uolo.

Velis id quòd possit. C. nihil aliud, nisi Philumenam

B. Ah, quanto satius est, id operam te dare,

Istum qui amorem ex animo amoueas, quàm id loqui,

Quo magis libido frustra incendatur tua. (mus.

C. Facile omnes, cū ualemus, recta cōsilia egrotis da-

Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, ut lubet. C. sed

Pamphilum (quid hic agit?

Video. omnia experiri certū est prius, quā pereo. B.

C. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem huic
narrabo meum.

Credo impetrabo, ut aliquot saltē nuptijs prodat dies

Interea fiet aliquid, spero. B. id aliquid nihil est. C.

Byrrhia,

B ij

Quid

Quid tibi uidetur? ad eon' ad eum? B. quid ni? si ni hil
impetres,

Vt te arbitretur sibi paratū mœchū, si illam duxerit.

C. Abi hinc, abi in malam crucem cum suspicione istac,
scelus.

P. Charinum uideo. salue. C. o salue Pamphile:

Ad te aduenio, spem, salutem, auxilium, consilium ex-
petens.

P. Neq; pol consilij locum habeo, neq; auxiliij copiam.

Sed istuc quidnam est? C. hodie uxorem ducis? P. aiunt.

C. Pamphile,

Si id facis, hodie postremum me uides. P. quid ita? C.
hei mihi,

Vereor dicere: huic dic quæso Byrrhia. B. ego dicam.

P. quid est?

S. Sponsam hic tuam amat. P. nœ iste haud mecū sentit.
ehodum dic mihi,

Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Carine? C. ab
Pamphile,

Nil. P. quàm uellem. C. nunc te per amicitiam, & per
amorem obsecro,

Principio ut ne ducas. P. dabo & quidem operam. C.
sed si id non potes,

Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi. P. cordi? C. saltem ali-
quot dies

Profer, dum proficiscor aliquò, ne uideam. P. audi
nunc iam:

Ego

TERENTII

Ego Charine ne utiquam officium esse liberi puto,
 Cū is nil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.
 Nuptias effugere ego istas malo, quàm tu adipiscier.
 C. Reddidisti animum. P. nunc si quid potes aut tu, aut
 hic Byrrhia,

Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi:

Ego id agam, mihi qui ne detur. C. sat habeo. P. Da
 uum optumæ

Video. huius consilio fretus sum. C. at tu hercle haud
 quidquam mihi,

Nisi ea, quæ nihil opus sunt sciri. fugim' hinc? B. ego ue-
 ro ac lubens.

THESES ETHICAE I. VV.

I Amatores stulti, temerarij, peruicaces, & tandem
 miseri sunt.

ACTVS SEC VNDI SCENAE II

PERIOCHA I. C.

Callidissimi consilij excogitatio, & ob successum
 exultatio immodica, & stulta fiducia in re inexplora-
 rata. Ethos Davi seruile, temerarium, & confidens:
 Pamphili considerans & honestum: Charini leue &
 humile.

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS

Trochaici octonarij catalectici.

DI boni, boni quid porto? sed ubi inueniam Pam-
 philum,

B iij

Vt

Vt metum, in quo nunc est, adimam, atq; expleam animum gaudio?

C. Lætus est, nescio quid. P. nihil est. nondum hæc res sciuit mala.

D. Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias.

C. Audim' tu illum? D. toto me oppido exanimatum querere.

Sed ubi queram? aut quo nunc primum intendam? C. cessas alloqui?

D. A heo. P. Daue ades, resiste. D. quis homo est, quod me? o Pamphile,

Te ipsum quero. euge o Charine: ambo opportune: uos uolo.

P. Daue, perij. D. quin tu hoc audi. P. interij. D. quid timeas, scio.

C. Mea quidem hercle in dubio uita est. D. & tu quid, scio.

P. Nuptiæ mihi. D. & id scio. P. hodie. D. obtundis, tametsi intellego.

Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. C. rem tencs. (uide.

P. Istuc ipsum. D. atq; istuc ipsum, nil pericli est: me

P. Obsecro te, quamprimum hoc me libera miserum metu D. hem,

Libero: uxorem tibi iam non dat Chremes. P. qui scis? D. scio.

Tuus

Tuus pater modo me prehēdit: ait, tibi uxorem dare
 Hodie: itē alia multa, quæ nunc nō est narrandi locus.
 Continuo ad te properans percurro ad forum, ut di-
 cam tibi hæc.

Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quenlam excelsum
 locum,

Circumspicio: nusquam. forte ibi huius uideo Byrrhiā
 Rogo: negat uidisse: mihi molestum: quid agā, cogito.

Redeunti interea ex ipsa re mi incidit suspectio: hē,
 Paululum obsoni, ipsus tristis, de improviso nuptiæ:

Non coherent. P. quorsum nam istuc? D. ego met con-
 tinuo ad Chremem.

Cum illō aduenio, solitudo ante ostiū: iam id gaudeo.
 P. Recte dicis, perge. D. maneo. interea introire ne-
 minem

Video, exire neminem, matronam nullam, in œdibus
 Nil ornati, nil tumulti. accessi, introspexi. P. scio.

Magnum signum. D. num uidentur conuenire hæc
 nuptiis?

P. Non, opinor Daue. D. opinor, narras? non recte
 accipis.

Certa res est. etiā puerū inde abiens cōueni Chremis.
 Olera et pisciculos minutos ferre obolo in cœnā seni.

C. Liberatus sum Daue hodie tua opera. D. at nullus
 quidem.

C. Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. D. rie-
 diculum caput.

Quasi necesse sit, si huic nō dat, te illā uxorem ducere.
Nisi uides, nisi senis amicos oras, ambis. C. bene mo-
nes.

Ibo: et si hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est.
uale.

THESES ETHICAE.

I Hic in Dauo est pro hero prudentia seruilis. Huius
loci est illud Platonis in 6. de legib. Nihil integrū
neq; sanum habet animus seruilis: nihil oportet cre-
dere his hominem qui sapiat.

ACTVS SECVNDI SCENAE III.

PERIOCHA I. C.

Hæc scena continuatur ad superiorem summotā
Charini persona: & est consultatio Dauī & Pamphi-
li, qua imprudens in periculum conijcitur Pāphilus.

PAMPHILVS, DAUVS.

Trochaici octonarij catalectici, iambici senarij
& octonarij acatalecti.

Quid igitur sibi uolt pater? cur simulat? D. ego
dicam tibi.

Si id succenseat nunc, quia non det tibi uxorem Chre-
mes,

Ipsū sibi esse iniurius uideatur: neq; id iniuria:

Prius, quā tuum, ut sese habeat, animum ad nuptias
perspexerit.

Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet:

Tum illæ turbæ fient. P. quid? uis, patiar? D. pater est

Pam

Pamphile.

Difficile est. tum hæc sola est mulier. dictum ac factum
inuenerit

Aliquam causam, quam obrem eijciat oppido. P. eij-
ciat? D. cito.

P. Cedo igitur, quid faciam Daue? D. dic te ducturum.

P. hem. D. quid est?

P. Ego dicam? D. cur non? P. nunquam faciam. D. ne
nega.

P. Sua lere noli. D. ex ea re quid fiat, uide.

P. Ut ab illa excludar, huc concludar. D. non ita est.

Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem.

Ducas uolo hodie uxorem, tu, ducam, inquires:

Cedo, quid iurgabit te cum? hic reddes omnia,

Que nunc sunt certa ei consilia, incerta ut sient,

Sine omni periculo: nam hocce haud dubium est, quin

Chremes

Tibi non det gnatam: nec tu ea causa minueris

Hæc quæ facis, ne is mutet suam sententiam.

Patri dic uelle: ut, cum uelit tibi iure irasci, nõ queat.

Nam quod tu speres, propulsabo facile. uxorem his
moribus

Dabit nemo. inopem inueniet potius, quàm te corrũ-
pi sinat:

Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem fe-
ceris.

Aliam otiosus quæret: interea aliquid acciderit boni.

B ▼

P. Itas

P. Itan' credis? D. haud dubium id quidem est. P. uide,
quò inducas. D. quin taces?

P. Dicam. puerum autem ne resciscat mihi esse ab il-
la, cautio est:

Nam pollicitus sum suscepturū. D. ô facinus audax.

P. hanc fidem

Sibi, me obsecrauit, qui se sciret non deserturum, ut
darem.

D. Curabitur. sed pater adest. caue, te esse tristem
sentiat.

THESIS ETHICA I. VV.

Scruī non sapientia sed malicia uincunt.

ACTVS SECVNDI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Reducitur senex ut explicentur consulta. Ethos
solicitudinis.

SIM O, DAVVS, PAMPHILVS.

Iambici senarij.

Reuiso, quid agant, aut quid captent consili.
D. Hic nunc nō dubitat, quin te ducturū neges.
Venit meditatus alicunde ex solo loco:

Orationem sperat inuenisse se,

Qua differat te: proim' tu face, apud te ut sies.

P. Modo ut possim. D. crede mihi hoc inquā Pāphile,

Nunquam hodie tecum commutaturum patrem

Vnum esse uerbum, si te dices ducere.

THE

THESES ETHICAE.

I Patris sollicitudo de consilio filiorum & seruorum captato.

ij. In rebus arduis & grauibus rara est constantia.

ACTVS SECVNDI SCENAE V.

PERIOCHA I.C.

Parens seruuli monitis Pamphilus in arbitrio patris se futurum esse pollicetur. Byrrhia ignarus rerum consternatur: ita crescit materia turbarum. Exemplum male monstrantis & magistri improbi, ac seductoris, Dauus.

BYRRHIA, SIMO, DAUVVS, PAMPHILVS.

Eiusdem generis.

Herus me, relictis rebus, iussit Pamphilum hodie obseruare, ut, quid ageret de nuptijs, scirem. id propterea nunc hunc uenientem sequor.

Ipsum adeo praesto uideo cum Dauo. hoc agam.

S. Vtrunq; adesse uideo. D. hem serua. S. Pamphile.

D. Quasi de improviso respice ad eum. P. hem pater.

D. Probe. S. hodie uxorem ducas, ut dixi, uolo.

B. Nunc nostrae parti timeo, quid hic respondeat.

P. Neq; istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora.

B. hem.

D. Obmutuit. B. quid dixit? S. facis, ut te decet,

Cum istuc, quod postulo, impetro cum gratia.

D. SIMO

D. Sum uerus? B. herus, quantū audio, uxore excidit.
S. I iam nunc intro, ne in mora, cum opū sit, sies.

P. Eo. B. nullāne in re esse homini cuiquam fidem?
Verum illud uerbum est, uolgo quod dici solet,
Omnes sibi melius malle esse, quā alteri.
Ego illam uidi uirginem: forma bona
Memini uidere: quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis, quā illum, amplecti maluit.
Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

THESES ETHICAE. I. VV.

- i. In Byrrhia est seduli serui officium.
- ij. In Simone patris in filium auctoritas.
- iiij. In Pamphilo est filij in patrem pietas, & honesta obedientia.
- iiij. In Dauo est seruilis calliditatis exemplum.

ACTVS SECVNDI SCENAE VI
PERIOCHA I. C.

Pergit detexere telam institutæ simulationis Dauus, & strenuè est callidus.

DAVVS, SIMO.

Eiusdem metri.

Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hic restitisse gratia.

S. Quid Dauus narrat? D. æque quidquam
nunc quidem.

S. Nihilne? hem. D. nihil prorsus. S. at qui expectabam
quidem.

quidem.
D. Petrus sicut euenit: peruenit
S. Non est mihi uerum dicitur
S. Non illi male sit: quidquam ha
Huius propter confusum
D. Nihil hercle aut si aliter huius
Eo sollicitudo nosum? hinc
Euenit eam secum rem reu
S. Laudo. D. dum licetum est illi
Amicitum id clamantur: ut
Eares sibi esset, ut uirum firm
Nunc uxore opus est: ut
S. Subtristis uisus est esse aliqu
D. Nihil propter hoc: ut
tibi.
S. Quidam est? D. puerile est
quin dic, quid est.
D. At nimum parce fante
Vix, inquit, dr. ut hinc ob
Non filio uidetur uerum de
Quem, inquit, uocabo ad
Peti solum nunc? quod
Tu quoque perperam nimum
D. Commou. S. ego, ut
Quidam hoc mi est: quid
Non si hic mali est: quid
caput.

quidem.

D. Præter spem euenit: sentio: hoc male habet uirum.

S. Potin' es mihi uerum dicere? D. nihil facilius.

S. Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ,

Huiusce propter consuetudinem hospitiæ?

D. Nihil hercle: aut, si adeo, bidui est, aut tridui

Hæc sollicitudo: nostin' ? deinde desinet:

Etenim eam secum rem recta reputauit uia.

S. Laudo. D. dum licitum est illi, dumq; ætas tulit,

Amauit: tum id clam: cauit, ne unquam infamiæ,

Eares sibi esset, ut uirum fortem decet.

Nunc uxore opus est: animum ad uxorem appulit.

S. Subtristis uisus est esse aliquantulum mihi.

D. Nihil propter hanc rem: sed est, quod succenset tibi.

S. Quidnam est? D. puerile est. S. quid est? D. nihil. S. quin dic, quid est.

D. Ait nimium parce facere sumptum. S. mène? D. te.

Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem:

Num filio uidetur uxorem dare?

Quem, inquit, uocabo ad cœnam meorum æqualium

Potissimum nunc? S. quod dicendum hic fiet,

Tu quoque per parce nimium. non laudo. S. tace.

D. Commoui. S. ego, istæc recte ut fiant, uidero.

Quidnam hoc rei est? quidnã hic uolt ueterator sibi?

Nam si hic mali est quidquam, hem illic est huic rei caput.

THE

- i. Serui ut sint ueteratores, fallaces tamē esse uolūt.
 ij. Senes fere sunt auari, uel in rebus honestis, &
 sumptuosus.
 iij. Coniugium est amantium tutissimus portus.

ACTVS TERTII SCENAE PRIMAE
 PERIOCHA I. C.

Reuertitur ancilla adducens obstetricem. Consilia
 Dauilabascunt. Mirabiliter autem nunc omnia &
 simulatione seruuli & falsa suspicione senis implican-
 tur. Ethos senis suspiciosum.

MYSIS, SIMO, DAVVS.

LESBIA, GLYCERIVM.

Eiusdem mensura.



Ta pol quidem res est, ut dixti Lesbiam:
 Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirū.
 S Ab Andria est ancilla haec, quid narras D.
 ita est.

M. Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. firmavit fidē.
 S. hem.

D. Utinam aut hic surdus, aut haec muta facta sit.

M. Nam quod peperisset, iussit tolli. S. o Iupiter,
 Quid ego audio? actū est, siquidē haec uera predicat.

L. Bonum ingenium narras adolescentis. M. optimum.
 Sed sequere me intro, ne in mora illi sis. L. sequer.

D. Quod remedium nūc huic malo inueniās? S. quid hoc?

Ad con^o

Adeon' est demens? ex peregrinatio iam scio: ab
 Vix tandem sensi stolidus. D. quid hic sensisse ait?
 S. Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia.
 Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.
 G. Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.
 S. Hui, tam cito? ridiculum. postquam ante ostium
 Me audiuit stare, properat. non sat commode
 Diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc. D. mihi?
 S. Nū immemores discipuli? D. ego quid narres, nescio
 SI. Hiccine si me imparatum in ueris nuptijs
 Adortus esset, quos mihi ludos redderet?
 Nunc huius periculo fit. ego in portu nauigo.

THESES ETHICA

Suspiciones sua sagacitate falluntur.

ACTVS TERTII SCENAE II.

PERIOCHA I. C.

Arripit seruulus falsam senis suspensionem, & uas
 ferrimè hac ad fallendum eum utitur. Senis ethos ani-
 mi incerti: serui audax & astutum

LESBIA, SIMO, DAVVS.

Trochaici iambici mixti senarij & octonarij actus
 talecti & catalectici, quibus interpositi suis locis bi-
 ni quaternarij.

A Dhuc Archillis, quæ adsolent, quæq; oportet
 Signa ad salutem esse, omnia huic esse uideo.
 Nunc primum fac, istæc ut lauet: post deinde,
 Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui,

Datæ

Date: mox ego huc reuertor.

Per, & castor, scitu' puer natu' est Pamphilo.

Deos quaeso, ut sit superstes: quando quidem ipse est ingenio bono,

Cumq; huic ueritus est optumæ adolescenti facere iniuriam.

SI. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? D. quidnam id est?

SI. Non imperabat coram, quid opus facto esset perperæ:

Sed postquam egressa est, illis, quæ sunt intus, clamat de uia.

O Daue, itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus

Tibi uideor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis?

Saltem accurate, ut metui uidear certe, si rescruerim.

D. Certe hercle nunc hic se ipse fallit, haud ego. SI. e dixim' tibi?

Interminatus sum, ne faceres? nū ueritus? quid retulit?

Credon' tibi hoc, nunc peperisse hanc è Pamphilo?

D. Teneo, quid erret: quid ego agam, habeo. S. quid taces?

D. Quid credas? quasi non tibi renunciata sint hæc sic fore.

S. Mihim' quisquam? D. cho, an tute intellexti hoc ad simulari? S. irrideor.

D. Re

D. Renunciatum est: nam qui istæc tibi incidit suspen-

Etio?

S. Qui? quia te noram. D. quasi tu dicas, factum id con-

silio meo.

S. Certe enim scio. D. non satis me pernocti etiam,

qualis sim, Simo.

(dari)

S. Egone te? D. sed, si quid narrare occœpi, continuo

Tibi uerba censes. S. falso. D. itaq; hercle nihil iam mu-

tire audeo.

S. Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. D. in-

tellextin?

Sed nihilo seciũ mox deferent puerum huc ante ostiũ.

Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut sis

sciens:

Ne hoc posterius dicas, Dau i factũ consilio, aut dolis:

Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam

uolo.

S. Vnde id scis? D. audiui, & credo. multa concurrunt

simul,

Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primum hæc

se è Pamphilo

Grauidam dixit esse. inuentum est falsum. nunc, postea

quam uidet

Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico

Obstetricem accersitum ad eam, & puerum ut ad-

ferret simul.

Hoc nisi fit, puerum ut tu uideas, nil mouetur nuptias.

C

S. Quid

S. Quid ais? cum intellexeras

Id consilij capere, cur non dixti extemplo Paphilos?

D. Quis igitur cum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem

Scimus, quàm misere hanc amarit: nunc sibi uxorem expetit.

Postremo id mihi da negoti. tu tamen idem has nuptias

Perge facere ita, ut facis: & id spero adiuturos deos.

S. Immo abi intro. ibi me opperire, & quod parato opus est, para.

Non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem.

Atq; haud scio, an, quæ dixit, sint uera omnia:

Sed parui pendo. illud mihi multo maximum est,

Quod mihi pollicitum est ipsus gnatus. nunc Chremem

Conueniam: orabo gnato uxorem: si impetro,

Quid alias malim, quàm hodie has fieri nuptias?

Nam gnatus quod pollicitum est, haud dubium est mihi,

Si nolit, quin eum merito possim cogere.

Atque a teo in tempore eccum ipsum obuiam Chremem.

THESES I. VV.

i. Medicorum & obstetricum consuetudo, imperium & iactantia in Lesbia.

ij. In Dauo est gnome, qui semel malus semper praesumitur malus.

ij. In Simone & cautos falli docet.

AG

TERENTII
ACTVS TERTII SCENAE III.
PERIOCHA I. C.

35

Exoratur à Simone Chremes ut det filiam ipsius uxorem filio suo. Atque ita omnes rationes Dauis & tota illa uersutia confunditur. Ethos parentum philostorgi: sed Simonis uehementius.

SIMO, CHREMES.

Iambici octonarij & senarij acatalecti, unus quaternarius: ad finem octonarij catalectici.

I Vbeo Chremetem. C. ob, te ipsum quærebam. S. & ego te. C. optato aduenis.

Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam

Meam nubere tuo gnato: te uiso, tunc, an illi insaniant.

S. Ausculta paucis: & quid ego te uelim, & tu quod quæris, scies.

C. Ausculto: loquere, quid uelis.

S. Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chremes,

Quæ incepta à paruis cum ætate accreuit simul:

Perq; unicam gnatam tuam, & gnatum meum,

Cuius tibi potestas summa seruandi datur,

Vt me adiuues in hac re, atq; ita, ut nuptiæ

Fuerant futuræ, fiant. C. ah ne me obsecra:

Quasi hoc te orando à me impetrare oporteat.

Alium esse censes nunc me, atq; olim, cum dabam?

C ij

Si in

Si in rem est utrique, ut fiant, accersi iube.
 Sed si ex ea re plus mali est, quam commodi
 Vtriq; id oro te, in commune ut consulas,
 Quasi illa tua sit, Pamphiliq; ego sim pater.
 S. Immo ita uolo, itaq; postulo ut fiat, Chreme:
 Neque postulem abs te, nisi ipsa res moneat. CH.
 quid est?

S. Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. C. audio.
 S. Ita magnæ, ut sperem posse auelli. C. fabulæ.
 S. Profecto sic est. C. sic hercle, ut dicam tibi:
 AMANTIVM iræ, amoris integratio est.
 S. Hem, id te oro, ut ante eamus, dum tempus datur,
 Dumq; eius lubido occlusa est contumelijs,
 Prius quam harum scelera, et lacrumæ confictæ dolis
 Reducant animum egrotum ad misericordiam,
 Vxorem demus. spero consuetudine, &
 Coniugio liberali deuictum Chreme,
 Dehinc facile ex illis sese emer surum malis.
 C. Tibi ita uidetur: at ego non posse arbitror
 Neq; illum hanc perpetuo habere, neq; me perpeti.
 S. Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris?
 C. At istuc periculum in filia fieri, graue est.
 S. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit,
 Si eueniat, quod di prohibeant, discessio.
 At si corrigitur, quot commoditates, uide:
 Principio amico filium restitueris:
 Tibi generum firmum, & filia inuenies uirum.

C. Quid

C. Quid istuc? si istuc animum induxti esse utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier.

S. Merito te semper maximi feci Chreme.

C. Sed quid ais? **S.** quid? **C.** qui scis eos nunc discorda-
re inter se?

S. Ipsu' mihi Dauos, qui intimu' est eorum consilijs,
dixit:

Et is mihi suadet, nuptias, quantum queam, ut matu-
rem.

Num censes faceret, filium nisi sciret eadē hęc uelle?

Tute adeo iam eius audies uerba. heus euocate huc
Dauom.

Sed eccum uideo ipsum foras exire.

THESES ETHICAE I. VV.

i. Magna est facilitas exorandi inter bonos amicos.

ij. Incommoda coniugatorum prudentibus sunt com-
moda.

iiij. Occasio in amatoribus distrahendis non est neg-
legenda.

v. Non parua manent commoda cum amatores ani-
mum ad matrimonium applicant.

ACTVS TERTII SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Resciscit Dauus sua consilia in contrarium esse
uersa. Ethos desperabundum.

DAVVS, SIMO, CHREMES.

Iambici octonarij & unus quaternarius.

C iij

Ad te

AD te ibam. S. quidnam est?

D. Cur non accersitur? iam advesperascit.
S. audin' tu illum?

Ego dudum non nil ueritus sum Daue abs te, ne fa-
res idem,

Quod uolgens feruorum solet, dolis ut me deluderet,
Propterea quod amat filius. **D.** ego n' istuc facerem?
S. credidi:

Idq; adeo metuens uos celauit, quod nunc dicam. **D.**
quid? S. scies:

Nam propemodum habeo iam tibi fidem. **D.** tandem
agnosti, qui siem.

S. Non fuerant nuptiae futurae. **D.** quid non? S. sed ea
gratia

Simulauit, uos ut pertentarem. **D.** quid ais? S. sic est
res. **D.** uide. (lidum.

Nunquam quiui ego istuc intellegere. uah consiliu' cab
S. Hoc audi. ut hinc te iussi introire, opportune hinc
fit mihi obuiam.

D. Hem nummam perijmu' ? S. narro, quae tu dudum
narrasti mihi.

D. Quidnam audio? S. gnatam ut det oro, uixq; id
exoro. **D.** occidi.

S. Hem, quid dixti? **D.** optime inquam factum. **S.** nunc
per hunc nulla est mora.

C. Domum modo ibo: ut apparentur, dicam: atq; huc
renuncio.

S. Nunc

S. Sicut te oro Daue, quantum fa-

nuptias.

D. Ego uero solus. S. corrigentur

entire.

D. Eum hercle scilicet. S. per-

ritum est.

D. Quiescas. S. age ignota est

rum, ni domi est.

S. Ibo ad eum, atq; eadem hinc qua-

dem illi. D. nulla san-

Quid cause est, quae hinc in pte-

scat uis?

Nihil est praeci loci relictum in

Hicun fellicum nuptias conu-

Feci hodie, ut fierent. S. per-

Pamphilo.

Hem astutus, quod si quis scia-

Selecum ipsum uideret occidit.

Visum mihi esset aliquid hinc

tem darem.

L. Dolus dolum uincit.

S. Incidit in spueam quam fac-

irretitur.

S. Qui serui tot hostes.

ACTVS TERTI

PERIOCHA

S. Nunc te oro Daue, quoniam solus mihi effecisti has nuptias.

D. Ego uero solus. S. corrigere mihi gnatum porro enitere.

D. Faciam hercle sedulo. S. potes nunc, dum animus iratus est.

D. Quiescas. S. age igitur: ubi nunc est ipse? D. mirum, ni domi est.

S. Ibo ad eum, atq; eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi. D. nullu' sum.

Quid causæ est, quim hinc in pistrinum recta profiscar uia?

Nihil est preci loci relictum: iam perturbavi omnia Herum sefelli: in nuptias conieci herilem filium:

Feci hodie, ut fierent, insperante hoc, atque inuito Pamphilo.

Hem astutias. quod si quiessem, nihil euenisset mali. Sed eccum ipsum uideo: occidi:

Vtinam mihi esset aliquid hic, quò nunc me præcipitem darem.

THESES ETHICAE

i. Dolus dolum uincit.

ii. Incidit in foueam quam fecit, suaque ipsius nasse irretitur.

iii. Quot serui tot hostes.

ACTVS TERTII SCENAE V.

PERIOCHA I. C.

C iiij

Irascie

*Irafcitur grauitcr Dauo Pamphilus. Et hos adole-
fcntis uehementer indignantis: ferui nocentis.*

PAMPHILVS, DAVVS.

Iambici octonarij permixti trochaicis.

Vbi illic scelus est, qui me perdidit? D. perij.

P. atque hoc confiteor,

*Iure obtigiffe: quando quidem tam iners, tam nulli
confili*

Sum. feruon' fortunas meas me commiffiffe futuli?

*Ergo pretium ob ftultitiam fero: fed inultum id nun-
quam à me auferet.*

D. *Posthac incolumem fat fcio fore me, nunc fi cuito
hoc malum.*

P. *Sed quid ego nunc dicam patri? negabon' uelle me,
modo*

*Qui sum pollicitus ducere? qua fiducia id facere au-
deam?*

*Nec, quid me nunc faciam, fcio. D. nec de me equidem,
atque id ago sedulo.*

*Dicam aliquid iam inuenturum, ut huic malo aliqua
producam moram. P. oh.*

D. *Visus sum. P. e hodium bone uir, quid ais? uide n' me
confilijs tuis*

*Miferum impeditum effe? D. at iam expediam. P. ex-
pedies? D. certe Pamphile.*

P. *Nempe ut modo. D. immo melius fpero. P. oh, tibi
ego ut credam furcifer?*

*Totum impeditum, & peritiam
fecit sen,*

*Quia me hodie ex tranquillo fimo
ptis.*

*An nudi hoc esse futurum
taes: D. cruce.*

*Scilicet paululum fure ad me in relica
fpiciam. P. hei mihi,*

*Cur non habeo spatium, ut de re
ui uolo.*

*Namque hocce tempus, ut
cisci, finit.*

THESES ETI

i. *Nemo leditur nisi a feipfo.*

ii. *Falluntur nimium credula
ferum feruis.*

iii. *Serui fere fui fimiles funt.*

ACTVS QVARTI SCE
PERIOCHA

*Aduenit & Charinus nuntius
tu. largia primum, mox placent*

*tu. Daus autem fe ad audendum
me. Et hos Charini fufpicio funt
tu. Daus confidentis.*

CHARINVS, PAMPHI
Inuenerit, poftca offerunt

Turem impeditam, & perditam restituas? hem quo
fretu' sim,

Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nups
ptias.

An non dixi hoc esse futurum? D. dixti. P. quid meritis
tus es? D. crucem.

Sed paululum sine ad me ut redeam: iam aliquid di-
spiciam. P. hei mihi,

Cur non habeo spatium, ut de te sumam supplicium,
uti uolo:

Nanque hocce tempus, praecauere mihi me, haud te ul-
cisci, sinit.

THESES ETHICAE. I. VV.

i. Nemo laeditur nisi a seipso.

ij. Falluntur nimium creduli amotores uel a suis ip-
sorum seruis.

iiij. Serui fere sui similes sunt.

ACTVS QVARTI SCENAE PRIMAE

PERIOCHA I. C.

Aduenit & Charinus nuntio serui ualde commo-
tus. iurgia primum: mox placatur Charinus re cogni-
ta. Dauus autem se ad audendum noui aliquid confir-
mat. Ethos Charini suspiciosum & leue: Pamphili ira-
ti: Dauu confidentis.

CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

Initio cretici, postea octonarij trochaici & iambici:

C V

demum

demum iambici senarij, & rursus octonarij.

Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta uecordia innata cuiquam ut fiet,
Ut malis gaudeat alienis, atq; ex incommodis
Alterius sua ut comparet comoda? ah
Idne est uerum? immo id genus est hominum pessimum
In denegando modo queis pudor est paululum:
Post ubi iam tempus est promissa perfici,
Tum coacti necessario se aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit eos denegare. ibi
Tum impudentissima eorum oratio est
Quis tu es? qui mihi es? cur me am tibi? heus,
Proximus sum egomet mihi. attamen, ubi fides est,
Si roges, nihil pudet. hic, ubi opus est,
Non uerentur: illic, ubi nihil opus est, illic uerentur.
Sed quid agam? ad eamne ad eum, & cum eo iniuriam
hanc expostulem?
Mala ingeram multa. atq; aliquis dicat, nihil promo-
ueris.
Multum. molestus certe ei fuero, atq; animo morem
gessero.
P. Charine, & me & te imprudens, nisi quid di re-
spiciunt, perdidi.
C. Itane imprudens? tandem inuenta est causa: soluta
sti fidem.
P. Quid tandem? C. etiam nunc me seducere istis di-
ctis postulas?

P. Quid

P. Quid istuc? C. postquam me amare dixi, complacita est tibi.

Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo.

P. Falsus es. C. non tibi satis esse hoc uisum solidum est gaudium,

Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres?

Habeas. P. habeas? ah nescis quantis in malis uerser miser,

Quantasq; hic suis cōsilijs mihi cōfecit sollicitudines

Meus carnufex. C. quid istuc tam mirum est? de te exemplum capit.

P. Haud istuc dicas, si cognoris uel me, uel amorē meū.

C. Scio, cum patre altercasti dudum, & is nunc propterea tibi

Succenset, nec te quiuit hodie cogere, illā ut duceres.

P. Immo etiam, quo tu minus scis ærumnas meas,

Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,

Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.

C. Scio: coactus tua uoluntate es. P. mane.

Nondum scis. C. scio equidem illam ducturum esse te.

P. Cur me enecas? hoc audi. nunquam destitit

Instare, ut dicerem esse ducturum patri:

Suadere, orare, usque adeo donec perpulit.

C. Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. Dauos omnia.

C. Quamobrem? P. nescio, nisi mihi deos satis

Scio

Scio fuisse iratos, qui auscultauerim.

C. Factum est hoc Daue? D. factum est. C. hem quid
ais scelus?

At tibi dii dignum factis exitium duint.

Eho, dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias

Inimici uellent, quod, ni hoc, consilium darent?

D. Deceptus sum, at non defatigatus. C. scio.

D. Hac non successit, alia aggrediemur uia:

Nisi id putas, quia primo processit parum,

Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.

P. Immo etiam: nam sati credo, si aduigilaueris,

Ex unis geminas mihi conficies nuptias.

D. Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,

Conari manibus, pedibus, nocteisq; & dies

Capitis periculum adire, dum profum tibi.

Tuum est, si quid præter spem euenit, mi ignoscere.

Parum successit quod ago, at facio sedulo.

Vel melius tu aliud reperi, me missum face.

P. Cupio. restitue in quem me accepisti locum.

D. Faciam. P. at iam hoc opus est. D. hem, st, mane: cre
puit à Glycerio ostium.

P. Nihil ad te. D. quæro. P. hem nunc cine demum? D. at
iam hoc tibi inuentum dabo.

THESES ETHICAE

i. Iniurij sunt, qui sua commoda ex aliorum incommodis comparant.

ij. Perfidi sunt, qui fidem uiolant, & promissorum
immemores sunt.

AG

Missa Glycerio Mysia ad
dum, in omnes adolefcentis
oratione sua uentilat, & quæ
tum inu. Interfatur ex Charin
phili facile & mansuetum &
sum, et promptæ Charin
MYSSIS, PAMPHILVS, GLA
lambici ostium

I Am, ubi ubi erit, inuentum
adductum

Tuum Pamphile: tumolo an

P. Mysis. M. quid est hem Pa

offers. P. quid est?

M. Orare iussit, si se ames, her

Ulere ait te cupere. P. uobis p

gratit.

Quæ me, atq; illam operu

terier?

Uim idcirco accersor, nuptias

se.

C. Quib; quidem quam facile

quiescet.

D. Age, si hic non inueni facit

uque ad pol;

TERENTI
ACTVS QVARTI SCENAE II.
PERIOCHA I. C.

45

Missa à Glycerio Mysis ad Pamphilum adducendum, in animo adolescentis accensas amoris flammās oratione sua uentilat, & agit. Dauus nouum consilium inicit. Interfatur et Charinus quaedam. Ethos Pamphili facile & mansuetum & simplex: Serui audacissimum, et promptū: Charini cecū amore & nō thro.

MYSIS, PAMPHILVS, CHARINVS, DAVVS.

Iambici octonarij catalectici. ○

Iam, ubi ubi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum

Tuum Pamphilū: tumodo anime mi noli te macerare.

P. Mysis. M. quid est? hem Pamphile, optume mihi te offers. P. quid est?

M. Orare iussit, si se ames, hera, iam ut ad sese uenias?

Videre ait te cupere. P. uah. perij: hoc malum integrascit.

Siccine me, atq; illam opera tua nunc miseros sollicitarier?

Nam idcirco accersor, nuptias quòd mi apparari senasit.

C. Quibū quidem quàm facile poterat quiesci, si hic quiesset.

D. Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga. M. atque ad epol,

Eares

Ea res est, proptereaque nunc misera in mœrore est.

P. Mysis,

Per omnes tibi adiuro deos: nunquam eam me deser-
turum,

Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes
homines.

Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores: uide-
leant,

Qui inter nos dissidium uolunt: hanc, nisi mors, mi-
adimet nemo.

M. Resipisco. P. non Apollinis magi uerū, atque hoc,
responsum est.

Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, uolo. sed si id non po-
terit:

Id faciã, in procliui quod est, per me stetisse ut credat.
Quis uideor? C. miser æque, atque ego. D. consilium
quæro. C. fortis es.

Scio, quid conere. D. hoc ego tibi profecto effectum
reddam.

P. Iam hoc opus est. D. quæ iam habeo. C. quid est?
D. huic, non tibi, habo: ne erres.

C. Sat habeo. P. quid facies? cedo. D. dies hic mi ut sit
sati, uereor,

Ad agendum: ne uacuum esse me nunc ad narrandum
credas.

Proinde hinc uos amolimini: nã mi impedimẽto estis.

P. Ego

P. Ego hanc uisum. D. quid talis
ram uis dicam. D. imma crua

Seruationis incipit mihi uisum
D. Eho impudens, non sciam habere

allo,
Quæram huic promouere nuptias

D. quid ergo?
C. Vt dicam. D. ridiculam. C. ha-

nias, si quid poteris.
D. Quid ueniam: nihil habet. C.

age, ueniam. C. si quid,
Domi ero. D. Tu Mysis, dum crua

rire hic.
M. Quapropter? D. ita factum est

D. iam inquam hic aliter.

l. Amor multum interpellat
reintegratur.

ii. In matrimonio est amicitia
rum uas, eaq; perpetua.

iii. Honesti ingenia etiam ad
trus non nihil uerentur.

iiii. Serui improbi herorum
ut sepe hostes.

ACTVS QVARTI
PERIOCHA

P. Ego hanc uisam. **D.** quid tu? quo hinc te agis? **C.** uerum uis dicam? **D.** immo etiam

Narrationis incipit mihi initium. **C.** quid me fiet?

D. Eho impudens, non satis habes, quòd tibi dieculam addo,

Quantum huic promoueo nuptias? **C.** Daue attamen.

D. quid ergo?

C. Ut ducam. **D.** ridiculum. **C.** huc face ad me ut uenias, si quid poteris.

D. Quid ueniam? nihil habeo. **C.** attamen si quid. **D.** age, ueniam. **C.** si quid,

Domi ero. **D.** Tu Mysis, dum exeo, parumper opperire hic.

M. Quapropter? **D.** ita factò opus est. **M.** matura **D.** iam inquam hic adero.

THESES ETHICAE. I. VV.

i. Amor multis interpellationibus et petitionibus redintegratur.

ij. In matrimonio est amicitia ex similitudine morum nata, eaq; perpetua.

iiij. Honesti ingenia etiam aliquanto ferociora, patres non nihil uerentur.

v. Serui improbi herorum suorum sunt impostores: & sepe hostes.

ACTVS QVARTI SCENAE III

PERIOCHA I, C.

COI

Conqueritur Mysis de inconstantia amatorum.

MYSIS.

Iambici senarij.

Nilne esse proprium cuiquam? Dij uostram
fidem.

Summum bonum esse heræ putabam hunc Pampa-
philum,

Amicum, amatorem, uirum in quouis loco

Paratum: uerum ex eo nunc misera quem capit

Dolorem? facile hic plus mali est, quàm illic boni.

Sed Dauus exit. mi homo, quid istuc obsecro est?

Quò portas puerum?

THESIS ETHICA.

I. Maritus, amicus, amator, uir in quouis loco paratus, est uxori summum bonum.

ACTVS QVARTI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Ingentis turbæ exordium texit Dauus efferendo
puerum, & consilium mutat, & ut in re subita nihil
explicat. ita fit actio præclarior.

DAVVS, MYSIS.

Eiusdem mensuræ.

Mysis nunc opus est tua
Mihî ad hanc rem exprompta memoria, atque
que astutia.

M. Quidnam incepturus? D. accipe à me hunc ocyus,
Atque

Atq; ante nostram ianuam appone. M. obsecro,
 Humi ne? D. ex ara hinc sume uerbenas tibi,
 Atq; eas substerne. M. quamobrem id tute non facis?
 D. Quia, si fortè opus ad herum iusiurandum mihi
 Non apposuisse, ut liquido possim. M. intellego:
 Noua nunc religio in te istæc inceßit, cedo?
 D. Moue ocyus te, ut, quid agam, porro intellegas.
 Prò Iupiter. M. quid? D. sponse pater interuenit,
 Repudio consilium, quod primum intenderam.
 M. Nescio quid narres. D. ego quoq; hinc ab dexterâ
 Venire me ad simulabo. tu, ut subseruias
 Orationi, utcunq; opu' sit, uerbis, uide.
 M. Ego, quid agas, nihil intellego: sed, si quid est,
 Quod mea opera opus sit uobis, aut tu plus uides,
 Manebo, ne quid uostrum remorer commodum.

T H E S I S E T H I C A.

i Etiam si lupo pilum mutaret, tamen mens est eadẽ
 dem: hic est uerum quod dicitur, lignum tortura
 haud unquam rectum.

ACTVS QVARTI SCENAE V.

PERIOCHA I. C.

Quasi puerum meretricula ante ædes Simonis ap-
 poni curasset, ita mirifica simulatione seruus Chre-
 metem adoritur, & ab affinitate illa deterret. Ethos
 boni senis, ancillæ timidæ, serui plusquam dici possit
 & audacis & uersuti & callidi.

D

CHRE

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

lābici senarij, qui lūs admixti uidētur līni septenarij

Reuertor, postquam, quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, parauī, ut iubeam accersi. sed quid hoc
Puer hercle est. mulier, tu n' apposuisti hunc? M. ubi
Illic est? C. non mihi respondes? M. hem, nusquā est.
uæ miseræ mihi,

Reliquit me homo, atq; abiit. D. di uostram fidem,
Quid turbæ est apud forum? quid illic hominum litio
Tum annona cara est. quid dicam aliud, nescio. (gemit)
M. Cur tu obsecro hic me solam? D. hem, quæ hæc
est fabula?

Eho Mysis, puer hic unde est? quis uē huc attulit?

M. Satin' sanus es, qui me id rogitas? D. quem igitur
rogem,

Qui hic neminem alium uideo? C. miror, unde sit.

D. Dicturan' quod rogo? M. au. D. cōcede ad dextrā.

M. Deliras. non tute ipse? D. uerbum si mihi

Vnum præterquam quod te rogo, faxis, caue.

M. Male dicis. D. unde est? dic clare. M. à uobis. D.
ha ha hæ.

Mirum uerò, impudenter mulier si facit.

C. Ab Andria est ancilla hæc, quantum intellego.

D. Adeon' uidemur uobis esse idonei,

In quibus sic illudatis? C. ueni in tempore.

D. Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua,

Mane; caue quoquam ex istoc excessis loco.

M. D.

M. Diſ te eradicent. ita me miſeram territas.

D. Tibi ego dico, an non? M. quid uis? D. at etiam ro-
cedo, cuium puerum hic appoſuiſti, dic mihi. (gas?)

M. Tu neſcis? D. mitte id, quod ſcio: dic, quod rogo.

M. Veſtri. D. cuius ueſtri? M. Pamphili. D. hem,
quid Pamphili?

M. Eho, an nō eſt? C. rectè ego ſemp̄ fugi has nuptias.

D. O facinus animaduertendum. M. quid clamas?

D. Quēne ego heri uidi ad uos adferri ueſperi?

M. O hominem audacem. D. uerum, uidi cantharam

Subfarminatam. M. Diſ pol habeo gratias,

Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberae.

D. Ne illa illum haud nouit, cuius cauſa hæc incipit.

Chremes, ſi poſitum puerum ante ædes uiderit,

Suam gnatam non dabit: tanto hercle magis dabit.

C. Non hercle faciet. D. nunc adeo, ut tu ſcis ſciens,

Ni puerum tollis, iam iam ego hunc mediam in uiam

Prouoluam, teq; ibidem peruoluam in luto.

M. Tu pol homo non eſt ſobrius. D. fallacia

Alia aliam trudit. iam ſuſurrari audio,

Ciueſ Atticam eſſe hanc. C. hem. D. coactus legibus

Eam uxorem ducet. M. au, obſecro, an non ciuis eſt?

C. Iocularium in malum inſciens penè incidi.

D. Quis hic loquitur? ô Chreme, per tēpus aduenis?

Auſculta. C. audiui iam omnia. D. an ne tu omnia?

C. Audiui inquā à principio. D. audiſtin? obſecro? hem?

Scelera: hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

Hic ille est: non te credas Dauom ludere.

M. Me miseram: nihil pol falsi dixi mi senex.

C. Noui rem omnem. sed est Simo intus? D. intus est.

M. Ne me attingas sceleste. si pol Glycerio non omnia hæc.

D. Eho inepta, nescis quid sit actum. M. quid sciam?

D. Hic socer est. alio pacto haud poterat fieri,
Vt sciret hæc, quæ uolumus. M. hem, prædiceres.

D. Paulum interesse censes, ex animo omnia,
Vt fert natura, facias, an de industria?

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Ipsa astutia est astutior Dauus.
- 2 Præsens rei conspectus plurimum mouet, & in ipsa dictione.
- 3 Sunt illiberales ioci, ubi sunt iocularia mala.

ACTVS QVARTI SCENAE VI.
PERIOCHA I. C.

Tendit res ad finem, & fortuna succurrit rebus
penitus conturbatis. Ethos Critonis, honestum &
graue.

CRITO, MYSIS, DAUUS.

Iambici senarij.

IN hæc habitasse platea dictum est Chrysidem,
Que se inhonestè optauit parere hic ditias
Potius, quam in patria honestè paupera uiuere.

Eius

Eius morte ea ad me lege redierunt bona.

Sed quos perconter, uideo. saluete. M. obsecro,

Quem uideo? estne hic Crito, sobrinus Chrysidis?

Is est. C. ô Mysis salue. M. saluos sis Crito.

C. Itan? Chrysis? hem. M. nos quidem pol miser as
perdidit. (sic.)

C. Quid uos? quo pacto hic? sati? ne rectè? M. nòsne?

Vt quimus, aiunt: quando, ut uolumus, non licet.

C. Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit?

M. Vtinam. C. an nondum etiam? haud auspicato huc
me appuli:

Nam pol, si id scissem, nunquam huc tetulissem pedè:

Semper enim eius dicta est hæc, atq; habita est soror:

Quæ illius fuerunt, possidet. nunc me hospitem

Lites sequi, quàm hic mihi sit facile, atq; utile,

Aliorum exempla commonent. simul arbitror,

Iam esse aliquem amicum, & defensorem ei: nam ferè

Grandiuscula iam profecta est illinc. clamitent,

Me sycophantam hæreditatem persequi,

Mendicum. tum, ipsam despoliare non licet.

M. O optume hospes pol Crito antiquum obtines.

C. Duc me ad eam, quando huc ueni, ut uideam. M.

maxume.

D. Sequar hos: nolo me in tempore hoc uideat senex.

THESES ETHICAE I. VV.

1 In Critone est probi & honesti, & grauis uiri
imago atq; exemplum.

D 3

2 Res

2 Res nostræ subinde non sunt, quales optamus sed
quales esse possunt.

ACTVS QVINTI SCENÆ I.
PERIOCHA I. C.

Acris ex postulatio Chremetis cum Simone. Ethos
Chremetis indignabundum: Simonis, timidum.

CHREMES, SIMO.

Trochaici octonarij catalectici.

Sati iam, sati Simo spectata erga te amicitia est
mea:

Sati periculi coepi adire: orandi iam finem face.

Dum studeo obsequi tibi, penè illusi uitam filia.

S. Immò enim quam maxumè abs te oro, atq; postulo
Chreme,

Vt beneficium, uerbis in initum dudum, nunc re com-
proles.

C. Vide, quàm iniquus sis præ studio. dum efficias id,
quod cupis,

Neq; mo dum benignitatis, neq; quid me ores, cogi-
tas:

Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.

S. Quibus? C. ah rogitas? perpulisti me, ut homini
adolescentulo,

In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,

Filiam darem in seditionem, atq; incertas nuptias:

Eiu' labore, atq; eiu' dolore gnato ut medicarer tuo.

Impe.

Impetrasti: incepti, dum res tetulit: nunc non fert:
feras.

Illam hinc ciuem esse aiunt: puer est natus: nos mis-
sos face.

S. Per ego te Deos oro, ut ne illis animum inducas
credere,

Quibus id maxumè utile est illum esse quam deter-
rimum.

Nuptiarum gratia hæc sunt ficta, atq; incepta om-
nia.

Vbi ea causa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta
his, desinent.

D. Erras. cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillã.
S. scio. C. at

Vero uoltu: cum, ibi me adesse, neuter tum præsen-
serat.

S. credo: & id facturas, Dauus dudum prædixit
mihi:

Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac uolui dicere.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Non temerè fit periculum in puella.
- 2 Beneficium uerbis inquitum re comprobandū est.
- 3 Inconsulto filia collocatur adolescenti amanti, et
ducere nolenti.

ACTVS QVINTI SCENAE II.

PERIOCHA I. C.

D

NUN

Nunc malum consilium redundat in auctorem: senem, quem frustrata esset opinio, occurrens seruus incaute exultans, iubetur vinciri. Ethos Simonis plane impotens animi: Chremetis, leuius: Davi, consternatum.

DAVVS, CHREMES, SIMO,
DROMO.

Trochaici, octonarij catalectici, & ad finem iam bicipiti senarij.

A Nimo iam nunc otioso esse impero. CH. hem Davom tibi.

S. Vnde egreditur? D. meo praesidio, atq; hospitis. S. quid illud mali est?

D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi. S. scelus,

Quem nam hic laudat? D. omnis res iam est in uado. S. cesso alloqui?

D. Herus est: quid agam? S. o salue bone uir. D. hem Simo, o noster Chreme,

Omnia apparatus iam sunt intus. CH. curasti probe.

D. Vbi uoles, accerse. S. lene sane. id enim uero hic nunc abest.

Etiam tu hoc respondes, quid istic tibi negocij est? D. mihi? S. ita.

D. Mihi ne? S. tibi ego. D. modo introij. S. quasi ego, quam dudum, rogem.

D. CUM

D. Cum tuo gnato una. S. an'ne est intus Pamphilus?
crucior miser.

Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias carnuſex?

D. Sunt. S. cur igitur hic est? CH. quid illum cenſeſ?
cum illa litigat.

D. Immo uerò indignum Chreme iam facinus faxo ex
me audias. (catus

Nescio quis ſenex modò uenit: illum, confidens,

Cum faciem uideas, uidetur eſſe quantiuis preti:

Tristi' ſeueritas ineſt in uoltu, atq; in uerhis fides.

S. Quidnam adportas? D. nil equidem, niſi quod illum
audiui dicere.

S. Quid ait tandem? D. Glycerium ſe ſcire eſſe hanc
ciuem Atticam.

S. Hem Dromo, Dromo. D. quid eſt? S. Dromo. D.
audi. S. uerbum ſi addideris. Dromo.

D. Audi obſecro. DR. quid uiſ? S. ſublimem hunc in
tro rape, quantum potes.

DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? S. quia lubet.
rape inquam. D. quid feci? S. rape.

DA. Si quidquam mentitum inuenies, occidito. S. ni
hil audio.

Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc ue
rum eſt. S. tu tamen,

Cura adſeruandum uinctum: atq; audin' quadrupe
dem conſtringito.

Age nunc: iam ego pol hodie, ſi uiuo, tibi

D 5

Oſtend

Ostendam, herum quid sit periculi fallere, &
 Illi patrem. CH. ah ne sæui tantoperè. S. Chremes
 Pietatem gnati. nonne te miseret mei?
 Tantum laborem capere ob talem filium?
 Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

THESES ETHICAE.

- 1 Ter conatur seruus fallere, sed sua perfidia dat
 poenas.
- 2 Non quibuslibet conceditur testimonij dictio.

ACTVS QVINTI SCENAE III.
PERIOCHA I. C.

Furit in ira senex. Pamphilus impetrat ut hospitium
 adducere liceat. Persona Simonis exeuntis è potestate.
 Chremetis cōstantior. Pamphili pudētis et probi.

PAMPRIIVS, SIMO, CHREMES.

Iambici senarij, & ad finem trochaici octonarij.

Quis me uolt? perij, pater est. S. quid ais om-
 nium? C. ah.

Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.

S. Quasi quidquam in hunc iam grauius dici possiet.

Ain' tandem, cuius Glycerium est? P. ita prædicant.

S. Ita prædicant? ingentem confidentiam:

Num cogitat, quid dicat? num facti piget?

Num eius color pudoris signum usquam indicat?

Adeon' impotenti esse animo, ut præter ciuium

Morem, atq; legem, & sui uoluntatem patris

TAMPHILE

Tamen hanc habere studeat cum summo probro?

P. Me miserum. S. modò id demū sensti Pamphile?

Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum,

Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,

Eodem die istuc uerbum uere in te accidit.

Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?

Cur meam senectam huius sollicito amentia? an

Pro huius ego ut peccatis supplicium sufferam?

Immò habeat, ualeat, uiuat cum illa. P. mi pater.

S. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.

Domus, uxor, liberi inuenti inuito patre:

Adducti, qui illam ciuem hinc dicant: uiceris.

P. Pater licetne pauca? S. quid dices mihi?

C. Attamen Simo audi. S. ego audiam? quid ego audiā

Chreme? C. attamen dicat sine. S. age dicat, sino.

P. Ego me amare hanc fateor. si id peccare est, fateor

id quoq;

Tibi pater me dedo. quiduis oneris impone: impera:

Vis me uxore ducere? hanc amittere? ut potero, ferā.

Hoc modò te obsecro, ut ne credas à me allegatum

hunc senem.

Sine me expurgem, atq; illum huc coram adducam. S.

adducas? P. sine pater.

C. Aequum postulat: da ueniam. P. sine te hoc exo-

rem. S. sino.

(Chreme.)

Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar

C. Pro peccato magno paulū supplicij satis est patri.

THE

THESES ETHICAE.

- 1 Irati parentes obedientia filiorum & blandis uerbis placantur.
- 2 Parentes sese filiorum amentia excruciant.
- 3 Parentes sæpè pro filiorum peccatis supplicium sufferunt. Huc ex D. Paulo filiorum & parentum officia conferenda sunt.

ACTVS QVINTI SCENAE IIII.
PERIOCHA I. C.

Post altercationes aliquas tandem negotium prosperum sortitur exitum. Nam planum fit esse ciuem Atticam Glycerium. Exemplum uerisimilis narrationis. Ethos Simonis uarium, initio concitatũ, mox placidũ. Chremetis constans. Pamphili uarium, primo consternatum & suspensum, mox lætum & exhibitundum.

CRITO, CHREMES, SIMO,
PAMPHILVS.

Trochaici & iambici octonarij, hi acatalecti, illi catalectici, iambicus quaternarius unus.

Mitte orare. una harum quæuis causa me, ut facium, monet,

Vel tu, uel quod uerũ est, uel q̄ ipsi cupio Glycerio.

CH. Andrium ego Critonem uideo? scere is est. CR. saluos sis Chreme.

CH. Quid tu Athenas insolens? CR. euenit. sed hic cine est Simo? CH

CH. Hic est. S. Mene quæris? cho tu Glycerium hinc
ciuem esse ais?

CR. Tu negas? S. itane huc paratus aduenis? CR.
quare? S. rogas?

Tune impunè hæc facias? tunc hic homines adole-
scuntulos,

Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?

Solicitando, & pollicitando eorum animos lætas?

CR. sanu' n' es?

S. Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?

P. Perij: metuo, ut substet hospes. CH. si Simo hunc
noris satis, (nus?

Non ita arbitrere. bonus hic est uir. S. hic uir sit bo-

Itane adtemperatè uenit hodie in ipsis nuptijs,

Ut ueniret antehac nunquam? est uerò huic credendū
Chreme.

P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod
moneam probè.

S. Sycophanta. CR. hem. CH. sic Crito est hic: mitte.

CR. uideat, qui fiet.

Si mihi perguit, quæ uolt, dicere, ea, quæ non uolt, au-
dient.

Ego isthac moueo, aut curo? non tu tuum malū æquo
animo feres?

Nam ego quæ dixi, uera, an falsa audieris, iam sciri
potest.

Atticus quidam olim nauis fracta apud Andrum eie-
ctus est,

Et istaec una parua uirgo. tū ille egens forte applicat
Primum ad Chrysidis patrem se. S. fabulam inceptat.

CH. sine.

CR. Itāne uerò obturbat? CH. perge. CR. tum is mihi
cognatus fuit,

Qui cum recepit. ibi ego audiui ex illo sese esse Atti-
cum.

Is ibi mortuus est. CH. eius nomen? CR. nomen tam-
cito tibi?

Phania. CH. hem, perij. CR. uerum hercle opinor
fuisse Phaniam.

Hoc certò scio, Rhamnusium se aiebat esse. CH. ò
Iupiter.

CR. Eadem hæc Chreme multi alij in Andro tum au-
diuere. CH. utinam id fiet,

Quod spero. eho dic mihi, quid is eam tum, Crito,
Suamne aiebat esse? CR. non. CH. cuiam igitur?

CR. fratris filiam.

CH. Certè mea est. CR. quid ais? S. quid tu? quid ais?
P. arrige aures Pamphile.

S. Qui credis? CH. Phania ille, frater meus fuit. S.
noram, et scio.

CH. Is hinc bellum fugiens, meq; in Asiam persequens
proficiscitur.

Tum illam hic relinquere est ueritus. postilla nunc
primum audio,

Quid ilo sit factum. P. uix sum apud me: ita animus
commotus est metu,

per equo, mirando ha
tano.
A se istam multimodis
creio pater.
CH. Armi unus scrupulu
bet. P. dignus es
Cum tua religione odia. m
quid istud est?
CH. Nomen non conuenit. C
parua. CH. quod Crito
Nanquid meministi? CR. a
memoriam patiar me
Voluptati obstare, cum eg
rimbit
Non patiar. heus Chreme
ipsa est. CH. ea est.
P. Ex ipsa millies audiam
Chreme,
Te credo credere. CH. ita
quid restat pater?
Iam dudum res reduxit
lepidum patrem.
Duxore ita, ut possedam
causa optuma est:
Nisi quid pater aliud ai
dos Pamphile, est
Dum talenta. P. accipiam
cho mecum Crito

Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

S. Nō istam multimodis tuam inueniri gaudeo. P. credo pater.

CH. At mihi unus scrupulus etiā restat, qui me male habet. P. dignus es

Cum tua religione odio. nodum in sirpo quæris. CR. quid istud est?

CH. Nomen non cōuenit. CR. fuit hercle aliud huic parue. CH. quod Crito?

Nunquid meministi? CR. id quæro. P. egōne huius memoriam patiar me

Voluptati obstare, cum ego possim in hac re medicari mihi?

Non patiar. heus Chreme: quod quæris, Pasibula. CR. ipsa est. CH. ea est.

P. Ex ipsa millies audiui. S. omneis nos gaudere hoc Chreme,

Te credo credere. CH. ita me dii ament, credo. P. quid restat pater?

S. iam dudum res reduxit me ipsa in gratiam. P. ō lepidum patrem.

De uxore ita, ut possedi, nihil mutat Chremes. CH. causa optuma est:

Nisi quid pater aliud ait. P. nempe. S. scilicet. CH. dos, Pamphile, est

Decem talenta. P. accipio. CH. propero ad filiam. Cho mecum Crito:

Nam

Nam illam me haud nosse credo. S. cur non illam hinc transferri iubes?

P. Rectè admones, Dauo istuc dedam iam negoti. S. non potest.

P. Qui? S. quia habet aliud magis ex sese, & maius.
P. quidnam? S. uinctus est.

P. Pater, non rectè uinctu' est. S. haud ita iussi. P. iube solui obsecro.

S. Agè fiat. P. at matura. S. eo intro. P. ô faustum, & felicem hunc diem.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Inopinatus casus in rebus dubijs maxima est mōdela.

2 Petulantia linguæ per recriminationem refrenatur.

4 Impotenti sunt animo amatores uoti sui cōpotes.

5 Non sunt sponsalia, nisi consensu parentum & dote constituta.

ACTVS QVINTI SCENAE V.

PERIOCHA I. C.

Solutus etiam uinculis Dauus, Et spes bona facta Charino, omnia felici fine concludunt.

CHARINVS, PAMPHILVS.

Iambici & trochaici octonarij permixti.

Prouiso, quid id agat Pamphilus: atq; eccum. P. alius quis sō r san me putet

Non

Ma hoc putare uerum
labet.

Ego uindictorū propter
Quod voluptates eorum

meridias

Pater est, si nulla hinc egr
Sed quem ego possimam

hec narrem, d. rē

Ch. Quid illuc gaudi est? Pa
quem mallem, omnium

Non hunc scio me solide
THESIS

1 Voluptas amatoribus
nam est.

ACTVS QVIN
PERIOCH

Narratiuncula est Pam
hi entymematis constan

rentes, Pater est reconcili
ergo sum beatus. Ethos Pam

Charini humile.
DAVVS, PAMPHIL

Eiusdem m
Pamphilus ubi am h

homo est? P. ego
Nescis, quid mihi obiger
deligerit, scio.

Non hoc putare uerum: at mihi nunc sic esse hoc uerum
lubet.

Ego uitā deorū propterea sempiternā esse arbitror,
Quòd uoluptates eorum propriæ sunt. nam mihi im-
mortalitas

Parta est, si nulla huic ægritudo gaudio intercesserit.
Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui
hec narrem, dari?

Ch. Quid illuc gaudi est? Pa. Da uo m uideo, nemo est,
quem malle, omnium:

Nam hunc scio mea solide solū gauisurum esse gaudia.

THESIS ETHICA

Voluptas amatoribus & libidinosi summum bonum est.

ACTVS QVINTI SCENAE VI

PERIOCHA I. C.

Narratiuncula est Pamphili de sua beatitudine: & his
enthymematis constat: Glycerium inuenit suos pa-
rentes, Pater est reconciliatus, Eam uxorem ducam:
ergo sum beatus. Ethos Pamphili letum. Dau, nequæ
Charini humile.

DAVVS, PAMPHILVS, CHARINVS.

Eiusdem mensuræ.

PAmphilus ubinam hic est? P. Daue. Da. quis nam
homo est? P. ego sum. D. o Pamphile.

P. Nescis, quid mihi obtigerit. D. certe: sed, quid mihi
obtigerit, scio.

E P. Et

P. Et quidem ego. D. more hominum euenit, ego uero
quod sum nactus mali,

Prius rescisceres tu, quam ego, tibi quod euenit boni.

P. Mea Glycerium suos parentes reperit. D. o factum
bene

C. Hem. P. pater amicus summus nobis. D. quis? P. Chre-
mes D. narras probe.

P. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. C. num
ille somniat

Ea, quae uigilans uoluit? P. tum de puero Daue? D. ab
desine:

Solus est, quem diligunt dii. C. saluus sum, si haec uera sunt,
Conloquar. P. quis homo est. Charine, in tempore ipso
mi aduenis.

C. Bene factum. P. hem, audisti? C. omnia. age, me in
tuis secundis respice.

Tuus est nunc Chremes, facturum, quae uoles, scio omnia.

P. Memini: atque adeo longum est, nos illum expectare,
dum exeat.

Sequere hac me, intus apud Glycerium est nunc. tu Da-
ue abi domum,

Propera, accerse, hinc qui auferat eam: quid stas? quid
cessas? D. eo.

Ne expectetis, dum exeant huc: intus despondebitur.
Intus transigetur, si quid est quod restet. plaudite.

THESIS ETHICA I. VV.

Utraque fortuna amicum cui narranda est, requirit.

ACT

EUNUCHI
ACTA LVDIS ME
STYMO ALBINO
RTLA AEDILIB.
L. ANBIVIVS TVR
FRAENESTINVS. M
CVS CLAVDIL, TI
TRA, ET SINISTE
NANDRV, ACTA
FANNIO COS.

PERSON

PHAEDRIA

PARMENO

THAIS

GNATHO

CHAEREA

THRASO

PYTHIAS

CHREMES

ANTIPHO

DORIAS

DORVS

BANGA

IOPHRONA

LACHES

EVNVC HVSTERENTII 67
 ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. PO
 STVMIO ALBINO, L. CORNELIO ME
 RVLA AEDILIB. CVRVLIB. EGERE
 L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATILIVS
 PRAENESTINVS. MODVLAVIT FLAC
 CVS CLAVDII, TIBIIS DVABVS DEX
 TRA, ET SINISTRA. GRAECA ME
 NANDRV, ACTA II. M. VALERIO, C.
 FANNIO COS.

PERSONAE.

PHAEDRIA	adolescens
PARMENO	seruus,
THAIS	meretrix,
GNATHO	parasitus,
CHAEREA	adolescens,
THRASO	miles,
PYTHIAS	ancilla
CHREMES	senex,
ANTIPHO	adolescens
DORIAS	ancilla
DORVS	eunuchus
SANGA	seruus
SOPHRONA	nutrix,
LACHES	senex:

E 2

C. SVB

PERIOCHA

Sororem falso dictitatum Thaidis,
 Sid ipsum ignorans, miles aduexit Thraso,
 Ipsiq; donat. erit hæc ciuis Attica.
 Eidem eunuchum, quem emerat, tradi iubet
 Thaidis amator Phædria, ac rus ipse abit,
 Thrasoni oratus biduum concederet.
 Ephebus frater Phædriæ puellulam
 Cum deperiret dono missam Thaidi,
 Ornatu Eunuchi induitur: sualet Parmeno:
 Introijt: uitiat uirginem: sed Atticus
 Ciuis repertus frater eius, conlocat
 Vitiatam ephebo: Phædriam exorat Thraso.

Adilon.

Meretrice adolescentem, cuius mutuo amore
 tenebatur, exclusit: eiq; reuocato exclusio-
 nis causas reddidit: eius frater minor natu uirginem,
 quam miles meretrici dono miserat, amare cœpit: de-
 ductusq; in domum meretricis pro eunuchis, uitiat.
 re itaq; cognita, cum illam se meretrice doleret, ab
 eodem adolescente placatur: interuentuq; fratris
 eius ciuem cognitam Atheniensem ducit uxorem. mi-
 les quoq; in partem meretricij amoris receptus, illa
 dicitur

PBO

PROLOGVS

Concitator est. Nam primo obijcit uitia quædam
aduersario, illum in contemptum adducēs: deinde poë-
tam defendit.

Siquisquam est, qui placere se studeat bonis
Quàm plurimis, & minime multos lædere:

In his poeta hic nomen proficitur suum.

Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimauit esse, sic existimet,

Responsum, non dictum esse, quia læsit prior.

Qui bene uertendo, & easdem scribendo male, ex
Græcis bonis Latinas fecit non bonas:

Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,

Atq; in Thesauro scripsit, causam dicere

Prius unde petitur, aurum quare sit suum,

Quàm illic, qui petit, unde is sit thesaurus sibi,

Aut unde in patrium monumentum peruenerit.

Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet:

Defunctus iam sum, nihil est quod dicat mihi:

Is ne erret, moneo, & desinat laceßere:

Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur:

Quæ proferentur post, si perget lædere.

Ita, ut facere instituit, nunc quam acturi sumus

Menandri Eunuchum, postquam ædiles emerunt,

Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia.

Magistratus cum ibi adesset, occepta est agi.

Exclamat, furem, non poëtam, fabulam

Dedit, & nil dedit uerborum tamen:
 Colacem esse Næui, & Plauti ueterem fabulam,
 Parasiti personam inde ablatam, & militis.
 Si id est peccatum, imprudentia est
 Poëtae, non qui furtum facere studuerit.
 Id ita esse, uos iam iudicare poteritis.
 Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
 Et miles gloriosus: eas se non negat
 Personas transtulisse in eunuchum suam
 Ex Græca: sed eas fabulas factas prius
 Latinas scisse sese, id uero pernegat.
 Quod si personis iisdem uti alijs non licet:
 Qui magis licet currentes seruos scribere,
 Bonas matronas facere, meretrices malas.
 Parasitum edacem, gloriosum militem,
 Puerum supponi, falli per seruum senem,
 Amare, odisse, suspicari: denique
 Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.
 Quare æquum est uos cognoscere, atque ignoscere,
 Quæ ueteres factitarunt, si faciunt noui.
 Date operam, & cum silentio animaduortite,
 Ut pernoscat, quid sibi eunuchus uelit.



ACTVS PRIMI SCENAE I
PERIOCHA I. C.

Expositio argumenti in personas collata. Imago
adolescentis libidinosi, & perditam amore: & rectè
monstrantis serui probi ac fidelis. (

PHAE DRIA, PARMENO.

Iambici senarij.



Vid igitur faciam? non eam? ne
nunc quidem,

Cum accersor ultro? an potius ita
me comparem,

Non perpeti meretricum contu-
melias?

Exclusit, reuocat, redeam? non, si me obsecret.

Pa. Siquidem hercle possis, nil prius, neq; fortius:

Verum si incipies, neq; persicies nauiter:

Atq; ubi pati non poteris, cum nemo expetet,

Infecta pace, ultro ad eam uenies, indicans

Te amare, & ferre non posse: actum est, ilicet,

Peristi: eludet, ubi te uictum senserit.

Proin tu, dum est tempus, etiam atq; etiam cogita,

Here, quæ res in se neq; consilium, neq; modum

Habet ullum, eam consilio regere non potes.

In amore hæc omnia insunt uitia, iniuriæ,

Susceptiones, inimicitia, induciæ,

Bellum, pax rursum, incerta hæc si tu postules

Ratione certa facere, nihilo plus agas,

E 4

Quam

Quàm si des operam, ut cum ratione insanias.
 Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
 Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo:
 Mori me malim: sentiet qui uir siem:
 Hæc uerba me hercule una falsa lacrumula,
 Quam, oculos terendo misere, uix ui expresserit,
 Restinguet: & te ultro accusabis, & ei dabis
 Ultro supplicium. Ph. indignum facinus. nunc ego &
 Illam scelestam esse, & me miserum sentio:
 Et tædet: & amore ardeo: & prudens, sciens,
 Viuus, uidensq; perco: nec, quid agam, scio.
 Pa. Quid agas? nisi ut te redimas captum quam quam
 Minimo: si ne queas paululo, at quanti queas:
 Et ne te afflictes. Ph. itane suades? PA. si sapis:
 Neque, præterquam quas ipse amor molestias
 Habet, addas: & illas, quas habet, recte feras.
 Sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas:
 Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

THESES ETHICAE

- 1 Amor cæcus est, cum mentes amatorum excæcet.
- 2 Amatorum summa est inconstantia: exclusi magis ardent: exemplo est Phædria.
- 3 Amor paulatim temperandus est. & non exacerbatus, uel iuxta Ouidij remedium.

ACTVS PRIMI SCENAE II
PERIOCHA I. C.

Amas

Amatoris cum amica ex postulatio: Defensio mi-
sericordiae exponentis consilium suum adolescenti, &
placantis illum. Ethos Thaidos ut meretricis non su-
tile neq; stolidum neq; etiam prauum: Phædria molle
& amatorium & acolastum: Serui simplicis ac boni.
THAIS, PHAEDRIA, PARMENO.

Iambici senarij.

Miseram me, uereor ne illud grauius Phædria
Tulerit: neue aliorum, atq; ego feci, accepe-
rit,

Quod heri intromissus non est. Ph. totus Parmeno
Tremo horreoq; postquam aspexi hanc. PA. bono ani-
mo es:

Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.

T. Quis hic loquitur? hem, tu' eras mi Phædria?

Qui hic stabas? cur non recte introibas? PA. ceterum

De exclusione uerbum nullum. T. quid taces?

Ph. Sane quia uero hæ mihi patent semper fores.

Aut quia sum apud te primus. T. missa istæc face.

Ph. Quid missa? o Thais, Thais, utinam esset mihi

Pars æqua amoris tecum: ac pariter fieret, ut

Aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet:

Aut ego istuc abs te factum nihili penderem.

T. Ne crucia te obsecro anime mi, mi Phædria.

Non pot, quo quenquam plus amem, aut plus diligam.

Eo feci: sed ita erat res: faciundum fuit.

P. Credo, ut fit, misera præ amore exclusit hunc foras

B S T. Sic

T. Siccine ais Parmeno? age. sed huc qua gratia
 Te accersi iussi, ausculta. Ph. fiat. T. dic' mihi
 Hoc primum, potin' est hic tacere? Pa. ego' ne? op' ante.
 Verum heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem:
 Que uera audiui, taceo, & contineo optume:
 Sin falsum, aut uanum, aut fictum est, continuo palam
 est.

Plenus rimarum sum, hac atq; illac perfluo.
 Proin tu, taceri si uis, uera dicito.
 T. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
 Pa. Potest taceri hoc. T. ibi tum matri paruolam
 Puellam dono quidam mercator dedit,
 Ex Attica hinc abreptam. Ph. ciuemne? T. arbitror.
 Certum non scimus: matris nomen & patris
 Dicebat ipsa: patriam, & signa cetera
 Neq; scibat, neq; per etatem etiam potuerat.
 Mercator hoc addebat, e' predonibus,
 Unde emerat, se audisse, abreptam e' Sunio.
 Mater ubi accepit, coepit studiose omnia
 Docere, educere, ita uti si esset filia.
 Sororem pleriq; esse credebant meam.
 Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum, hospite,
 Abij huc: qui mihi reliquit haec, quas habeo, omnia.
 P. Vtrunq; hoc falsum est: effluet. T. qui istuc? P. quis
 Neq; tu uno eras contenta, neq; solus dedit:
 Nam hic quoq; bonam, in agnamq; partem ad te attulit.
 T. Ita est. sed sine me peruenire, quod uolo.

Interca

Interea miles, qui me amare occeperat,
 In Cariam est profectus. te interea loci
 Cognoui. tute scis, postilla quàm intumum
 Habeam te, & mea consilia ut tibi credam omnia.

Ph. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. Pa. oh, dubium
 ne id est

T. Hoc agite amabo. mater mea illic mortua est
 Nuper. eius frater aliquanto ad rem est auidior.

Is ubi hancce forma uidet honesta uirginem,

Et fidibus scire, pretium sperans, illico

Prodeit, uendit. sorte fortuna adsuit

Hic meus amicus: emit eam dono mihi,

Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium:

Is uenit: postquam sensit me tecum quoq;

Rem habere, fingit causas, ne det, sedulo:

Ait, si fidem habeat, se iri prepositum tibi

Apud me, ac non id metuat, ne, ubi eam acceperim,

Sese relinquam, uelle se illam mihi dare:

Verum id uereri. sed, ego quantum suspicor,

Ad uirginem animum adiecit. Ph. etiã ne amplius?

T. Nil: nam quæsiui. nunc ego eam, mi Phædria,

Multæ sunt causæ, quamobrem cupio abducere:

Primum, quod soror est dicta: prætera, ut suis

Restituam, ac reddam. sola sum: habeo hic neminem,

Neq; amicum, neq; cognatum. quamobrem Phædria

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Id amabo adluta me, quo id fiat facilius.

Sime

Sine illum priores parteis hosce aliquot dies
 Apud me habere. nihil respondes? Ph. pessuma,
 Ego quidquam cum istis factis tibi respondeam?
 Pa. Hec noster, laudo. tandem perdoluit. uir es.
 Ph. At ego nesciebam, quorsum tu ires. paruola
 Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua:
 Soror est dicta: cupio abducere, ut reddam suis.
 Nempe omnia haec nunc uerba huc redeunt denique
 Excludor ego, ille recipitur: qua gratia?
 Nisi illum plus amas, quam me? et istam nunc times,
 Quae aduecta est, ne illum talem praeripiat tibi.
 T. Egon id timeo? Ph. quid te ergo sollicitat? cedo.
 Num solus ille dona dat? nunc ubi meam
 Benignitatem sensisti te caluier?
 Nonne, ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
 Ancillulam relictis rebus omnibus,
 Quaesui? eunuchum porro dixti uelle te,
 Quia sola utuntur his reginae: repperi:
 Heri minas uiginti pro ambobus dedi:
 Tamen contemptus abs te, haec habui in memoria.
 Ob haec facta abs te spernor. T. quid istuc Phaedria?
 Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
 Id fieri posse maxime: ueruntamen,
 Potius quam te inimicum habeam, faciam, ut iusseris.
 Ph. Utinam istuc uerbum ex animo, ac uere diceres,
 Potius, quam te inimicum habeam. si istuc crederem
 Sincere dici, quiduis possem perpeti.

P. Labascit

Pa. Labascit, uictus uno uerbo. quam cito?

T. Ego non ex animo misera dico? qum ioco

Rem uoluisti à me tandem, quin perfeceris?

Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum

Saltem ut concedas solum. Ph. siquidem biduum:

Verum ne fiant isti uiginti dies.

T. Profecto non plus biduum, aut. Ph. aut? nihil moror.

T. Non fiet. hoc modo sine te exorem. Ph. scilicet

Faciendum est, q̄ uis. T. merito amo te. Ph. benefacis:

Rus ibo. ibi hoc me macerabo biduum:

Ita facere certum est: mos gerundū est Thaidi.

Tu huc Parmeno fac illi adducantur. Pa. maxume.

Ph. In hoc biduum Thais uale. T. mi Phædria,

Et tu. nunquid uis aliud? Ph. egone quid uelim?

Cum milite isto præsens, absens ut sies:

Dies, noctesq; ames me: me desideres:

Me somnies: me expectes: de me cogites:

Me speres: me te oblectes: mecum tota sis:

Meus fac sis postremo animus quando ego sum tuus.

T. Me miseram forsitan hic mihi paruam habeat fidē,

Atq; ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.

Ego pol quæ mihi sum conscia, hoc certo scio.

Neq; me finxisse falsi quidquam, neq; meo

Cordi esse quenquam cariorem hoc Phædria.

Et quidquid huius feci, causa uirginis

Feci: nam me eius spero fratrem propemodum

Iam repperisse, adolescentem adeo nobilem: &

Is hodie uenturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intro, atq; expectabo, dum uenit.

THESES ETHICAE

- 1 Amor amatæ puellæ conspectu inflammatur, & incenditur. Est enim affectus calidus & in calidis constitutionibus, ingenijs atq; ætatibus facile concipitur
- 2 Anteros est, cum sit æqua amoris pars & reciprocatio, etiam inuito Seruio.
- 3 Fuitiles sunt pleni rimarum, mox perfluunt.
- 4 Recte Plautus de blanditia scortorum cecinit *Viscus merus est uestra blanditia.*

ACTVS SECVNDI SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Appendix quædam superiorum. In qua illa ethelarius etiam perspiciuntur. Et inest parasceue sequentium.

PHAEDRIA, PARMENO.

Trochaici iambici permixti, cum octonarij tum senarij, unus etiam quaternarius.

Ita fac ut iussi, deducantur isti. Pa. faciam. Ph. at diligenter.

Pa. Fiet. Ph. at mature. Pa. fiet. Ph. satin hoc mandatum est tibi?

P. Ab rogitare? quasi difficile fiet. utinam

Tam aliquid facile inuenire possis Phædria,

Hoc quam peribit. Ph. ego quoq; una pereo, quod mihi est carius;

Ne istuc tam iniquo patiare animo. Pa. minime: quin
Effectum dabo. sed nunquid aliud imperas?

Ph. Munus nostrum ornato uerbis, quod poteris: et
Stum emulum, quod poteris, ab ea pellito.

Pa. Memini, tametsi nullus moneas. Ph. ego rus ibo, atque
que ibi manebo.

Pa. Censeo. Ph. sed heus tu. Pa. quid uis? Ph. censeo
posse me obfirmare, et

perpeti, ne redeam interea? Pa. tene: non hercle arbitror:

Nam aut iam reuertere: aut mox noctu te adiget hora
sum in somnia.

Ph. Opus faciã ut defatiger usque, ingratijs ut dormiam.

Pa. Vigilabis lassus: hoc plus facies. Ph. ah, nil dicis Parmeno.

Eijciunda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo.

Tandem ego non illa caream, si sit opus, uel totum triduum? Pa. hui,

Vniuersum triduum? uide, quid agas. Ph. Stat sententia.

Pa. Dij boni quid hoc morbi est: adeon' homines immutariet

Ex amore, ut nõ cognoscas eundem esse? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magi' seuerus quisquam, nec magi' continens.

Sed

Sed quis hic est, qui huc pergit? at at, hic quidem est
parasitus Gnatho

Militis: ducit secum una uirginem huic dono: pape,
Facie honesta. mirum, ni ego me turpiter hodie hic
dabo

Cum meo decrepito hoc eunucho. hæc superat ipsam
Thaidem.

THESIS ETHICA I VV.

¶ Quemadmodum in Phædræ est amantium stultorum
pictura, ex qua perspicitur, quam sint inconstan-
tes, quam sint curiosi & tautologi, quam in seruos
sint imperiosi, quam sint Zelotipi: ita in Parmenone
est serui obedientia & officium, cum herosuo consulat
ne sit prodigus. Dona enim scortis data uana sunt neque
quicquam promouent.

ACTVS SECVNDI SCENAE II
PERIOCHA I. C.

Disputatio de arte parasitica. Exagitur & ser-
uulus simplicior à parasito nequam. Et aperitur uia
copiosiori expositioni: Est enim & huius fabulae du-
plex argumentum. Ethos Gnathonis, leue, uanum, sub-
dolum.

GNATHO, PARMENO

Trochaici & iambici octonarij catalectici, additis
aliquot iambicis.

D II immortales, homini homo quid prestat
stulto intelligens

Quid

Quid interest? hoc adeo ex hac re uenit in mentem
mibi:

Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atq;
ordinis

Hominem haud impurum, itidem patria qui abligura
rierat bona.

Video sentum, squalidum, aegrum, pannis, annisq; ob-
situm.

Quid istuc, inquam, ornati est? quoniam miser, quod
habui perdidit,

Hem quò redactus sum: omnes noti me, atq; amici des
serunt.

Hic ego illum contempsi præ me: quid homo, inquam,
ignauissime?

Itane parasti te, ut spes nullò reliqua in te fiet tibi?

Simul consilium cum re auisti? uiden' me ex eodem
ortum loco?

Qui color, nitor, uestitu, quæ habitudo est corporis?
Omnia habeo, neq; quidquam habeo: nil cum est, nil
desit tamen.

At ego infelix neq; ridiculus esse, neq; plagas pati

Possum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia.

Olim isti fuit generi quondã quæstus apud seclū prius

Hoc nouum est aucupium: ego adeo hanc primus in
ueni uiam.

Est genus hominum, qui esse primos se omnium re
rum uolunt,

Nec sunt: hos confector: hisce ego non paro me utro
deant,

Sed cis ultro arrideo, & eorum ingenia admiror si-
mul:

Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo
id quoque:

Negat quis, nego: ait, aio. postremo imperavi egomet
mibi.

Omnia assentari. is questus nūc est multo uberrimus.
Pa. Scitum vercle hominem: hic homines prorsum ex-
stultis in nos facit.

G. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum ubi
aduenimus,

Concurrunt lati mi buiam cupedinarij, coqui,
Lanij, cetarij, fartores piscatores, aucupes.

Quibus & re salua & perdita profueram, & pro-
sum sepe:

Salutant: ad cœnam uocant: aduentum gratulantur.
Ille ubi miser, famelicus, uidet ne esse in tantum hono-
rem,

Et tam facile uictum querere: ibi homo cœpit me ob-
secrare

Vt sibi liceret discere id de me. sectari iussi:

Si potis est tanquam philosophorum habent discipli-
nae ex ipsis

Vocabula, parasiti itidem ut Gnathonici uocentur.

Pa. Viden' ossum & cibi quid faciat alienus? Gn. sed
ego

Ego cesso

Ad Thaidem hanc deducere, & rogare ad coenam
ut ueniat.

Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem uideo.
Riualis seruum, salua res est. nimirum hic homines
frigent.

Nebulonem hunc certum est ludere. Pa. hinc hoc mu-
nere arbitrantur

Suam Thaidem esse. Gn. plurima salute Parmenonem
Summum suum impartit. Gnatho. quid agitur?

Pa. statur. Gn. uideo:

Nunquidnam hic, quod nolis, uides? Pa. te. Gn. credo.
at nunquid aliud?

Pa. Qui dum? Gn. quia tristi es. Pa. nihil equidem.
Gn. ne sis. sed quid uidetur

Hoc tibi mancipium? Pa. non malum hercle. Gn. ura
hominem. Pa. ut falsus animi est.

Gn. Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse?
Pa. hoc nunc dices,

Eiectos hinc nos. omnium rerum heus uicissitudo
est. (dama)

G. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum red-
Ne rursum, deorsum cursites: ne ue usque ad lucem uigiles:

Ecquid beo te? Pa. men? papa. Gn. sic soleo amicos.
Pa. laudo.

Gn. Detineo te fortasse: tu profectus alio fueras.

E 2 P, N

Pa. Nusquam. Gn. tum tu igitur paulum da mihi opē
ræ: fac, admittar

Ad illam. Pa. age modo, nunc tibi patent fores hæc,
quia istam ducis.

Gn. Num quem euocari hinc uis foras? Pa. sine, biduum
hoc prætereat.

Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.

Gn. Etiam tu hic stas Parmeno? eho numnam tu hic
relictus custos,

Ne quis forte internuncius clam à milite ad istam cur
sitet?

Pa. Facete dictum. mira uero, militi quæ placeant.

Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire.

Miror, qui ex Piræo abierit: nam ibi custos publice
est nunc.

Non temere est: & properans uenit: nescio quid cir
cumspectat.

THESIS ETHICA I. VV.

I Gnathonicæ artis est encomium.

ACTVS SECVNDI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Fratris Chæreæ furor & iuuenilis insania, & con
siliū periculosum hac scena continetur. Exemplum
est leuitatis & incogitantiae cupidorum. Ethos Chæ
reæ acre, temerarium, ardens, improuidum. Serui &
probum & timidum.

CHÆRÆ

CHÆREA, PARMENO.

Iambici octonarij & senarij: item trochaici octonarij & unus iambicus quaternarius.

Occidi.

Neq; uirgo est usquam, neq; ego qui illam e conspectu amisi meo.

Vbi quæram? ubi inuestigem? quem perconter? quam insistam uiam?

Incertus sum: una hæc spes est: ubi ubi est, diu celari non potest.

O faciem pulchram: deleo omnes dehinc ex animo mulieres:

Tædet quotidianarum harum formarum. Pa. ecce autem alterum,

De amore nescio quid loquitur. o infortunatum senem.

Hic uero est, qui si amare occeperit, ludum iocumq;

Dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit.

Ch. Ut di illum, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est:

Meq; adeo, qui restiterim: tum autem qui illum flocci fecerim.

Sed eccum Parmenonem. salue. Pa. quid tu es tristis? quidue alacris?

Vnde is? C. ego hercle nescio, neq; unde eam, neq; quorsum eam:

Ita prorsum oblitus sum mei.

Pa. Qui quaeso? **C.** amo. **P.** chem. **C.** nunc te Parmena ostendes, qui uir sies.

Scis te mihi saepe pollicitū esse: **Chærea**, aliquid inueni **Medo**, quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut noscas meam:

Cum in cellulam ad te patris penum omnem congererem clamculum.

Pa. Age inepte. **Ch.** hoc hercle factum est, fac, sis nunc promissa appareant,

Siue adeo digna res est, ubi tu neruos intendas tuos. **Haud** similis uirgo est uirginum nostrarum: quas matres student

Demissis humeris esse, uincto pectore, ut gracile siēt.

Si qua est habitior paulo, pugilē esse aiūt: deducūt cibū

Tametsi bona est natura, reddunt curatura iuncea

Itaque ergo amantur. **Pa.** quid tua istae? **C.** noua figura oris. **P.** papæ.

Ch. Color uerus, corpus solidum, & succi plenum. **Pa.** anni? **C.** sedecim.

P. Flos ipse. **C.** hanc tu mihi ui, clam, precario

Fac tradas: mea nil refert, dum potiar modo.

Pa. Quid, uirgo cuius est? **C.** nescio hercle. **Pa.** unde est?

C. tantundem. **P.** ubi habitat?

C. Ne id quidem. **P.** ubi uidisti? **C.** in uia. **P.** qua ratione amisisti?

C. Id e quidem adueniens mecum stomachabar modo.

Neq; quenquā hominem esse ego arbitror, cui magis bono
Felicitate

Felicitates omnes aduersæ sient.

P. Quid hoc est sceleris? C. perij. P. quid factum est? C. arogas?

Patris cognatum atq; æqualem Archidenidem

Nostim? Pa. quid ni? C. is, dum sequor hanc, fit mihi obuiam.

Pa. Incommode hercle. C. imo eniuero infeliciter?

Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno.

Illum, liquet mihi deierare, his mensibus

Sex septem prorsum non uidiſſe proxumis,

Nisi nunc, cum minime uellem, minimeq; opus fuit.

Eho, nonne hoc monstri simile est? quid ais? P. maxime.

C. Continuo accurrit ad me, quàm longe quidem,

Incuruus, tremulus, labijs demissis, gemens:

Heus heus, tibi dico Chærea, inquit. restiti.

Scin quid ego te uolebam? dic. cras est mihi

Iudicium. quid tum? ut diligenter nuncies

Patri, aduocatus mane mihi esse ut meminerit.

Dum hæc dicit, abiit hora. rogo num quid uelit.

Recte, inquit. abeo. cum huc respicio ad uirginem,

Ille sese interea commodum huc aduorterat

In nostram hanc plateã. P. mirum, ni hanc dicit, modo

Huicque data est dono. C. huc cum aduenio, nulla erat.

P. Comites secuti scilicet sunt uirginem?

C. Verum, parasitus cum ancilla. Pa. ipsa est scilicet.

Desinaciam conclamatum est. C. alias res agis.

Pa. Istuc ago quidem. Ch. nostim', quæ sit? dic mihi: *vide*
Vidistim? Pa. uidi, noui: scio, quò abducta sit.

Ch. O Parmeno mi, nostim' Pa. noui. C. & scis, ubi fiet?

Pa. Huc deducta est ad Thaidem: ei dono data est.

Ch. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc?

Pa. miles Thraso,

Phædriæ riualis. C. duras fratris partes prædicas.

Pa. Imo enim, si scias quod donum huic dono contra
comparet,

Tum magis id dicas. Ch. quodnam quæso hercle? Pa.
ennuchum. C. illumne obsecro

Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem,
mulierem?

Pa. istunc ipsum. Ch. homo quatietur certe cum dono
foras.

Sed Istam Thaidem non sciui nobis uicinam. Pa. haud
diu est,

Ch. Perij. nunquàmne etiam me illam uidisse? e hodium
dic mihi,

Est'ne, ut fertur, forma? Pa. sane. C. at nihil ad nostram
hanc. Pa. alia res est.

Ch. Obsecro te hercle Parmeno, fac ut potiar. Pa. fac
ciam sedulo, ac

Dabo operam, adiutabo. nunquid me aliud uis? C. quò
nunc is? Pa. domum,

Vt mancipia hæc, ita ut iussit frater, deducam ad Thaidem.

Ch. O

Ch. O fortunatum istum eunuchum, qui quidem in
hanc detur domum.

Pa. Quid ita? C. rogitas, summa forma semper conserva-
uam domi

Videbit, conloquetur, aderit una in unis ædibus,
Cibum non nunquam capiet cum ea, interdum pro-
pter dormiet.

Pa. Quid, si nunc tute fortunatus fias? C. quare Para-
meno?

Responde. Pa. capias tu illi^{us} uestem, Ch. uestem? quid
tum postea?

Pa. Pro illo te deducam. C. audio. P. te esse illum dicam.
C. intelligo.

P. Tu illis fruarè commodis, quib^{us} tu illum dicebas
modo:

Cibum una capias, adsis, tangas, ludas, propter dor-
mias:

Quandoquidem illarum neq; quisquam te nouit, neq;
sit qui sies.

Præterea forma, stas ipsa est, facile ut te pro eunu-
cho probes.

C. Dixisti pulchre: nunquã uidi melius consiliũ dari.
Age eamus intro: nunc iam orna me, abduc, duc, quan-
tum potes.

P. Quid agis? iocahar equidem. C. garris. P. perij, quid
ego egi miser?

Quò trudis? perculeris iam tu me? tibi equidem dico,
mane.

F S

C. Ea

C. Eamus. P. Pergin? C. certum est. P. uide, ne nimium
calidum hoc sit modo.

C. Non est profecto. sine. Pa. at enim istec in me cude-
tur faba. ab

Flagitium facimus. C. an id flagitiū est, si in domum me
retriciam

Deducar, & illis crucibus, quæ nos, nostramq; adole-
scentiam

Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cru-
ciant modis,

Nunc referam gratiam, atq; eas itidem fallam, ut ab illa
lis fallimur?

An potius hæc pati? æquom est fieri, ut à me ludatur
dolis,

Quod qui rescierint, culpent? illud merito factum om-
nes putent.

Pa. Quid istuc? si certum est facere, faciam. uerum re-
post conseras

Culpam in me. C. non faciam. P. iubēsne? C. iube, coo-
go, atq; impero.

P. Nunquam defugiam auctoritatem: sequer. Ch. di-
uortant bene.

THESES ETHICAE I. VV.

Stultum est studium amantium: & uere hic per-
spicitur, quod dixit Diogenes, Amorem otiosorū esse
negotium. Hic enim affectus otio & ditos occupat. Nā
Cherea dum otio uacat, in rem negotiosissimam inci-
dit

dit. Quare Theophrastus interrogatus quid esset amor, respondit, affectus animi otiantis.

2 Pulchra amantibus uidentur, quae non sunt, iuxta Theocritum.

3 Seruus est modo fidelis, modò malus consultor.

ACTVS TERTII SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Colloquium nugax militis & parasiti. Thrasonis persona uentosa & ostentatrix ac uana.

THRASO, GNATHO, PARMENO

Iambici senarij.

Magnas uero agere gratias Thais mihi.

G. Ingenteis. T. am' tu, leta est? G. non tam ipso quidem

Dono, quam abs te datum esse: id uero serio

Triumphat. P. huc prouiso, ut, ubi tempus fiet,

Deducam. sel eccum militem. T. est istuc datum

Profecto mihi, ut sint grata quae facio omnia.

G. Aduorti herce animu. T. uel rex semper maxumam

Mihi agebat, quidepid feceram, alijs non item.

G. Labore alieno magno partam gloriam

Verbis saepe in se transmouet, qui habet salem.

Qui in te est. T. habes. G. rex te ergo in oculis.

T scilicet.

G. Gestare. T. uero. credere onnem exercitum,

Consilia. G. mirum. T. tum sicubi eum facietas

Hominum, aut negoti si quando odium ceperat,

Requiescere ubi uolebat, quasi: nostin? G. scio.
 Quasi ubi illā expueret miseriam ex animo. T. tenes.
 Tum me conuiuam solum abducebat sibi. G. hui,
 Regem elegantem narras. T. imo sic homo
 Est per paucorum hominum. G. imo nullorū arbitror.
 Si tecum uiuit. T. inuidere omnes mihi,
 Mordere clanculum: ego non flocci pendere:
 Illi inuidere misere. uerum unus tamen
 Impense elephantis quem indicis præfecerat,
 Is ubi molestus magis est, quæso, inquam, Strato
 Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?
 G. Pulchre me hercle dictum, & sapienter. papa,
 Iugularas hominem. quid ille? T. mutus illico.
 G. Quid ni esset? P. Dij uostram fidem, hominen per
 ditum
 Miserumq; & illum sacrilegum. T. quid ilud Gnatho,
 Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
 Nunquid tibi dixi? Gn. nunquam: sed narra obsecro.
 Plus millies iam audiui. T. una in couuuiio
 Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.
 Forte habui scortum: cepit ad id aludere,
 Et me irridere. quid ais, inquam homo impudens?
Lepus tute es, & pulpamentum quæris. G. ha, ha, ha.
 T. Quid est. G. facete, lepides laute, nihil supra.
 Tuum obsecrone hoc dictum erat? uetū credidi.
 T. Audieras? G. sape: & fertur in primis. T. meum
 est.

G. Doleo

G. Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.

P. At te dii perdant. G. quid ille quaeso? T. perditus.

Risu omnes, qui aderant, emoriri. deniq;

Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.

T. Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi,

Quod eam me amare suspicatur? G. nihil minus,

Imo magis auge suspicionem. T. cur? G. rogas?

Scin' si quando illa mentionem Phædriæ

Facit, aut si laudat, te ut male urat. T. sentio.

G. Id ut ne fiat, hæc res sola est remedio.

Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam

Continuo. si quando illa dicet, Phædriam

Comeffatum intromittamus: tu Pamphilam

Cantatum prouocemus. si laudabit hæc

Illius formam: tu huius contra. deniq;

Par pro pari referto, quod eam remordeat.

T. Siquidem me amaret, tum istuc prodesset Gnatho.

G. Quando illud, quod tu das, expectat, atq; amat,

Iamdudum amat te: iam dudum illi facile fit,

Quod doleat: metuet semper, quem ipsa nunc capit

Fructum, ne quando iratus tu alio conferas.

T. Bene dixti, at mihi istuc non in mentem uenerat.

G. Ridiculum: non enim cogitaras: ceterum,

Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso?

THESES ETHICAE

I Milites admodum gloriosi sunt in Thrasonis per
sona: dominatur enim alazonia, arrogantia, fastus, &

id uitium, quod sibi plura permittit, quam præstare
possit. & plerumq; ut Plautus ait, ad cyathum.

2 Assentatores & palpatores à sua ipsorum natura
non desciscunt, maxime apud Thrasones, id est, eos
qui se primos esse uolunt.

ACTVS TERTII SCENAE II
PERIOCHA I. C.

Executio capti consilij tam Thaidis quam Cho-
reæ ac Parmenonis.

THAIS, THRASO, PARMENO,
GNATHO, PYTHIAS.

Eiusdem generis.

A Vdire uocem uisa sum modo militis.
Atq; eccum. salue mi Thraso. T. ô Thais mea,
Meum suauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina istac? P. quàm uenuste. quod dedit
Principium adueniens. T. plurimum merito tuo.
G. Eamus ergo ad coenam: quid stas? P. hem alterum.
Ex homine hunc natum dicas. Th. ubi uis, non moror.
P. Adibo, atq; ad simulabo, quasi nunc exeam.
Ituran' Thais quopiam es? Th. ehem Parmeno,
Bene fecisti: hodie itura. P. quò? Th. ecquid hunc uis
des?

P. Video: & me tædet. ubi uis, dona adsumt tibi
A Phædria. Thr. quid stamus? cur non imus hinc?
P. Quæso hercle ut liceat, pace quod fiat tua,

DAYO

Dare huic quæ uolumus, conuenire & conloqui.

Thr. Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

Pa. Res indicabit. heus iubete istos foras

Exire, quos iussi. ocysus procede tu huc.

Ex Aethiopia est usq; hæc: T. hic sunt tres minæ.

G. Vix. T. ubi tu es Dore? accede huc. hem eunuchum
tibi

Quam liberali facie. quam ætate integra?

Th. Ita me dij ament, honestus est. P. quid tu ais Gna-
tho?

Nunquid habes, quod contemnas? quid tu aut Thrasos

Tacent: satis laudant. fac periculum in litteris:

Fac in palestra, in musicis. quæ liberum

Scire æquom est adolescentem, solertem dabo.

Thr. Ego illum eunuchum, si sit opus, uel sobrius.

P. Atq; hæc qui misit, non sibi soli postulat

Te uiuere, & sua causa excludi cæteros:

Neq; pugnas narrat, neq; cicatrices suas

Ostentat: neq; tibi obstat: quod quidam facit.

Verum, ubi molestum non erit, ubi tu uoles,

Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.

Thr. Apparet seruum hunc esse domini pauperis.

Miseriq; G. nam hercle nemo posset, sat scio,

Qui haberet qui pararet alium, hunc perpeti.

P. Tace tu: quem esse ego puto infra omnes infimos

Homines: nam, qui huic animum assentari induxeris,

E flamma te petere cibum posse arbitror.

Th r.

EVNUCHVS

93
 Thr. Iamne inus? Thr. hos prius introducám, & que
 uolo,

Simul imperabo: postea continuo exeo.

Thr. Ego hinc abeo: tu istam opperire. P. haud con-
 uenit

Vna cum amica ire imperatorem in uia.

Thr. Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.

Gn. Ha, ha, hæ. Thr. quid rides? Gn. istuc, quod dixti
 modo:

Et illud de Rhodio dictum in mentem uenit.

Sed Thais exit. Thr. abi: præcurre, ut sint domi

Parata omnia. G. fiat. Th. diligenter Pythias

Fac cures, si Chremes huc forte aduenerit,

Vt ores, primum ut maneat: si id non commodum est

Vt redeat: si id non poterit, ad me adducito.

Py. Ita faciam. Th. quid aliud uolui dicere?

Hem, curate istam diligenter uirginem.

Domi adsitis, facite. T. eamus. Th. uos me sequimini.

THESES ETHICAE.

1 Blandimenta scortorum sunt ueluti uenena, qua
 fugienda esse & ipse Salomon in prouerbijs urget.

2 Scorta habent, teste Plauto, oculatas manus.

ACTVS TERTII SCENAE III

PERIOCHA.

Incipitur negotium uirginis restituenda, & di-
 sponitur exitus fabule. Chremetis persona est seuerior

rior ut adolescentis diligentis & non uoluptarij sed
frugi Pythiados blanda & meretricia.

CHREMES, PYTHIAS

Iambici senarij.

Profecto quanto magis magisq; cogito
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malis
Ita me uideo ab ea astute labefactarier.

Iam tum, cum primum iussit me ad se accersier,
(Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem).

Vbi ueni, causam, ut ibi manerem, repperit;

Ait rem diuinam fecisse, & rem seriam.

Velle agere mecum. iam tum erat suspectio,

Dolo malo hæc fieri omnia, ipsa accumbere

Mecum, mihi sese dare, sermonem quærerere.

Vbi friget, huc euasit, quàmpridem pater

Mihi & mater mortui essent, dico, iam diu.

Rus Sunij ecquod habeam, & quam longe à mari.

Credo ei placere hoc: sperat se à me auellere.

Postremo, ecqua inde parua perisset soror;

Ecquis cum ea una: quid habuisset, cum perit:

Ecquis eam posset noscere. hæc cur quæritet?

Nisi illa forte, quæ olim perijt paruola.

Soror, hanc se intendit esse, ut est audacia.

Verum ea si uiuit, annos nata est sedecim,

Non maior: Thais, ego quam sum, maiuscula est.

Misit porro orare, ut uenirem serio.

Aut dicat quid uolt, aut molesta ne fiet.

Non hercle ueniam tertio. heus. heus. Py. hic quis est?

Ch. Ego sum Chremes. Py. o capitulum lepidissimum.

Ch. Dico ego mi insidias fieri? Py. Thais maximo

Te orabat opere, ut cras redires. Ch. rus eo.

Py. Fac amabo. Ch. non possum, inquam. Py. at apud
nos hic mane,

Dū redeat ipsa. Ch. nihil minus. Py. cur mi Chremes?

Ch. Malam rem abis hinc? Py. si istuc ita certū est tibi,

Amabo, ut illuc transcas, ubi illa est. Ch. eo.

Py. Abi Dorias, cito hunc deduce ad mi item.

THESES ETHICAE I. VV

1 Adolefcens rusticus artis amatoriae ignarus est.

2 Idem admodum suspicax. Omnia enim dicta et
facta Thaidis male accipit, et sinistre interpretatur
Hic quoque rusticitatis et urbanitatis est discrimen.

3 Est quoque in familia obedientia, et eius officium

ACTVS TERTII SCENAE IIII

PERLOCHA I. C.

Inferitur persona Antiphonis, qua occasione narrantur
ea quae representari actione non deberent.

ANTIPHON

Iambici Octonarij Catalectici.

Heri aliquot adolescentuli coijmus in Pireo.
In hunc diem ut de symbolis essemus. Chere
am ei rei

Præse

Præfecimus : dati annuli : locū tempus constitutum
est.

Præterijt tempus. quo in loco dictum est parati ni-
hil est.

Homo ipse nusquam est: neq; scio, quid dicam, aut
quid coniectem.

Nunc mihi hoc negoti ceteri dedere, ut illum querā:
Idq; adeo uisam, si domi est. quisnam hinc à Thaide
exit?

Is est, an non est? ipsū est. quid hoc hominis? qui est
hic ornatus?

Quid ilud mali est? nequeo satis mirari, neq; conije-
cere.

Nisi quidquid est, procul hinc libet prius, quid sit,
sciscitar i.

THESES ETHICAE

1 Iuuenilia symbola quandam amicitiam sibi concis-
ciliant.

2 Consuetudo hic est ueterum symbolorū, in quibus
erat præfectus, symposiarchus, nimirum conuiuij
præses, cui in eodem principatus obtigit, ita ut sit
istius magister

ACTVS TERTII SCENAE V

PERIOCHA I. C.

Exultans successu flagitij adolescens petulans, nar-
rat sodali quæ acciderant. A. i. iphonis ethos modera-
tum.

Trochaici & Iambici octonarij acatalecti & catalecti.

Num quis hic est? nemo est. num quis hinc me sequitur? nemo homo est.

Iamne erumpere hoc licet mihi gaudiū? pro Iupiter,
Nunc tempus profecto est, cum perpeti me possim
interfici:

Ne uita aliqua hoc gaudium contaminet ægritudine.
Sed neminemne curiosum interuenire nunc mihi,
Qui me sequatur, quoquo eam, rogitando obtundat,
enicet.

Quid gestiam, aut quid letus sim, quò pergam, unde
emergam, ubi sicut

Vestitum hunc nactus, quid mihi quæram, sanus sim
anne insaniam?

A. Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quam uideo uelle
inibo.

Chærea, quid est quòd sic gestis? quid sibi hic uesti-
tus quærit?

Quid est, quod letus sis? quid tibi uis? satisne sanus?
quid me

Aspectas? quid taces? **Ch.** ó festus dies hominis: amice
Salue: nemo omnium est, quem ego magi nunc cupe-
rem uidere.

A. Narra istuc quæso quid fiet. **Ch.** imo ego te obse-
cro hercle, ut audias.

Nostrin

Nostin' hanc, quam frater amat? A. noui, nempe opi
nor Thaidem.

Ch. Istam ipsam. A. sic commemoreram. Ch. quaedam
hodie est ei dono data

Virgo. quid ego eius tibi nunc faciem praedicem, aut
laudem Antipho,

Cum ipsum me noris, quam elegans formarum specta
tor siem?

In hac commotus sum. A. ain tu? Ch. primam dices,
scio, si uideris.

Quid multa uerba? amare coepi, forte fortuna domi
Quidam erat eunuchus, quem mercatus fuerat fra
ter Thaidi:

Neg; is deductus etiam tum ad eam. summonuit me
Parmeno

bi seruus, quod ego arripui. A. quid id est? C. tacitus,
citus audies.

Vt uestem cum illo mutem. & pro illo iubeam me il
lucducier.

A. Pro eunuchon'? C. sic est. A. quid tandem ex ea re
ut caperes commodi?

Ch. Rogas? uiderem, audirem, essem una, qua cum cis
piebam Antipho.

Num parua causa, aut parua ratio est? traditus sum
mulieri, (muni

illa illico ubi me accepit, leta uero ad se abducit do

Commendat uirginem. A. cui? tibi ne? Ch. mihi A. sa

tis tuto tamen.

C. Edicit, ne uir quisquam ad eam adeat, & mihi, ne
abscedam, imperat,

In interiore parte ut maneam solus cum sola. annuo,
Terram intuens modeste. An. miser. Ch. ego inquit,
ad coenam hinc eo:

Abducit secum ancillas: paucae, quae circum illam esse
sent, manent

Novitiae, continuo haec adornant, ut lauet.

Adhortor, properent. dum apparatus, uirgo in con-
clauis sedet,

Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pi-
ctura haec, Iouem

Quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium
imbrem aureum. (serat

Egomet quoque id spectare coepi: & quia consimile li-
tam olim ille ludum, impendio magis animu' gaudere
bat mihi,

Deum sese in hominem couertisse, atque per alienas
tegulas

Fucum factu' mulieri, uenisse per impluuiu' clanculu'.

At quem Deum? qui tepla coeli summa sonitu cocutit.

Ego homuncio hoc non facerem? ego uero illud feci,
ac lubens.

Haec dum mecum reputo, accersitur lauatum interea
uirgo.

Et, lauit, redit: deinde illam in lecto ille conlocarunt
sto

Sto expectans, si quid mihi imperent. uenit una, heu
tu, inquit Dore

Cape hoc flabellum, & uentulum huic sic facito dum
lauamur.

Vbi nos lauerimus, si uoles, lauato. accipio tristis.

A. Tum equidem istuc os tuum impudens uidere ni
mium uellem,

Status quis esset, flabellum tenere te asinum tantum.

C. Vix elocuta est hoc, foras simul omnes prouult se:

Abeunt lauatum, per strepunt, ita ut sit, domini ubi
absunt.

Interea somnus uirginē opprimit. ego limis aspecto

Sic per flabellum clanculum, & simul alia circūspecto

Satin' explorata sint. uideo esse: pessulum ostio obdā

A. Quid tum? Ch. quid tum fatue? A. fateor. Ch. Egon
occasionem

Mihi ostentatam, tam breuem, tam optatam, tam in
speratam

Amitterē? tum pol ego is essem uere, qui assimulabar.

A. Sane hercle ut dicis. sed interim de symbolis quid
actum est?

C. Paratum est. A. frugies: tibi? domi? C. immo apud
libertum Discum.

A. Perlonge est: sed tanto ocius properemus: muta
uestem.

C. Vbi mutem? perij: nam domo exulo nunc: metuo
fratrem.

Ne intus sit: porro autē, pater ne rure redierit iam.

A. Eamus ad me: ibi proximum est ubi mutes. C. recte dicis

Eamus: & de istac simul, quo pacto porro posim Potiri, consilium uolo capere una tecum. A. fiat.

THESIS ETHICA

Adolescentes calore iuuenili, & uoluptatum illecebris adducti, mire uel ipsa turpitudine sibi placent & gestiunt.

ACTVS QVARTI SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Præparat oratio Doriados sequentem actionem.
Ethos ancillæ timidum.

DORIAS.

Eiusdem generis.

Tame dij bene ament, quantum ego illum uidi, non nihil timco
Misera, ne quam ille hodie insanū turbans faciat, aut uim Thaidi.

Nam postquam iste aduenit Chremes adolescens frater uirginis,

Rogat, illum admitti ut iubeat, ille continuo irascis, neque

Negare audere: Thais porro instare, ut hominem immitet. id

Faciebat

Faciebat retinendi illius causa: quia, illa quae cupiebat de sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.

Inuitat tristis. mansit ibi. illa cum illo sermonē illico. Miles uero sibi putare adductū ante oculos emulū. Voluit facere contra huic egre: heus heus, inquit, puer huc Pamphilam

Accerse, ut delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium.

Tun' in conuiuium illam? miles tendere. inde ad iurgium.

Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam.

Hoc est signi, ubi primum poterit, sese illinc subducet, scio

THESES ETHICAE.

1. Zelotypi temeritas & importunitas satis militaris.

2. Mulierum meticulosarum cautio est admodum digna.

ACTVS QVARTI SCENAE II

PERIOCHA I. C.

Et haec sequentibus praemittuntur. Oratio adolescentis corrupti & libidinis serui.

PHAEDRIA.

Iambici senarij.

G S

DUM

DVM rursus eo, cœpi egomet mecum inter iudicium
 Ita ut sit ubi quid in animo est molestiæ,
 Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
 Priorem partem. quid opus est uerbis? dum hæc puto,
 Præterij imprudens uillam. longe iam abieram,
 Cum sensi. redeo sursum, male uero me habens.
 Vbi ad ipsum ueni diuerticulum, constiti:
 Occupi mecum cogitare, hem biduum hic
 Manendum est soli sine illa? quid tum postea?
 Nihil est? quid? nihil? si non tangendi copia est.
 Eho ne uidendi quidem erit? si illud non licet,
 Saltem hoc licebit. certe extrema linea
 Amare, haud nihil est. uillam prætereo sciens.
 Sed quid hoc quòd timida subito egreditur Pythias?

THESES ETHICAE

- 1 Intemperantis amoris hæc est effiguratio. Sunt enim fere amatores moræ impatientes.
- 2 Amantium animus non est præsens, sed absens adest. Sicut parasitorum animus est in patina, ita amantium in amica.

ACTVS QVARTI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Motus in fabula & turba comperto flagitio
 Thereæ. Pythias, timida, anxiosa, seua; Adolescens im-
 credulus; Dorias simplex.

PYTHIAS, DORIAS, PHAEDRIA

Iambici octonarij, quibus admixti sunt trochaici,
iambicus senarius unus, quaternarij duo.

Vbi illum ego scelerosum misera, atq; impium
inueniam? aut ubi

Queram? hoc me tam audax facinus facere esse au-
sum? Ph. perij: hoc quid sit, uereor.

Py. Quin insuper etiam scelus, postquam ludificatus
est uirginem,

Vestem omnem miseræ discidit, eam ipsam capillo cō-
scidit.

Ph. Hem. Py. qui nunc si detur mihi,

Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolem uene-
fico?

Ph. Profecto nescio quid absente nobis turbatum est
domi.

Adibo. quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Py-
thias?

Py. Hem Phædria, ego nō quem quæram? abi hinc quo
dignus es cum donis tuis

Tam lepidis. Ph. quid istuc est rei?

Py. Rogas me? eunuchum quem dedisti nobis, quas
turbas dedit?

Vitiauit uirginem, quam heræ dederat dono miles.

Ph. quid ais?

Py. Perij. Ph. temulenta es. Py. utinam sic fient, mihi
qui male uolunt.

D. A. A.

D. Au, obsecro mea Pythias, quod istuc nam monstrum
fuit?

Ph. Insanis: qui istuc facere eunuchus potuit? **Py.** ego
illum nescio

Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat.

Virgo ipsa lacrumat, neque, cum rogites quid sit, au-
det dicere.

Ille autem bonus uir nusquam apparet. etiam hoc mi-
sera suspicor,

Aliquid domo abeuntem abstulisse. **Ph.** ne queo mirari
satis,

Quò abire ignauos ille possit longius, nisi domum

Fortè ad nos redijt. **Py.** uise amabo, num sit. **Ph.** iam
faxo scies.

D. Perij, obsecro. tam infandum facinus mea tu, ne au-
diui quidem.

Py. At pol ego amatores audieram mulierum esse
eos maximos,

Sed nihil potesse: uerum miseræ non in mentem ue-
nerat:

Nam illum aliquò concludsem, neq; illi commississent
uirginem

THESES ETHICAE.

- 1 Mulierum ira uindictæ admodum cupida.
- 2 Mulieres imprudentes sicut & uiri post factum
sapiunt.

TERENTII 105
ACTVS QVARTI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Fit manifestum Chæreæ factum, & est hac parte
etiam motoria fabula. Phædriæ Ethos sese efferens
& ferociens: Eunuchi abiectum & nihili.

PHAEDRIA, DORVS, PYTHIAS,
DORIAS.

Iambici senarij & trochaici octonarij.

EXi foras scelestæ: at etiam restitas?
Fugitiue prodi, male conciliate. Do. obsecro,
Ph. ob,

Illud uide, os ut sibi distorsit carnufex.

Quid huc reditio est? quid uestis mutatio est?

Quid narras? paulum si cessassem Pythia,

Domi non offendissem: ita iam ornabat fugam.

Py. Habesne hominem amabo? Ph. quid ni? Py. o factum bene.

Do. Istuc pol uero bene. Py. ubi est? Ph. rogitas? non uides?

Py. Videam obsecro, quem? P. hunc scilicet. Py. quis hic est homo?

P. Qui ad uos deductus hodie est. Py. hunc oculis suis Nostrarum nunquam quisquam uidit Phædria.

Ph. Non uidit? Py. an tu hunc credidisti esse obsecro

Ad nos deductum? P. nanq; alium habui neminem.

Py. atq;

Ne comparandus hic quidem ad illum est. ille erat
 Honesta facie, & liberali. P. ita uisus est
 Dudum, quia uaria ueste exornatus fuit:
 Nunc tibi uidetur foedus, quia illam non habet.
 Py. Tace obsecro: quasi uero paulum intersiet.
 Ad nos deductus hodie est adolescentulus,
 Quem tu uero uidere uelles Phædria.
 Hic est uetus, uietus, ueternosus, senex,
 Colore mustellino. P. hem, quæ hæc est fabulæ
 Eò redigis me, ut, quid egerim, egomet nesciam.
 Eho tu, emin' ego te? Do. emisti. Py. iube mihi denuo
 Respondeat. Ph. roga. Py. uenistin' hodie ad nos?
 negat.

At ille alter uenit annos natus sedecim:
 Quem secum adduxit Parmeno. P. agedum, hoc mihi
 expedi:

Primum unde habes istam, quam habes, uestem? taces?

Monstrum hominis, non dicturus? Do. uenit Chæred.
 Ph. Faterne? Do. ita est. Ph. quando? Do. hodie. Ph.
 quàm dudum? Do. modo.

Ph. Qui cum? Do. cum Parmenone. Ph. norasne eum
 prius?

Do. Non: nec, quis esset, unquam audieram dicier.

Ph. Vnde igitur meum fratrem esse, sciebas? Do.
 Parmeno

Dicebat eum esse: is dedit hanc mihi ueste. Ph. occidi.

Do.

Do. Meam ipse induit: post una ambo. abierunt foras.

Py. iam sati' credis sobriam esse me, & nil mentitam tibi?

Iam sati' certum est uirginem uitiatam esse? Ph. age nunc bellua,

Credis huic quod dicat? Py. quid isti credam? res ipsa indicat.

Ph. Concede istuc paululum. audin' etiam paululum sat est.

Dic dum hoc rursus, Chærean, tuam uestem detraxit tibi?

Do. Factum. P. & ea est indutus? D. factum. P. & pre te huc deductu' est? Do. ita.

Ph. Iupiter magne, o scelestum, atq; audacem hominem. Py. uæ mihi,

Etiam nunc non credis indignis nos irrisas modis?

Ph. Mirum ni tu credas quod iste dicat. quid agam, nescio.

Heus tu negato rursus. possūmne ergo hodie ex te exculpere

Verum? uidistin' fratrem Chærean? Do. non. Ph. non potest sine

Malo fateri, uideo. sequere me hac modo ait, modo negat,

Ora me. Do. obsecro te uero Phædria. Ph. i intro. Do. hoi, hei.

Ph. Alio pacto honeste quo modo hinc nunc abeam, nescio; Actum.

Actum est siquidem, tu me hic etiam nebulo ludifica-
bere?

Py. Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me
uiuere.

Do. Sic est. Py. inueniam hodie, parem ubi pol reser-
ram gratiam.

Sed nunc quid faciundum censes Dorias? Do. de ista
rogas

Virgine? Py. ita utrum taceamne, an predicem? Do.
pol, si sapis,

Quod scis nescis, neq; de eunucho, neq; de uitio uir-
ginis.

Hac re & omni turba euolues te, & ili gratum fe-
ceris.

Id modo dic, abisse Dorum. Py. ita faciam. Do. sed uir-
deon Chremem?

Thais iam aderit. Py. quid ita? Do. quia cum inde
abeo, iam tunc inceperat

Turba inter eos. Py. aufer aurum hoc ego scibo ex
hoc, quid fiet.

THÉSES ETHICAE I. VV.

I Peccata non sunt dissimulanda sed castiganda.

II Mulieres sunt formarum in adolescentulis dili-
gentissima spectatrices.

III Camerina non est mouenda, iuxta prouerb.

ACTVS QVARTI SCENAE V

PERIOCHA I. C.

Redit

Reducitur Chremes quem Thais mox consequatur: ebriolus quidem ille & iam nugaculus.

CHREMES. PYTHIAS.

Iambici octonarij.

ATat, data hercle uerba mihi sunt: uicit uinum quod bibi,

Ac dum accubabam, quam uidebar mihi esse pulchre sobrius:

Postquam surrexi, neq; pes, neq; mens satis suum officium facit.

Py. Chreme. C. quis est? ehem Pythia, uah quanto nunc formosior

Videre quam dudum? Py. certe quidem tu pol multo alacrior.

Ch. Verbum hercle uerum hoc est: sine Cerere & Libero friget Venus.

Sed Thais multo ante uenit? Py. anne abiit iam à milite?

Ch. iam dudum, et atem. lites sunt inter eos facte maxumæ.

Py. Nil dixit tum, ut sequerere sese? C. nihil, nisi abiens mihi innuit.

Py. Eho, nonne id sat erat? C. at nesciebam id dicere illam, nisi quia

Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extrusit foras. (terina

Sed eam ipsam uideo: miror ubi huic ego anteuor

H Theses

EUNUCHVS
 THESIS ETHICA. I. VV.

Recte D. Augustinus ait. Ebrietas aufert memoria,
 dissipat sensum, confundit intellectum, incitat libidi-
 nem, omnia membra debilitat, uitamq; exterminat.
 Est eadem teste Pytagora, insanie cuiusdam medita-
 tio, representatio, & exercitium.

ACTVS QVARTI SCENAE VI

PERIOCHA. I. C.

De sorore agit cum Chremete Thais, & prepara-
 tur motus sequens. Thais sat bona & constans: Chre-
 metis ethos rusticum & cautum.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS,

Throchaici & iambici octonarij, Throchaicus qua-
 ternarius, & iambicus quaternarius.

Credo equidem illum iam affuturum esse, illum
 ut eripiat: sine

Veniat: atqui si illam digito attigerit uno, oculi illi

co

Effodientur. usq; eò ego illi' ferre possum ineptias.

Et magnifica uerba, uerba dum sint. uerum enim si

ad rem

Conferentur, uapulabit.

Ch. Thais, ego iam dudum hic adsum. T. o mi Chreme-

te ipsum expectabam:

Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? & adeo

ad te

ad te attinere hanc

Omne rem? C. ad me? qui? quasi istuc. Th. quia dum
tibi sororem studeo

Reddere, & restituere, hæc atq; huiusmodi sum multa
passa.

Ch. Vbi ea est? T. domi apud me. C. ehem. Th. quid est?
Educta ita, uti teq; illaq; dignum est. C. quid ais? Th. id
quod res est.

Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa abs te quida
quam pretij.

Ch. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita uti me
rita es,

Gratia. Th. at enim caue, ne prius, quam hanc à me acci-
pias, amittas

Chreme: nam hæc ea est, quam miles à me ui nunc ue-
nit ereptum.

Abi tu, cistellam Pythias domo effer cum monumentis.

Ch. Viden' tu illum Thais? Py. ubi sita est? Th. in risco,
odiosa cessas?

Ch. Militem secum ad te quantas copias adducere?

At at at. Th. num formidolosus obsecro es mi homo?

Ch. apage sis,

Ego formidolosus? nemo est hominum, qui uiuat, mi-
nus.

Th. Atq; ita opu' est. Ch. au, metuo, qualem tu me esse
hominem existumes.

H

2

Th.

Th. Imo hoc cogitato: qui cum res tibi est, peregrinus est,

Minus potens quam tu, minus notus, amicorum hic habens minus.

Ch. Scio istuc: sed tu quod cauere possis, stultum admittere est.

Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci accepta iniuria.

Abi tu, atque ostium obsera intus. ego dum hinc transcurro ad forum:

Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. Th. mane.

Ch. Melius est. Th. mane. Ch. omitte, iam adero. Th. nil opus est istis Chreme:

Hoc dic modo, sororem illam tuam esse, & te paruum uirginem

(cape.

Amisisse, nunc cognosse: signa ostende. Py. adsunt. Th.

Si uim faciet, in ius ducito hominem: intellexim? Ch. probe.

Th. Fac, animo haec praesenti dicas. C. faciam. Th. attolle pallium.

Perij, huic ipsi opus patrono est, quem defensore paro.

THESES ETHICAE. I. VV.

1 Magna est meretricis confidentia ad grauius facinus patrandum.

2 Astutae sunt meretrices in captando fauore, dum periclitantur.

TERENTII 117
ACTVS QVARTI SCENAE VII
PERIOCHA I. C.

Hec est præcipua turba in fabula. Et sunt magni conatus, qui in magnas nugas euadunt, uel ridicule potius euanescent. Thraso, thrasonice timidus: Gnatho, ineptus: Thais fastuosa: Chremes iam etiam feroculus.

THRASO, GNATHO, SANGA,
CHREMES, THAIS.

Iambici & trochaici octonarij.

H Ancine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam Gnatho?

Mori me satius est. Simalio, Donax, Syrisce, sequimini Primum ad eis expugnabo. Gn. recte. Thr. uirginem eripiam. Gn. probe.

Thr. Male multabo ipsam. Gn. pulchre. Thr. in medijs huc agmen cum uecti Donax.

Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dexterum Cedo alios: ubi centurio est Sanga, & manipulus furum? S. eccum adest.

Thr. Quid ignaue? peniculon' pugnare, qui istum huc portes, cogitas?

S. Egone? imperatoris uirtutem noueram, & uim militum?

Sine sanguine hoc fieri non posse: qui abstergerem uulnera.

Thr. Vbi alij? S. qui, malum, alij? solus Sannio seruae domi.

H 3 Thr.

Thr. Tu hosce instruxit: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.

G. Illuc est sapere: ut hosce instruxit, ipse sibi cauit loco.

Thr. Idem hocce Pyrrhus factitavit. **C.** uiden tu Thais, quam hic rem agit?

Nimirum consilium illud rectum est de occludendis edibus.

Th. Sane, quod tibi nunc uir uideatur esse, hic nebulo magnus est:

Ne metuas. **Thr.** quid uidetur? **G.** fundam tibi nunc nimis uellem dari,

Vt tu illos procul hinc ex occulto cederes: facerent fugam.

Th. Sed eccum Thaidem ipsam uideo. **G.** quam mox irruimus? **Thr.** mane.

Omnia prius experiri uerbis, quam armis, sapientem decet.

Qui scis, an que iubeam, sine ui faciat? **G.** Dij uostram fidem,

Quanti est sapere. nunquam accedo ad te, quin abs te abeam doctior.

Thr. Thais, primum hoc mihi responde: cum tibi doctam istam uirginem,

Dixit in hos mihi dies soli dare te? **T.** quid tum postea?

Thr. rogitas,

Que mi ante oculos amatorem coram adduxisti tuum?

Quid

Quid cum illo ut agas? & cū eo clā subduxisti te mihi?
 Th. Libuit. Thr. Pamphilam ergo huc redde, nisi uis
 mauiis eripi.

Ch. Tibi ilam reddat? aut tu eam tangas? omnium. Gn.
 ah, quid ais? tace.

Ch. Quid tu tibi uis? Thr. ego nō tangam meam? Ch.
 tuam autem furcifer?

Gn. Caue scis: nescis, cui maledicas nunc uiro. Ch. non
 tu hinc abis?

Scin' tu, ut tibi res se habeat? si quidquam hodie hic
 turbæ cœperis,

Faciam, huius loci, dijq; meiq; semper memineras.

Gn. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias
 inimicum tibi.

Ch. Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. Gn.
 ain' uero canis?

Sic cine agis? Thr. quis tu es homo? quid tibi uis? quid
 cum illa rei tibi est?

Ch. Scibis, principio eam esse dico liberam. Thr. hem
 Ch. ciuem Atticam. Thr. hui.

Ch. Meam sororem. Thr. os durum. Ch. miles. nunc da
 deo edico tibi,

Ne uim facias ullā in illā. Th. ais, ego eo ad Sophronam
 Nutricem, ut eam adducam, & signa ostendam hæc.

Thr. tun' me prohibeas,

Meam ne tangam? Ch. prohibeo inquam. Gn. audin' tu
 hic furti se alligat.

Ch. Satin hoc est tibi? Thr. hoc idem tu ais? Tha. que-
re, qui respondeat.

Thr. Quid nunc agimus? Gn. quin redeamus: iam hec
tibi aderit supplicans

Utro. Thr. credim? Gn. imo certe: noui ingenium mu-
lierum:

Nolunt, ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultro. Thr. bene
putas.

Gn. Iam dimitto exercitum? Thr. ubi uis. Gn. sangaita
uti fortes decet

Milites, domiq; sociq; fac uicissim ut memineris.

San. Iam dudum est animus in patinis. Gn. frugies.

Thr. uos me hac sequimi.

THESES ETHICAE. I. VV.

1 Hic est Thraso non tantum uerbis, sed & re ipsa ua-
nus ostentator.

2 Gnatho & in periculo semper sui similis est.

3 Thaidis uehementia & pertinacia satis uirilis.

ACTVS QVINTI SCENAE I

PERIOCHA. I. C.

Cognoscit ea quæ absente se gesta fuerant Thais,
& grauius comouetur. Pythiados trepida personæ
& uiso hæcæ læta.

Thais, Pythias.

Iambici senarij.

Peræ

Pergin scelestam mecum perplexe loqui?
 Scio, nescio: abiit: audiui: ego non affui.

Non tu istuc mihi dictura aperte es, quid quid est?
 Virgo conscissa ueste lacrumans obticet,

Eunuchus abiit, quamobrem? quid factum est? taces?

Py. Quid tibi ego dicam misera? illum eunuchum ne-
 gant

Fuisse. Th. quis fuit igitur? Py. iste Chærea.

Th. Qui Chærea? Py. iste ephēbus frater Phædræ.

Th. Quid ais uenefica? Py. atqui certo comperi.

Th. Quid is obsecro ad nos, quamobrem adductus est?

Py. nescio,

Nisi amasse credo Pamphilam. Th. hem misera occidi,

Infelix, siquidem tu istæc uera prædicas.

Num id lacrumat uirgo? Py. id opinor. T. quid ais sa-
 crilega?

Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?

Py. Quid facerem? ita ut tu iusti, soli credita est.

Th. Scelestam, ouem lupo commisti. dispudet
 Sic mihi data esse uerba. quid hominis illic est?

Py. Hera mea tace, obsecro, saluæ sumus: hominem

Habemus ipsum. T. ubi is est? P. hem ad sinistram, nō
 uides?

En. T. uideo. P. comprehendi iube, quantum potest.

Th. Quid illi facies stulta? P. quid faciam rogas?

Vide amabo, si non, cum aspicias, os impudens

Videtur. Th. non. Py. tum, quæ eius confidentia est.

H 3

The

1 Meretricum magna est curiositas, cum omnia ex-
piscari cupiant omniumq; negotijs se ingerant.

2 Insignis calliditas meretricum est, quæ uel uno sig-
gno, de uitio puellæ facto coniecturam facit.

ACTVS QVINTI SCENAE II

PERIOCHA I. C.

Explicari incipit res de uitio oblato uirgini. Thai-
dos oratio præclara, Chærea opportuna, Pythiados
acerba.

Chærea, Thais, Pythias.

Eiusdem generis.

A Pud Antiphonem uterq; mater & pater,
Quasi dedita opera, domi erāt, ut nullo modo
Introire possent, quin uiderent me. interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam
Venit. ubi uidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum, inde item
In aliud, inde aliud. ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.
Sed estne hæc Thais, quam uideo? ipsa est. hæreo.
Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?
Th. Adeamus.. bone uir Dore, salue: dic mihi,
Ausugistim? Ch. hera, factum. Th. satim? id tibi placet?
Ch. Non. T. credim? te impune habiturum? Ch. uiam
hanc

hanc noxiam

Mitte: si aliam unquam admisero ullam, occidito.

Th. Num meam scuitiam ueritus es? Ch. non. Thais,
quid igitur?

Ch. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.

Th. Quid feceras? Ch. paululum quiddam. Py. cho,
paululum impudens,

An paululum esse hoc tibi uidetur, uirginem

Vitiare ciuem? Ch. conseruam esse credidi.

Py. Conseruam? uix me contineo, quin inuolem in
Capillum: monstrum, etiam ultro derisum aduenit.

Th. Abi hinc insana. Py. quid ita uero? debeam

Credo, isti quidquam furcifero, si id fecerim:

Præsertim cum se seruom fateatur tuum.

Th. Missa hæc faciamus. non te dignum Chærea

Fecisti. nam si ego digna hæc contumelia

Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.

Neq; ædepol, quid nunc consili capiam, scio,

De uirgine istac: ita conturbasti mihi

Rationes omnes, ut eam non possim suis,

Ita ut æquom fuerat, atq; ut studui, tradere, ut

Solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.

Ch. At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam

Fore Thais. sæpe ex huiusmodi re quapiam, et

Malo ex principio magna familiaritas

Conflata est. quid, si hoc quispiam uoluit Deus?

Th. Equidem pol in eam partem accipioq; et uolo.

Ch. Imo

Ch. Imo ita quæso. unum hoc scito contumeliæ

Non me fecisse causa, sed amoris. Th. scio,

Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.

Non adeo inhumano ingenio sum Chærea,

Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, nesciam.

Ch. Te quoq; iam Thais, ita me dii bene ament, amo.

Py. Tum pol ab isto tibi hera cauendum intellego.

Ch. Non ausim. Py. nihil tibi quidquam credo. Th. desinas.

Ch. Ego me tuæ commendo & committo fidei.

Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix sies:

Te mihi patronam cupio Thais, te obsecro:

Emoriar, si non hanc uxorem duxero.

Th. Tamen si pater. Ch. quid? ah uolet, certo scio,

Cuius modò hæc sit. Th. paululum opperirier

Si uis, iam frater ipse hic aderit uirginis:

Nutricem accersitum ijt, quæ illum aluit paruolam:

In cognoscendo tute ipse aderis Chærea.

Ch. Ego uero maneo. Th. uisne interea, dum is uenit,

Domi opperiamur potius, quam hic ante ostium?

C. Imo percupio. P. quam tu rem actura obsecro es?

Th. Nam quid ita? Py. rogitas? hunc tu in ædeis cogitas

Recipere posthac? Th. cur non? Py. crede hoc mææ fidei,

Dabit hic aliquam pugnam denuo. Th. au. tace obsecro.

Py. Parua

Py. Parum perspexisse eius uidere audaciam.

Ch. Non faciam Pythia. P. non pol credo Chærea,

Nisi si commissum non erit. C. quin Pythias

Tu me seruato. P. neq; pol seruandum tibi

Quidquam dare ausim, neq; te seruare. apage te.

Th. Optime. adest ipse frater. C. perij hercle: obsecro

Abeamus intro Thais: nolo, me in uia

Cum hac ueste uideat. Th. quamobrem tandem? an quia pudet?

Ch. Id ipsum. Py. id ipsum? uirgo uero. Th. I præ, sequar.

Tu istic mane, ut Chremem introducas Pythias.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Adolefcens timet iustam reprehensionem.

2 Magna est meretricum in delictis amatorijs condonandis indulgentia.

3 Digna ist meretrix multis contumelijs.

ACTVS QVINTI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Meditatio ancillæ subdola. Ethos implacabile

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

Iambici senarij

Quid? quid uenire in mentem nunc possit mihi,

Quidnam, qui referam illi sacrilego gratiam,

Qui hunc supposuit nobis? C. moue uero ocyus

Te

Te nutrix. S. moueo. C. uideo. sed nil promoues.

Py. Iamne ostendisti signa nutrici? C. omnia.

Py. Amabo, quid ait? cognoscitne? C. ac memoriter.

Py. Bene æpol narras: nam illi fauco uirgini.

Ite intro: iam dudum hera uos expectat domi.

Virum bonum eccum Parmenonem incedere

Video: uide, ut otiosus sit si dijs placet.

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.

Ibo intro, de cognitione ut certum sciam:

Post exhibo. atq; hunc perterrebo sacrilegum

THESES ETHICAE I. VV.

1 Sedulitas puellæ est in ludificando conseruo, & in uindicta.

2 Meretricum astutia in seruulos perspicitur.

ACTVS QVINTI SCENAE IIII

PERIOCHA I. C.

Reducitur ad nouum motum: nam fabula hæc plane motoria est. Parmeno, de euentu incerto glorians, exemplum festinantis exultationis: quam falsam magna conturbatio excipere solet.

PARMENO, PYTHIAS.

Eiusdem rationis.

Reuiso, quidnam Chærea hic rerum gerat.

Quod si astu rem tractauit, dii uostram fidem

Quantam, & quam ueram laudem capiet Parmeno?

Nam ut omittam, quod ei amorem difficillimum, &

CA

TERENTII

Carissimum ab meretrice auara uirginem
 Quam amabat, eam confeci sine molestia.
 Sine sumptu sine dispendio. tum hoc alterum,
 Id uero est, quod ego mihi puto palmarium,
 Me repperisse, quomodo adolescentulus
 Meretricum ingenia & mores posset noscere
 Mature ut cum cognorit, perpetuo oderit.
 Quae dum foris sunt, nihil uidetur mundius,
 Nec magis compositum quidquam, nec magis elegans
 Quae, cum amatore suo cum coenant, ligurriunt.
 Harum uidere ingluuiem, sordes, inopiam,
 Quam inhonestae solae sint domi, atq; auidae cibi,
 Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent,
 Nosse omnia haec, salus est adolescentulis.
 PY. Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus,
 Vliscar, ut ne impune in nos inluseris.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Improbis suo facinori gratulatur.
- 2 Est hic morum meretricorum & domi & foris notatio.
- 3 Arte suos dolos amatores tractant.

ACTVS QVINTI SCENAE V

PERIOCHA I. C.

Perterretur Parmeno ficti periculi narratione,
 in quod ipse uideretur coniecisse herilem filiū. & de
 hac ludificatione catastrophe conficitur. Ethos Pythia
 ados fallax.

PY

PYTHIAS, PARMENO.

Trochaici octonarij catalectici.

Pro deum fidem, facinus foedum: o infelicem adole-
lescentulum.

O scelestum Parmenonem, qui istum huc adduxit. Pa.
quid est?

Py. Miseret me: itaq; ut ne uiderem, misera huc effu-
gi foras.

Quae futura exempla dicunt in eum indigna? Pa. o
Iupiter,

Quae illaec turba est? numnam ego perij? adibo. quid
istuc Pythias?

Quid ais? in quem exempla fient? Py. rogitas audas-
cissime?

Perdidisti istum, quem adduxisti pro eunucho, adole-
scentulum,

Dum studes dare uerba nobis. Pa. quid ita? aut quid
factum est? cedo.

Py. Dicam. uirginem istam, Thaidi hodie quae dono
data est,

Scin' eam hinc ciuem esse? & eius fratrem adprime
nobilem?

Pa. Nescio. Py. atqui sic inuenta est? eam iste uitiauit
miser.

Ille ubi id resciiuit factum frater uiolentissimus.

Pa. Quidnam fecit? Py. conligauit primum eum mise-
ris modis.

Pa. Colle

Pa. Conligauit? hem. Py. atq; e quidem orante, ut ne id
faceret, Thaide.

Pa. Quid ais? Py. nunc minatur porro sese id, quod
mœchis solet:

Quod ego nunquam uidi fieri, neque uelim. Pa. qua
audacia

Tantum facinus audet? Py. quid ita tantum? Pa. an non
hoc inximum est?

Quis homo pro mœcho unquam uidit in domo me-
retricia

Deprehendi quenquam? Py. nescio. Pa. at ne hoc ne
sciatis Pythias,

Dico, edico uobis, nostrum esse illum herilem filium.

Py. hem,

Obsecro an is est? Pa. ne quam in illum Thais uim fi-
eri sinat.

Atque adeo autem cur non egomet intro eo? Py. uide
Parmeno

Quid agas, ne neque illi profis, & tu pereas: nam
hoc putant,

Quicquid factum est, ex te esse ortum. Pa. quid igi-
tur faciam miser? (Senem.)

Quid uic incipiam? ecce autem uideo rure redeuntem

Dicam huic, an non? dicam hercle: etsi mihi magna
malum

Scio paratum: sed necesse est, huic ut subueniat. Py.
sapis;

I

Ego

Ego ab eo intrò: tu isti narrato ordine, ut factum fiet.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Hic est exemplum quam fraudulentæ sint lenæ & meretrices.
- 2 Malè sibi conscius seruus mox mouetur & exagitatur.

ACTVS QVINTI SCENAE VI.

PERIOCHA I. C.

Adducitur senex rure ad catastrophem. Ethos percussis senis.

LACHES, PARMENO.

Iambici senarij.

EX meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neque agri, neque arboris odium me unquam percipit.

Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.

Sed estne ille noster Parmeno? & certè ipse est.

Quem præstolare Parmeno hic ante ostium?

Pa. Quis homo est? hem, saluum te aduenire herè gaudeo.

La. Quem præstolare? Pa. perij: lingua hæret metu.

La. hem,

Quid est, quod trepidas? sati ne saluæ? dic mihi:

Pa. Here, primum te arbitrari id, quod res est uelim:

Quicquid huius factum est, culpa non factum est mea.

La. Quid? Pa. rectè sane interrogasti, oportuit

Rem

Rem prænarrasse me. emit quendam Phœdria
 Eunuchū, quem dono huic daret. La. cui? Pa. Thaidi.
 La. Emit? perij hercle. quanti? Pa. uiginti minis.
 La. Actum est. Pa. tum quandam fidicinam amat hic
 Chærea.

La. Hem, quid amat? an scit iā ille, quid meretrix siet?
 An in astu uenit? aliud ex alio malum.

Pa. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit.

La. Omitte de te dicere. ego te furcifer,
 Si uiuo. sed istuc, quicquid est, primum expedi.

Pa. Is pro illo eunuchō ad Thaidem hęc deductus est.

L. Pro eunuchō? P. Sic est. hunc pro mœcho postea
 Comprehendere intus, & constrinxere. La. occidi.

Pa. Audaciam meretricum specta. La. nunquid est
 Aliud mali, damniue, quod non dixeris,

Reliquom? P. tantū est. L. cession' huc intro irrūpere?

Pa. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sis
 malum,

Nisi, quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo,

Propter me hisce aliquid esse euenturum mali:

Nam iam diu aliquam causam quærebat senex,

Quamobrē insigne aliquid faceret ijs: nunc repperit.

THESES ETHICAE.

- 1 Magna oportunitas in uicino fundo & iucūditas.
- 2 Male sibi conscij pene obmutescunt, trepidant, &
 in dicendo nullum ordinem seruant.
- 3 Adolescentum potissimum Christianorum est, ut

I ij ignes

ignorent, quid sit meretrix.

iiij. Serui afflicti & suos heros affligi exoptant.

ACTVS QVINTI SCENAE VII.

PERIOCHA I. C.

Exultatio leuis ancillæ, & indignatio serui.

PYTHIAS, PARMENO.

Iambici octonarij cataleſtici.

Nunquam ædèpol quicquam iam diu, quod magis uellem euenire,

Mi euenit, quàm quòd modo ſenex intro ad nos uenit errans.

Mihi ſolæ ridiculo fuit, quæ, quid timeret, ſcibam.

Pa. Quid hoc autem eſt? Py. nunc id prodeò, ut conueniam Parmenonem.

Sed ubi obſecro eſt? Pa. mèn' quærit hæc? Py. atque eocum uideo, adibo.

Pa. Quid eſt inepta? quid tibi uiſ? quid rides? peregrin' Py. perij.

Deſeſſa iam ſum miſera te ridendo. Pa. quid ita? Py. rogitas?

Nunquam ædèpol hominem ſtultiorem uidi, nec uidebo. ah,

Non pote ſatis narrari, quos ludos præbueris intus. At etiam primo callidum, & diſertum credidi hominem.

Quid? illicòne credere ea, quæ dixi, oportuit te?

An penitebat ſlagitij, te auctore quod feciſſet

Adole

Adolescens, ni miserum insuper etiã patri indicares?
 Nam quid illi credis animi tum fuisse, ubi uestẽ uidit
 illam esse eum indutum pater? quid? iam scis te pe-
 ruisse?

Pa. Ehem, quid dixti pessuma? an mētita es? etiã rides?
 Itan' lepidum tibi uisum est scelus, nos irridere? Py.
 nimium.

Pa. Siquidem istuc impune habueris. Py. uerum. Pa.
 reddam hercle. Py. credo:

Sed in diẽ istuc Parmeno est fortasse, quod minitare?
 Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulũ nobilitas
 Flagitijs, & eundẽ indicas: uterq; in te exẽpla edent.

Pa. Nullus sum. Py. hic pro illo munere tibi honos est
 habitus. abeo.

P. Egomet meo iudicio miser, quasi sorex, hodie perij

THESES ETHICAE. I. VV.

I. Mirum est, quã sibi applaudant puellæ uoti sui
 compote s.

ij. Mulieres sunt uindictæ cupidissimæ. Semper par
 pari referre exoptant.

ACTVS QVINTI SCENAE VIII

PERIOCHA L. C.

Reducitur Thraso tandem ut tota res concludatur.
 Cuius illa magnifica ostentatio in extremam humilita-
 tem desinit, et uanitas tamen permanet, quæ est huius
 generi Thrasonum propria.

GNATHO, THRASO.

I iij

Tro

Trochaici, octonarij, catalectici.

Quid nunc? qua spe? aut quo cōsilio huc inueni
quid inceptas Thraso?

Th. Egone? ut Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat.
Gn. quid est?

Th. Qui minus huic, quam Hercules seruiuit Omphale?
Gn. exemplum placet.

Vtinam tibi committigari uideam sandalio caput.
Sed quid? fores crepuere ab ea. quid autem hoc est mali?

Hunc ego nunquam uideram etiam. quidnam prope
rans hinc profilit?

THESES ETHICAE.

1 Mulierosi ita se penitus mulieribus dedunt, ut sub
earum imperio uiuant.

2 Infelicissimè cadunt omnia ijs, qui adultores
audiunt.

ACTVS QVINTI SCENAE IX.

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA,

GNATO, THRASO.

Iambici, trochaici, octonarij.

O Populares, ecquis me uiuit hodie fortunatior?

Nemo hercle quisquam: nam in me planè dij potestatem
suam

Omni ostendere, qui tam subito tot congruerint
commoda.

P. Qui

P. Quid hic lotus est? Ch. O Parmeno mi, o mearum
uoluptatum omnium

Inuentor, inceptor, perfector, scin' me in quibus sim
gaudijs?

Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? Pa. audiui.

Ch. scis sponsam mihi?

Pa. Bene, ita me di ament, factum. Gn. audin' tu illum
quid ait? Ch. tum autem Phædræ,

Meo fratri, gaudeo amorem esse omnem in tranquilo
lo: una est domus:

Thais patri se commendauit, in clientelam & fidem
Nobis dedit se. Pa. fratris igitur Thais tota est. Ch.
scilicet.

Pa. iam hoc aliud est, quod gaudeamus: miles pellitur
foras.

Ch. Tum tu, frater, ubi ubi est, fac quamprimum hæc
audiat. Pa. uisam domum.

Th. Nunquid Gnatho dubitas, quin ego nunc perpe-
tuo perierim? Gn. sine

Dubio opinor. Ch. quid commemorem primum, aut
quem laudem maxime?

Illum, qui mihi dedit consilium ut facerem: an me,
qui id ausu' sim (fuit,

Incipere? an fortunam collaudem, que gubernatrix

Quotot res, tantas, tam opportunè in unum conclu-
sit diem? an

Mei patris festiuitatem & facilitatem? o Iupiter.

Serua obsecro hæc nobis bona. Ph. Dij uostram fidem
incredibilia

Parmeno modo quæ narrauit. sed ubi est frater? Ch.
præsto est. Ph. gaudeo.

C. Satis credo. nihil est Thaide hac frater tua dignius.
Quod ametur: ita nostræ est omni faulrix familie,
Ph. hui, mihi

Illam laudas? Th. perij, quanto spei est minu', tanto
magis amo.

Obsecro Gnatho in te spes est. Gn. quid uis faciam?
Th. perfice hoc

Precibus, pretio, ut hæream aliqua in parte tamen
apud Thaidem.

Gn. Difficile est. Th. si quid conlibuit, noui te. hoc
si effeceris,

Quoduis donum, præmium à me optato, id optatum
feres.

Gn. Itane? Th. sic erit. Gn. hoc si efficio, postulo ut
mihi tua domus

Te præsentem, absente pateat, inuocato ut sit locus

Semper. Th. do fidem ita futurum. Gn. accingar. Ph.
quem hic ego audio. (ent)

O Thraso. T. saluete. P. tu fortasse, quæ facta hic sis
Nescis. Th. scio. Ph. cur ergo in his te ego conspicio
regionibus?

Th. Vobis fretus. Ph. scis quàm fretus miles edico
tibi.

Si in platea hac te offendero post unquam: quod dicas mihi,

Alium querebam, iter hac habui: perijsti. Gn. eia haud sic decet.

Ph. Dictum est. Gn. non cognosco uostrum tam superbum. Ph. sicerit.

Gn. Prius audite paucis: quod cū dixero si placuerit,

Facite te. Ph. audiamus. Gn. tu concede paulum istuc Thraso.

Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim,

Me, huius quidquid facio, id facere maxume causa mea

Verū idē si uobis prodest, uos non facere inscitia est.

Ph. Quid id est? Gn. militem riualem ego recipiendum censeo. Ph. hem

Recipiendum? Gn. cogita modo. tu hercle cum illa Phædria

Et libenter uiuis, & enim bene libenter uictitas,

Et quod des paulum, & necesse est multum accipere Thaidem.

Vt tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo, ad

Omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo

Nemo est. principio & habet quod det, & dat nemo largius:

Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesq; & dies:

Neque tu istum metuas ne amet mulier: pellas facile, ubi uelis.

Ph. Quid agimus? Gn. præterea hoc etiam, quod ego
uel primum puto,

Accipit hominē nemo melius prorsus, neq; prolixius

Ph. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opusest.

Ch. idem arbitror.

Gn. Rectē facitis. unum etiam hoc uos oro, ut me in
uostrem gregem

Recipiatis: sati' diu hoc iam saxum uoluo. Pa. Recipis

Ch. Ac libenter. Gn. at ego pro istoc Phædria, & tu

Chærea,

Hunc comedendum, & deridendum uobis præbeo.

Ch. placet.

Ph. Dignus est. Gn. Thraso ubi uis, accede. Thr. ob-

secro te, quid agimus?

Gn. Quid? isti te ignorabant. postquam eis mores
ostendi tuos,

Et collaudaui secundum facta & uirtutes tuas,

Impetraui. T. bene fecisti. gratiam habeo maximam.

Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent
plurimum.

Gn. Dixim' ego uobis, in hoc esse atticam eloquen-
tiam?

Ph. Nil præter promissum est. ite hac. uos ualete, &
plaudite.

HEAVTON TIMORVM MENOS
 RAECA EST MENANDRV, ACTA
 VDIS MEGALENSIBVS, L. CORNE-
 IO LENTVLO, L. VALERIO FLAG-
 O AEDILIB. CVRVLIB. EGIT AM-
 IVIVS TVRPIO. MODOS FECIT
 LACCVS CLAVDI. ACTA PRIMVM
 IBIIS IMPARIBVS, DEINDE DVA-
 VS DEXTRIS: ACTA ETIAM TER-
 IO, TI. SEMPRONIO, M. IVVEN-
 IO COS.

PERSONAE.

CHREMES,	<i>senex.</i>
CLITIPHO,	<i>adolescens.</i>
SYRVS,	<i>seruus.</i>
SOSTRATA,	<i>matrona.</i>
BACCHIS,	<i>meretrix.</i>
MENEDEMVS,	<i>senex.</i>
CLINIA,	<i>adolescens.</i>
DROMO,	<i>seruus.</i>
PHRYGIA,	<i>ancilla.</i>
ANTIPHILA,	<i>Chremetis filia.</i>

NUTRIX.

C. SVL

C. SŪLPITII APPOLLINARIS
PERIOCHA

IN militiam proficisci gnatum Cliniam,
Amantem Antiphilam, compulit durus pater
Animiq; sese angebat, facti pœnitens.
Mox ut reuersu' est, clam patrem diuortitur
Ad Clitiphonem. is amabat scortum Bacchidem.
Cum accerferet cupitam Antiphilam, Clinia,
Vt eius Bacchis uenit amica, ac seruale
Habitum gerens Antiphila. factum id, quo patrem
Suum celaret Clitipho. hic technis Syri,
Decem minas meretriculæ aufert à sene:
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

P R O L O G V S

Est mixtus. Nam in commendatione fabulæ, & poetæ est systaticus, Latinis esset commendat orius. Verum in defensione translationis est anaphoricus. Refert enim aduersarij maledicta, & confutat: & magis eius pars est generis iudicialis.

NE cui sit uostrum mirum, cur parteis seni
Poeta dederit, quæ sunt adolescentium:
Id primum dicam: deinde, quod ueni, eloquar.
Ex integra Græca integram comœdiam
Hodie sum acturus Heauton timorumenon,
Duplex quæ ex argumento facta est simplici.

NOVA

quam esse ostendi, & quæ esset. nunc, qui scripserit,
 cuius græca sit, ni partem maxumam
 existimarem scire uostrum, id dicerem.
 nunc, quã ob rem has partes didicerim, paucis dabo.
 oratorem uoluit esse me, non prologum:
 uestrum iudicium fecit: me actorem dedit.
 sed hic actor tantum poterit à facundia,
 quantum ille potuit cogitare commode,
 qui orationem hanc scripsit, quam dicturum sum.
 tam quod rumores distulerunt maleuoli,
 uultus contaminasse græcas, dum facit
 uocas latinas: factum hic esse id non negat,
 seque se id pigere. & deinde facturum autumat.
 habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
 licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
 tum quod maleuolus uetus poeta dictitat,
 repente ad studium hunc se applicasse musicum,
 amicum ingenio fretum, haud natura sua:
 Arbitrium uestrum, uestra existimatio
 ualebit. quam ob rem omnes uos oratos uolo,
 Ne plus iniquum possit quam æquum oratio,
 Facite, æqui sitis, date crescendi copiam,
 Nouarum qui spectandi faciunt copiam
 Sine uitijs: ne ille pro se dictum existimet,
 Qui nuper fecit seruo currenti in uia
 Deesse populum: cur insano seruiat?
 De illius peccatis plura dicet, cum dabit

Alias

Alias nouas, nisi finem maledictis facit.
 Adeste equo animo: date potestatem mihi:
 Statariam agere ut liceat per silentium:
 Ne semper seruos currens, iratus senex,
 Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
 Auarus leno, assidue agendi sint mihi
 Clamore summo, cum labore maxumo.
 Mea causa, causam hanc iustam esse, animum inducit
 Ut aliqua pars laboris minuatur mihi:
 Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni.
 Laboriosa si qua est, ad me curritur:
 Si lenis est, ad alium defertur gregem.
 In hac est pura oratio. experimini,
 In utramq; partem ingenium quid possit meum.
 Si nunquam auare pretium statui arti mee,
 Et eum esse questum in animum induxi maxumum
 Quam maxumè seruire uostri commodis:
 Exemplum statuite in me, ut adolescentuli
 Vobis placere studeant potius, quam sibi.

ACTV

Colloquium senum duorum, argumenti explicatio
sem continens. Sunt autem diuersae naturae expressae
in his duobus vicinis. Nam Chremes est sua opinione
prudens: ac ex eorū genere, qui alijs consulere solent
se sciunt, sibi nequeunt. Menedemus autē in utramq;
partē immodicus, & durus & mollis nimis, cuiusmo-
di ferē imperiti homines esse consueuerunt.

CHREMES MENEDEMVS

Iambici senarij.



Vanquam haec inter nos nupera
notitia admodum est:
Inde adeo quod agrum in proxima
mo hic mercatus es, (fuit:
Nec rei ferē sane amplius quicquā

Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiae puto,
Facit, ut te audacter moneam, & familiariter,
Quod mihi uidere praeter aetatem tuam
Facere, & praeter quam res te adhortatur tua.
Nam pro deum atq; hominum fidem, quid uis tibi? aut
Quid quaeris? annos sexaginta natus es,
Aut plures, ut conijcio. agrum in his regionibus
Meliozem, neq; pretij maioris nemo habet:
Seruos compluris: proinde quasi nemo siet,
Ut a tute attente illorum officia fungere.

Nunquam

Nunquam tam mane egredior, neque tam uespere
 Domum reuertor, quin te in fundo conspicer
 Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.
 Nullum remittis tempus, neque te respicis.
 Hæc non uoluptati esse, satis certo scio.

At enim me, quantum hic operis fiat, pœnitet.
 Quod in operæ faciundo operæ consumis tuæ,
 Si sumas in illis exercendis, plus agas.

Me. Chreme, tantum ne est ab re tua otij tibi,
 Aliena ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?

Ch. Homo sum: humani à me nil alienum puto.
 Vel me monere hoc, uel percontari puta:

(Rectum est) ego ut faciam, non ut deterream.

Me. Mihi sic est usus. tibi ut opus est facto, face.

Ch. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet? Me.
 mihi est.

C. Si quid laboris est, nollè: sed istuc quid mali est?

Quæso, quid de te tantum meruisti? Me. heu hoi.

Ch. Ne lacruma, atq; istuc, quidquid est, fac me ut sciam.
 Ne reti ce: ne uerere: crede inquam mihi:

Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero.

M. Scire hoc uis? C. hac causa equidem, qua dixi tibi.

M. Dicetur. Ch. istos rastros tamen interea

Depone, ne labora. Me. minime. Ch. quam rem agis?

Me. Sine me, uacuum tempus ne quod duim mihi

Laboris. Ch. non sinam inquam. Me. ah, non equum
 facis.

Ch. Huius

Ch. Hui, tam graueis hos quæso? M. sic meritum est
meum.

Ch. Nunc loquere. M. filium unicum adolescentulum
Habeo. ah quid dixi habere me? imo habui Chreme.

Nunc habeam, nec ne, incertum est. Ch. quid ita istuc?
M. scies.

Est è Corintho hic aduena anus paupercola.

Eius filiam ille amare cœpit perditè,

Prope iam ut pro uxore haberet. hæc clam me omnia.

Vbi rem rescui, cœpi non humaniter,

Neq; ut egrotum animum decuit adolescentuli,

Tractare, sed ui & uia peruulgata patrum:

Quotidie accusabam: hæm: tibi ne hæc diutius

Licere speras facere me uiuo patre,

Amicam ut habeas prope iam in uxoris loco?

Erras, si id credis, & me ignoras Clinia.

Ego te meum esse dici tantisper uolo,

Dum, quod te dignum est, facies: sed si id non facis,

Ego, quod me in te sit facere dignum, inuenero.

Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio otio.

Ego istuc ætatis non amor operam dabam,

Sed in Asiam abij hinc propter pauperiem, atq; ibi

Simul rem, & gloriam armis belli repperi.

Postremo adeo res redijt: adolescentulus

Sæpe eadem, & grauiter audiendo uictus est:

Ætate me putauit, & sapientia

Plus scire, & prouidere, quàm se ipsum sibi:

In Asiam ad Regem militatum abiit Chreme.

Ch. Quid ais! M. clā me profectus, menses treis abest.

Ch. Ambo accusandi: et si illud inceptum tamen
Animi est prudentis signum, & non instrenui.

Mc. Vbi comperi ex ijs, qui ei suere conscij,
Domum reuertor mœstus, atque animo fere

Perturbato, atque incerto præ ægritudine:

Adsidio: accurrunt serui: soccos detrahunt:

Video alios festinare, lectos sternere,

Cœnam apparare: pro se quisque sedulo

Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam.

Vbi uideo hæc, coepi cogitare, hem, tot mei

Solius solliciti sunt causa, ut me unum expleant?

Ancille tot me uestiant? sumptus domi

Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum,

Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,

Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea est,

Ego cum hinc eieci miserum iniustitia mea.

Malo quidem me dignum quouis deputem,

Si id faciam: nam usque dum ille uitam illam incolit

Inopem, carens patria ob meas iniurias,

Interea usque illi de me supplicium dabo,

Laborans, quærens, parcens, illi seruiens.

Ita facio prorsus: nihil relinquo in ædibus,

Nec uas, nec uestimentum: conrasi omnia.

Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico

Faciundo facile uictum exercerent suum,

Omne

Omne is produxi ac uendidi: inscripsi illico
 Ac de is mercedem quasi talenta ad quindecim
 Coëgit agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo:
 Deceui, tantisper me minus iniuriæ
 Chreme meo gnato facere, dum fiam miser.
 Nec mihi fas esse ulla me uoluptate his frui,
 Nisi ubi ille huc saluos redierit meus particeps.
 Ch. Ingenio te esse in liberos leni puto, &
 illum obsequentem, si quis recte aut commode
 Tractaret. uerum neq; tu illum sati noueras,
 Nec te ille. hoc ubi fit, ibi non uere uiuitur.
 Tu illum, nunquam ostendisti, quanti penderes,
 Nec tibi ille est credere ausus quæ est æquum patri.
 Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi.
 Me. Ita res est, fateor: peccatum à me maxumum est.
 Ch. Menedeme, at porro recte spero: illum tibi
 Saluum affuturum esse hic confido propediem.
 Me. Utinam dij ita faxint. Chr. facient. nunc, si com
 modum est,
 Dionysia hic sunt, hodie apud me sis uolo.
 Me. Non possum. C. cur non? quæso tandē aliquantulū
 Tibi parce: idem absens facere te hoc uolt filius.
 Me. Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim
 Nunc me ipsum fugere. Ch. siccine est sententia?
 Me. Sic. Ch. bene uale. Me. & tu. Ch. lacrimas excussit
 mihi,
 Miseretq; me eius: sed, ut dici tempus est,

Monere oportet me hunc uicinum Phaniam,
 Ad cœnam ut ueniat: ibo, ut uisam si domi est.
 Nil opus fuit monitore: iam dudum domi,
 Aiunt, præsto apud me esse: egomet conuiuas moror.
 Ibo adeo hinc intro. sed quid crepuerunt fores?
 Hinc à me quisnam egreditur? huc concessero.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Menedemus affectibus suis temperare nequit, ut qui nimium est aut seuerus aut lenis.
- 2 Ineptus est paterfamilias, aut morosus, aut indulgens: qui medium seruat, aptiss.
- 3 Non omnia ad uiuum refecantur, alioqui plura in re familiari incommoda sequuntur.
- 4 Ut seueritas parentum uel præceptorum, animos filiorum deicit & prosternit, ita indulgentia supra modum corrumpit.

ACTVS PRIMI SCENAE II
PERIOCHA I. C.

Indicatur Cliniae reuersio. Et duorum etiam adolescentum diuersi amores producuntur. Nam & hæc fabula duplici est argumento, ut & poëta ipse in prologo ostendit. Est autem Clitiphonis amor uehemens & libidinosus: Cliniae modestus & castus. Chremetis ethos tectum & callidum.

CLITIPHO, CHREMES.

Octonarij iambici trochaiciq; inter se mixti.

Nihil

Nihil adhuc est, quod uereare Clinia: haudquaquam etiam cessant:

Et illam simul cum nuncio tibi hic ego affuturam

Hodie, scio. proin tu sollicitudinem istam falsam, quæ te

Excruciat, omittas. Ch. quicum loquitur filius? Cl. pater adest,

Quem uolui. adibo. pater opportune aduenis.

Ch. Quid est? Cl. hunc Menedemum nosti ne nostrum uicinum? Ch. probe.

Cl. Huic filium scis esse? Ch. audiui, in Asia. Cl. non est pater, apud

Nos est. Ch. quid ais? Cl. uenientem, e naui egredientem adduxi illico

Ad coenam: nam mihi magna cū eo iam inde usq; à pueritia

(cias.

Semper fuit familiaritas. Ch. uoluptatē magnam nunquam uellem Menedemum inuitatū, ut nobiscum hodie esset amplius,

Vt hanc leticiā nec opinanti primus ei obijcerē domi:

Atq; etiam nunc tempus est. Cl. caue faxis: non est opus pater.

Ch. Quapropter? Cl. quia enim incertum est etiam quid se faciat. modò uenit.

Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga ut sit suo.

Eam misere amat, propter eam hæc turba, atq; abitio euenit. Ch. scio.

K 3

Cl. Nunc

C. Nunc seruolum ad eam in urbem misit, & ego nostrum una Syrum.

Ch. Quid narrat? Cli. quid ille? se miserum esse. Ch. miserum? quem minus credere est?

Quid reliqui est, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?

Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, ditias:

Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:

Qui uti scit, ei bona, illi, qui non utitur recte, mala.

Cli. Imo ille senex fuit importunus semper: & nunc nihil magis

Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus satis fixit pater.

Ch. Allene? sed reprimam me: nam, in metu esse hunc, illi est utile.

Cli. Quid tute tecum? Ch. dicam, ut ut erat, mansum tamen oportuit.

Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius libidinem. Pateretur: nam quem ferret, si parentem non ferret suum?

Hunc cine erat æquom ex illius more, an illum ex huius uiuere? &

Quod illum insimulant durum, id non est: nam parentum iniuriæ

Vniusmodi sunt ferme, paulo qui est homo tolerabilis

Scortari

Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuariet:
Præbent exigue sumptum: & ea sunt tamen ad uirtu-
tem omnia.

Verum ubi animus semel se cupiditate deuinxit mala.
Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia, hoc
Scitum est, periclū ex alijs facere, tibi quod ex usu fiet.
Cli. Ita credo. Ch. ego ibo hinc intro, ut uideam, nobis
quid cœna fiet.

Tu, ut tempus est diei, uide, sis, ne quò hinc abeas lon-
gius.

Cli. Quàm iniqui sunt patres in omnibus adolescenteis
iudices:

Qui æquom esse censent, nos iam à pueris illico nasci
senes,

Neq; illarum affines rerum esse, quas fert adolescētia.
Ex sua libidine moderantur, quæ est nunc, non quæ
olim fuit.

Mihi si unquã filius erit, ne ille facili me utetur patre:
Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati
locus:

Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suam sen-
tentiam.

Perijis mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat
facinora?

Nunc ait: periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu fiet.
Astutus, ne ille haud scit, quàm mihi nunc surdo narra-
ret fabulam.

Magis nunc me amicae dicta stimulant: da mihi, etq; ad
fer mihi:

Cui quid respondeam, nihil habeo: neq; me quisquam
est miserior:

Nam Clinia hic, et si is quoq; suarum rerum satagit, ab
tamen

Habet bene ac pudice educta, ignara artis meretriciae.

Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.

Tum quod dem ei, recte est: nam nihil esse mihi, rellis
gio est dicere.

Hoc ego mali non pridem inueni: neq; etiam dum scit
pater.

THESES ETHICAE.

- 1 Gaudium parentum magnum est propter reduces
filios
- 2 Liberi meticulosi morosorum parentum conspe-
ctum fugiunt.
- 3 Egregia est de filiorum in parentes etiam durio-
es officio doctrina.
- 4 Honestorum adolescētum exempla, alijs propter
imitationem proponenda sunt.
- 5 Adolescentuli monitores parentes, eorumq; con-
silia iniquo animo ferunt.
- 6 Idem de amicae rebus magis solliciti sunt, quam
de iustis parentum consilijs.

ACTVS SECVNDI SCNAE I PERIOCHA

Preps

Preparatio sequentium & quasi expeditio actionis
Ethos Clinia sollicitum, Clitiphonis confidens.

CLINIA, CLITIPHO

Eiusdem generis.

Si mihi secundæ res de amore meo essent, iam dudum scio.

Venissent: sed uereor, ne me absente mulier hic corrupta sit.

Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant,

Occasio, locus, ætas, mater, sub imperio cuius est, mala.

Cui nihil præter precium iam dulce est. Clit. Clinia.
Clin. hei misero mihi.

Clit. etiam caues, ne uideat forte hinc te à patre aliquis exiens.

Clin. Faciam: sed nescio quid profecto mihi animus præfagit mali.

Clit. Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scis quid ueris fiet?

Clin. Si nihil mali esset, iam hic adessent. Clit. iam ad erunt. Clin. quando istuc erit?

Clit. Non cogitas hinc longius abesse? & nosti mores mulierum:

Dum moliuntur dum comuntur, annus est. Clin. •

Clitiph o

Timeo. Clit. respira: eccum Dromonem cum Syro:

K 5 UNB

una ad sunt tibi.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 *Susplicaces sunt amatorculi, omnia sinistre interpretantur.*
- 2 *Moræ impatientissimi sunt amatores. Diecula enim illis annus esse uidetur.*
- 3 *In expoliendis mulieribus bona temporis parte mere extrahitur.*

ACTVS SECVNDI SCENAE II

PERIOCHA. I. C.

Abducuntur mulieres. Non enim sola Antiphila, sed Bacchis etiam amica Clitiphonis, præter illa quidam opinionem adolescentis, ad copiam epitascos. Est Syri persona audax, celeris consilij. Clinia proba, Clitiphonis leuis, inconstans, impotens animi.

SYRVS, DROMO, CLINIA,
Clitipho.

Octonarij trochaici & iambici, quibus immixti iambici senarij.

A *In tu? Dr. sic est. Sy. uerum interea dum sermones cædimus,
Ille sunt relictæ. Clit. mulier tibi adest, audim Clinia?
Clin. Ego uero audio nunc demum, & uideo, & uideo
leo Clitipho.*

Clit.

Clit. Minime mirum: adeo impeditæ sunt: ancillarum
gregem

Ducunt secum. Clin. perij, unde illi sunt ancillæ?

Clit. men' rogas?

Sy. Non oportuit relictas: portant quid rerum. Clin.
hei mihi.

Sy. Aurum, uestem: et uesperascit, et nō nouerunt uia
Factum à nobis stulte est. abi dū tu Dromo illis obuiā
properc: quid stas? Clin. uæ misero mihi, quanta de spe
decidi.

Clit. Quid istuc? quæ res te sollicitat autem? Clin. roa
gitas quid fiet? (cillula

Viden' tu ancillas, aurum, uestem? quam cum una hic an
Ego reliqui, unde ea esse censes? Clit. uah nunc demum
intellego.

Sy. Dij boni quid turbæ est? ædes nostræ uix capient,
scio.

Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro
miserius?

Sed uideo, eccos, quos uolebam. Cli. o Iupiter, ubinam
est fides?

Dum ego propter te errans patria carco demens, tu
interea loci

Conlocupletasti te Antiphila, et me in his deseruisti
malis.

Propter quam in summa infamia sum, et meo patri
minu' sum obsequens.

Cuius

Cuius nunc pudet me, & miseret, qui harum morem
cantabat mihi,

Monuisse frustra: neq; potuisse unquam me ab hac
expellere.

Quod nunc faciam tamen: cum gratum mihi esse po-
tuit, nolui.

Nemo est miserior me. Sy. hic de nostris uerbis errat
uidelicet,

Quæ hic sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem
atq; est, accipis:

Nam & uita est eadem, & animus te erga idem
fuit,

Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.

Clin. Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum
omnium est,

Quod malim, quàm me hoc falso suspicariet.

Sy. Hoc primum, ut ne quid huius ignores: anus

Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit:

Ea obiit mortem: hoc ipsa in itinere alteræ

Dum narrat, forte audiui. Cl. quænam est altera?

Sy. Mane, hoc, quod cœpi, primum enarrem Clitiphæ

Post istuc ueniam. Cl. prope. S. iam primū omnium

Vbi uentum ad ædeis est, Dromo pultat fores:

Anus quædam prodit: hæc ubi aperuit ostium,

Continuo hic se coniecit intro: ego consequor:

Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit.

Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clinia,

Quo

Quo studio uitam suam te absente exegerit:
 ubi de improviso est interuentum mulieri.
 Nam ea res dedit tum existumandi copiam
 Quotidianæ uitæ consuetudinem,
 Quæ, cuiusq; ingenium ut sit, declarat maxime.
 Texentem telam studiose ipsam offendimus,
 Mediocriter uestitam ueste lugubri,
 Eius anuis causa opinor, quæ erat mortua,
 Sine auro tum ornatam, ita uti quæ ornantur sibi,
 Nulla re malas expolitam muliebri:
 Capillus passus, prolixus, circum caput
 Reiectus neglegenter, pax. Clin. Syre mi obsecro
 Ne me in leticiam frustra conijcias. Sy. anus
 Subtegmen nebat: præterea una ancillula
 Erat: ea texebat una pannis obsita,
 Neglecta, immunda illuue. Cli. si hæc sunt Clinia
 Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior?
 Scin hanc, quam dicit sordidatam & sordidam?
 Magnū hoc quoq; signū est dominā esse extra noxiam
 Cum eius tam negleguntur internuncij:
 Nam disciplina est eisdem, munerarier
 Ancillas primum, ad dominas qui affectant uiam.
 Cli. Perge obsecro te, & caue ne falsam gratiam
 Studeas inire. quid ait, ubi me nominas?
 Sy. Vbi dicimus redijisse te, & rogare uti
 Veniret ad te, mulier telam deserit
 Continuo, & lacrumis opplet os totum sibi, ut

Facile

Facile scires desiderio id fieri tuo.

Cli. Præ gaudio (ita dii me ament) ubi sim nescio.

Ita timui. Cli. at ego nihil esse scibam Climia.

Agedum uicissim Syre, dic quæ illa est altera.

S. Adducimus tuam Bacchidem. Cl. hem, quid Bacchides

Eho, sceleste quò illam adducis? Sy. quò illam ego? ad
nos scilicet.

Clit. Ad patrem ne? Sy. ad eum ipsum. Clit. o hominis
impudentem audaciam. Sy. heus

Tu, non fit sine periculo facinus magnum & memorabile.

Clit. Hoc uide: in mea uita tu tibi laudem is quesitum
scelus.

Vbi si paululum modo quid te fugerit, ego perierim.

Quid ilo facias? S. at enim. Clit. quid enim? S. si sinas,
dicam. Clin. sine.

Clit. Sino. S. ita res est, hæc nunc quasi cum. Clit. quas
malum, ambages mihi

Narrare occipit? Clin. Syre, uerum hic dicit: mitte ad
rem redi.

Sy. Enim uero reticere nequeo: multimodis iniurius
Clitipho est: neq; ferri potis est. Clin. audiendum her-
cle est: tace.

Sy. Vis amare: uis potiri: uis, quod des illi, effici.

Tuum esse in potiundo periculum non uis. haud stulte
sapis.

Siquidem id sapere est, uelle te id, quod non potest

continua

contingere.

Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.

Harum duarum conditionum nunc utram malis, uide:

Et si consilium, quod cepi, rectum esse & tutum scio:

Nam tua apud patrem amica tecum sine metu ut sit, copia est.

Tum, illi argentum quod pollicitus es, eadem hac inueniam uia:

Quod ut efficerem, orando surdas iam aureis reddideras mihi.

Quid aliud tibi uis? Clit. siquidem hoc fit. Sy. siquidem experiundo scies.

Clit. Age, age, cedo istuc tuum consilium quid id est?

S. assimilabimus

Tuam amicam, huius esse amicam. Clit. pulchre: cedo quid hic faciet sua? (rum.

An ea quoque huius dicetur, si hæc una dedecori est pda

Sy. Imo ad tuam matrem deducetur. Clit. quid eo? Sy. longum est Clitipho,

Tibi si narrem, quam ob rem id faciam: uera causa est.

Clit. fabula:

Nihil sati' firmi uideo, quam ob rem accipere hunc mihi expediat metum.

Sy. Mane, habeo aliud, si istuc metuis, quod ambo confiteamini

sine periculo esse. Clit. huiusmodi, obsecro, aliquid reperiri

perri

peri. S. maxime:

Uo obuiam hinc: dicam, ut reuertantur domum. Cl.
hem,

Quid dixti? S. ademptum tibi iam faxo omnem metum.
In aurem utramuis otiose ut dormias.

Cl. Quid ago nunc? Clin. tu' ne? quod boni. Clit. Syre,
dic modo

Verum. S. age modo: hodie sero: ac ne quicquam uoles.

Clin. Datur modo: fruere dum licet: nam nescias,

Ei' sit potestas posthac, an nunquam tibi.

Clit. Syre inquam. S. perge porro, tamen istuc ago.

Clit. Verum hercle istuc est. Syre, Syre inquam, heu
heus Syre.

Sy. Concaluit. quid uis? Clit. redi, redi. S. adsum, dic
quid est?

Iam hoc quoque negabis tibi placere. Clit. imo Syre

Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.

Tu es iudex: ne quid accusandus sis, uide.

Sy. Ridiculum est, istuc me admonere Clitipho:

Quasi istic minor mea res agatur, quam tua.

Hic si quid nobis forte aduersi euenerit,

Tibi erunt parata uerba, huic homini uerbera.

Quapropter ne utiquam haec res neglectu est mihi.

Sed istum exora, ut suam esse adsimulet. Cli. scilicet

Facturum me esse, in eum iam res redijt locum,

Ut sit necesse. Clit. merito amo te Clinia.

Clin. Veru' illa ne quid titubet. S. perdocta est probe
Clit

Clit. At hoc demiror, qui tam facile potueris
Persuadere illi, quæ solet quos spernere.

sy. In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium est

Primum: Nam misere quendam offendi ibi militem

Ei u' noctem orantem. hæc arte tractabat uirum,

Cupidum ut illius animum inopia incenderet,

Eademq; ut apud te esset ob hoc quàm gratissima,

Sed heus tu, uide sis, ne quid imprudens ruas.

Patrem nouisti, ad has res quàm sit perspicax:

Ego te autem noui, quàm esse soleas impotens.

Inuersa uerba, euersas ceruices tuas,

Gemitus, screatus, tußis, risus, abstine.

Clit. Laudabis. s. uide sis. Clit. tutemet mirabere.

sy. sed quàm cito sunt consecutæ mulieres?

Clit. Vbi sunt? cur retines? s. iam nunc hæc non est tua.

Clit. scio, apud patrem, at nunc interim. sy. nihilo
magis.

Clit. sine. s. non sinam inquam. Clit. quæso paulisper.
s. ueto.

Clit. saltem salutare. sy. abeas si sapis. Clit. eo. quid

Istic? s. manebit. Clit. o fœlicem hominem. sy. ambula.

THESES ETHICAE. I. VV.

1 Amatores sunt suspicaces & leuibus quibusdam
coniecturis necessaria colligunt argumenta.

2 Adolescentes amantes etiam si sunt liberi, tamen
seruis suis inseruiunt.

3 Magnum facinus sine periculo patrari nequit.

L Magna

Magna enim negotia magnis cum periculis fiunt.

ACTVS SECVNDI CSENAE III
PERIOCHA I. C

Confabulatio muliercularumillarum ingenia ex-
primens, Bacchidis meretricium, Antiphila, ut ita dis-
cam, matronale.

Bacchis, Antiphila, Clinia,
Syrus.

Mixti generis, ut scena superior.

A Edepol Antiphila mea laudo te, & fortunam
tam iudico,

Id cum studuisti, isti formae mores ut consimiles forent:

Minimeq; (ita me dii ament) miror, si te sibi quisque expetit.

Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.

Et cum egomet nunc mecum in animo uitam tuam considero,

Adeoq; vostrarum omnium, uolgus quae ab sese segregant,

Et uos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile est,

Nam uobis expedit esse bonas: nos quibus cum res est, non sinunt.

Quippe forma impulsu nostra nos amatores colunt:

Hec ubi immutata est, illi suum animu alio conferunt.

Nisi

Nisi prospectum est interea aliquid nobis, desertæ ui-
uimus.

Vobiscum uno simul ubi ætatem agere decretum est
uiro,

Cuius mos maxime est cōsimilis uostrum, hi se ad uos
applicant,

Hoc beneficio utriq; ab utrisq; uero de uincimini,

Vt nunq̄ ulla amori uostro incidere possit calamitas.

An. Nescio alias: me quidem semper fecisse sedulo,

Vt ex illius commodo meum compararem commo-
dum. Clin. ah.

Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in pa-
triam facis.

Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fueres,
quos cepi, leues,

Præterquam tui carendum quòd erat. s. credo. Clit.
Syre uix suffero.

Hoc me miserū nō licere meo modo ingenio frui
sy. Imo, ut patrem tuum uidi esse habitum, diu etiam
duras dabit.

Ba. Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos? A.
ah, retine me obsecro.

Ba. Amabo, quid tibi est? A. disperij. Ba. perij misera,
quid stupes

Antiphila? A. uideon? Cliniam, an non? Ba. quem uides?
Clin. salue anime mi.

An. O mi expectate Clinia, salue. Clin. ut uales

An. saluom uenisse gaudeo. Clin. teneo ne te
 Antiphila, animo exoptata maxume meo?
 .sIte intro: nam uos iam dudum expectat senex.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 scortum honestas nuptias laudat. Nam & malis
 insitum est probare meliora. sunt enim semina hones-
 tatis ab ipsa natura indita.
- 2 Meretricia uita & studium non parum pericli-
 tatur.
- 3 Nunquam uere sunt calamitosi coniuges se mu-
 tuo amantes.

ACTVS TERTII SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Indicium facit uicino Chremes de aduentu filij: &
 quasi eximium in modum prudens consilio hunc in-
 struit.

CHREMES, MENEDEMVS.

Iambici senarij.

Lvciscit hoc iam: cesso pultare ostium
 Vicini? primum ex me ut sciat, sibi filium
 Rediisse. etsi adolescentem hoc nolle intellego.
 Verum, cum uideam miserum hunc tam excruciarier
 Eiu' abitu, celem tam insperatum gaudium,
 Cum illi nihil pericli ex indicio fiet?
 Haud faciam: nam, quod potero, adiutabo senem,
 Ita ut filium meum amico, atq; equali suo
 Video inseruire, & socium esse in negotijs.

Nos

Nos quoq; senes est æquom senibus obsequi.

Me. Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam

Natus sum, aut illud falsum est, quod uolgo audio

Dici, diem adimere ægritudinem hominibus:

Nam mihi quidem quotidie augeſci t magis

De filio ægritudo, & quanto diutius

Abest, magi' cupio tanto, & magis desidero.

Ch. Sed ipsum egressum foras uideo: adibo, alloquar.

Menedeme salue: nuncium apporto tibi,

Cuius maxime te fieri participem cupis.

Me. Nunquidnam de gnato meo audisti Cheme?

Ch. Valet atque uiuit. Me. quæso, ubinam? Ch. apud me
domi.

Me. Meus gnatus? Ch. sic est. Me. uenit? Ch. certe. Me.

Clinia

Meus uenit? Ch. dixi. M. eamus, duc me ad eum obsecro.

Ch. Non uolt te scire se rediſſe etiam: & tuum

Conſpectum fugitat ob peccatum: tum hoc timet,

Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit.

Me. Non tu ei dixisti, ut eſſem? Ch. non. Me. quam ob
rem Chreme?

Ch. Quia peſſume iſtuc in te, atque in illum conſulis,
si te tam leni, & uicto animo eſſe oſtenderis.

Me. Non poſſum ſatis iam, ſatis pater durus fui. C. ah,

Vehemens in utranque partem Menedeme es nimis,

Aut largitate nimia, aut parſimonia.

In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa, incidet.

Primum olim potius, comere filium
 Quàm paterere ad mulierculam, quæ paululo
 Tum erat contenta, cuiq; erant grata omnia,
 Proterruisti hinc, ea coacta ingratijs.
 Postilla cœpit uictum uolgo quærere.
 Nunc, cum sine magno intertrimento non potest
 Haberi, quiduis dare cupis. nam, ut tu scias,
 Quàm ea nunc instructa pulchre ad perniciem fiet,
 Primum, iam ancillas secum adduxit plus decem,
 Oneratas ueste, atque auro. satrapes si fiet,
 Sufferre amator nunquam eius sumptus queat,
 Nedum tu possis. M. est ne ea intus? C. sit rogas?
 Senti: nam ei unam cœnam, atque eius comitibus.
 Dedi: quod si iterum mihi sit danda, actum fiet.
 Nam, ut alia omitam, pitissando modo mihi
 Quid uini absumpsit? sic, hoc, dicens, asperum
 Pater est: hoc aliud leuius, sodes uide.
 Releui dolia omnia, omnes serias:
 Omnes habui sollicitos: atque hæc una nox:
 Quid te futurum censes, quem assidue exedent?
 sic me dii amabunt, ut tuarum miseritum est
 Mene demeritarum. M. faciat quod lubet:
 Sumat, consumat, perdat: decretum est pati:
 Dum illum modo habeam mecum. C. si certum est tibi
 sic facere, illud permagni referre arbitror,
 Ut nescientem sentiat te id sibi dare.
 M. Quid faciam? C. quiduis potius, quàm quod cogitas

TIMORVM MENOS.

167

Per alium quemuis ut des, falli te sinas
 Technis per seruolum: et si subsensi id quoque,
 illos ibi esse, & id inter se agere clanculum.
 syru cum illo uostro consusurrat: conferunt
 consilia adolescentes: & tibi perdere
 Talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.
 Non nunc pecunia agitur, sed illud, quo modo
 Minimo periculo id demus adolescentulo.
 Nam si semel tuum animum is intellexerit,
 Prius proditurum te tuam uitam, & prius
 Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium: huius
 Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris?
 Tibi autem porro ut non sit suaue uiuere.
 Nam deteriores omnes sumus licentia.
 Quodcunque inciderit in mentem, uolet: neque id
 Putabit, prauom, an rectum, quod petet, siet.
 Tu, rem perire, & ipsum, non poteris pati.
 Dare denegaris, ibit ad illud illico,
 Quo maxime apud te se ualere sentiet,
 Abiturum se abs te esse illico minabitur.
 Me. Videre uerum, atq; ita uti res est, dicere.
 C. Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis,
 Dum id quero, tibi qui filium restituerem.
 Me. cedo dextram: porro te oro idem ut facias Chreme.
 Ch. Paratus sum. Me. scim quid nunc te facere uolo?
 Ch. Dic. M. quod sensisti illos me incipere fallere,
 Id ut maturent facere, cupio illi dare,

L 4

Quod

Quod uolt: cupio ipsum iam uidere. C. operam dabo.
 syrus est prehendendus atque adhortandus mihi.
 Ame nescio quis exit: concede hinc domum,
 Ne nos inter nos congruere sentiant.
 Paulum hoc negoti mihi obstat: Simus, & crito
 Vicini nostri hic ambigunt de finibus:
 Me cepere arbitrum: ibo, ac dicam, ut dixeram,
 Operam daturum me, hodie non posse his dare.
 Continuo hic adero. Me. ita quaeso. dii uostram fidem,
 Itaⁿ comparatam esse hominum naturam omnium,
 Aliena melius ut uideant, & iudicent,
 Quam suam: an eo fit, quia in re nostra aut gaudio
 sumus prepediti nimio, aut aegritudine:
 Hic mihi nunc quanto plus sapit, quam egomet mihi
 Ch. Dissolui me, otiosus operam ut tibi darem.

THESES ETHICAE.

- 1 Patres nimia & clementia & indulgentia peccant.
- 2 Consolandi sunt senes & mœsti, ut animum exhiberent
- 3 Filij cum uident parentum indulgentiam, sibi temperare nequeunt, modumq; ignorant, & corrumpuntur.
- 4 Scorta luxu perdita neutiquã in ædes recipienda sunt, sed diligentissime fugienda.
- 5 In rebus alienis oculatiores sumus, & in nostris cœcutimus. Chremes enim plus satis foris sapit: non uidet

det de suo capite agi comitia, & saepe in discrimine esse.

ACTVS TERTII SCENAE II

PERIOCHA.

Struitur à seruo fallacia ad argentum inueniendū:
& error Chremetis de Bacchide confirmatur: & illud
doxophronimum magis fit conspicuum.

SYRVS, CHREME S.

Eiusdem generis.

HAc illac circuncursa: inueniendum est tamen
Argentum, intendenda in senem est fallacia.

Ch. Num me sefellit, hosce id struere? uidelicet

Est Clinia ille seruus tardiusculus:

Iccirco huic nostro tradita est prouincia.

S. Quis hic loquitur? perij, numnam hæc audiit? Ch. sy
re. S. hem.

C. Quid tu istic? S. recte. equidem te demiror Chreme
Tam mane, qui here tantum biberis. Ch. nihil nimis.

Sy. Nihil, narras? uisa uero est, quod dici solet,

Aquila senectus. Ch. eia. Sy. mulier commoda, &

Faceta hæc est meretrix. Ch. sane idem uisa est mihi.

Sy. Et quidem hercle forma luculenta. Ch. sic satis.

Sy. Ita non ut olim, sed uti nunc, sane bona.

Minimeq; miror, Clinia hanc si deperit:

Sed habet patrem quendam auidum, miserum, atque
aridum,

Vicinum hunc: nostim? at quasi is non ditijs

L 5

Abundet

Abundet, gnatu' eius profugit inopia.

Scin' esse factum, ut dico? Ch. quid ego nesciam?

Hominem pistrino dignu'. S. quem? C. istum seruolum.

Dico adolescentis. S. Syre tibi timui male.

C. Qui passus est id fieri. S. quid faceret. Ch. rogass

Aliquid reperiret, fingeret fallacias,

Vnde esset adolescenti, amicæ quod daret,

Atq; hunc difficilem inuitum seruaret senem.

S. Garris. Ch. hæc facta ab illo oportebant Syre.

S. Eho quæso laudas qui heros fallunt? Ch. in loco,

Ego uero laudo. S. recte sane. Ch. quippe quia

Magnarum sepe id remedium ægritudinum est:

Iam huic mansisset unicus gnatus domi.

S. Iocône an serio illæc discat nescio,

Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.

Ch. At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo

Abeat, cum tolerare huius sumptus non queat?

Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? S. stolidus
est.

Ch. At te adiutare oportet adolescentuli

Causa. S. equidem facile facere possum, si iubes.

Etenim, quo pacto id fieri soleat, calleo.

Ch. Tanto hercle melior. S. non est mentiri meum.

Ch. Fac ergo. S. at heus tu, facito dum eadē hæc memine
ris,

si quid huius simile forte aliquando euenerit.

Ut sunt humana, tuus ut faciat filius.

C. Non

Non usus ueniet spero. SY. spero hercle ego quoq;
 neque eo nunc dico, quòd quidquam illum senserim.
 ed si quid, ne quid, quæ sit eius ætas, uides:
 t ne ego te, si usus ueniat, magnifice Chreme
 tractare possim. Ch. de istoc, cum usus uenerit,
 uidebimus quid opus sit: nunc istuc age.

SY. Numquam commodius unquam herum audiui lo
 qui,

Tec, cum malefacere crederem mi impunius
 dicere, quisnam à nobis egreditur foras?

THESES ETHICAE

1. Serui cum alioqui sunt infideles, instigati & aper
 ta licentiæ fenestra, multo sunt sceleratiores.

2. Qui alij uerba dare conatur saepe periclitatur.
 Incidit enim in foueam quam fecit. Saepè malum in
 auctorem redundat.

ACTVS TERTII SCENAE III
 PERIOCHA I. C.

Manet in opinione Chremes, Bacchidem Clinia
 esse amicam: & filium obiurgatum ablegat, & seruo
 ansam ad fallaciam præbet. serui ethos panourgum
 senis, ut uideri uult, acutum.

CHREMES, CLITIPHO

SYRVS.

Iambici & Trochaici octonarij, catalectici & acata
 lectici, senarius unus, quaternarij duo.

Quid

Quid istuc quaeso? qui istic mos est Clitiph
ita ne fieri

Oportet? Cli. Quid ego feci? Ch. uidiñ ego te moda
manum in sinum huic

Meretrici inserere? Sy. acta est res, perij. Clit. mende
Chr. hisce oculis, ne nega.

Facis adeo indigne iniuriam illi, qui non abstineas ma
num:

Nam istaec quidem contumelia est, hominem amicum
ad te recipere,

Atq; eius amicam subagitare: uel here in uino, quam
immodestus

Fuisti? S. factum est. Ch. quam molestus? ut equidem
Ita me dij ament, metui quid futurum denique esse

noui ego
Animos amantium: grauius aduortunt, quae non cen

Cl. At mihi fides apud hunc est nihil me istius factu
rum pater.

Ch. Esto: at certe concedas ab eorum ore aliquanti sp
aliquò.

Libido multa fert: ea prohibet facere tua presentia
Ego de me facio coniecturam. nemo est meorum am

corum hodie,
Apud quem expromere omnia mea occulta Clitiph

audeam.

Apod alium prohibet dignitas: apud alium ipsius fo
sti piget,

ineptus, ne proteruos uidear. quod illum facere
credo.

nostrum est intellegere, utcunque atq; ubicunq;
opus sit, obsequi.

Quid istic narrat? Cl. perij. Sy. Clitipho, hæc ego
præcipio tibi:

ominis es frugi & temperantis functus officium.

Clit. tace

odes. sy. recte sane. Ch. Syre pudet me. Sy. credo:
neque id iniuria.

quin mihi molestum est. Clit. pergin? Sy. hercle ue-
rum, dico, quod uidetur.

li. Nonne accedam ad illos? Ch. eho quaeso, una acce-
dendi uia est?

y. Actum est: hic se prius indicarit, quàm ego argen-
tum effero. Chreme,

in tu homini stulto mihi auscultare? Ch. quid faciās
sy. iube hunc

Abire hinc aliquo. Clit. quò ego hinc abeam? sy. quò
quò lubet: da illis locum:

Abi deambulatum. Clit. deambulatum, quò? sy. uah,
quasi desit locus.

Abi sane istac, istorsum, quò uis. Ch. recte dicit: censeo.

Clit. Dij te eradicient syre, qui me istinc extrudis. Sy.
at tu pol tibi

posthac comprimito istas manus.

Censen uero? quid illum porro credis facturū Chreme,

Nis

Nisi eum, quantum dii dant tibi opis, seruas, castigamones?

Ch. Ego istuc curabo. SY. atqui nunc here hic tibi affluendus est.

Ch. Fiet. SY. si sapias: nam mihi iam minu' minusq; obtemperat.

Ch. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egisti, syre? aut

Reperisti quod placeat, an nondum etiam? sy. de solacia?

Inuenta est: inueni quandam nuper. Ch. frugies. celedid quid id est?

SY. Dicam: uerum, ut aliud ex alio incidit. Ch. quidnam syre?

SY. Pessuma hæc est meretrix. Ch. ita uidetur. sy. inuisi si scias.

Hoc uide, quod inceptet facinus. Fuit quædam tunc corinthia

Hic: huic drachmarum argenti hæc mille dederat matrem tuam.

Ch. Quid tum? SY. ea mortua est: reliquit filiam adolescentulam:

Ea relicta huic arraboni est pro illo argento. Ch. inquit tellego.

S. Hanc secum huc adduxit, eaq; est nunc ad uxorem tuam.

Ch. Quid tum? SY. Clinia orat, sibi uti nunc det illam: illi tamen

TIMORVMENOS

175

post daturum mille nummum. poscit. ch. & poscit

quidem? Sy. hui,

Dubium id est? ch. ego sic putavi. quid nunc facere cogitas?

Sy. Ego ne, ad Menedemum ibo: dicam hanc esse capam tam è caria,

Ditem, & nobilem: si redimat, magnum inesse in ea lucrum.

Ch. Erras. Sy. quid ita? Ch. pro Menedemo nunc tibi ego respondeo:

Non emo. quid ais? Sy. optata loquere. Ch. atqui non est opus.

Sy. Non opus est? Chr. non hercle uero. Sy. qui istus miror. Ch. iam scies.

Mane mane, quid est, quod tam à nobis grauiter crepuere fores?

THESES ETHICAE .I. VV.

Amicorum candor sit in rerum executione & custodia.

2 Hospitij ratio debet esse fidelis.

3 Dominorum est ne sua facilitate & negligentia seruos deteriores reddant, cum istis fenestra licentia aperiat.

4 Iuuenilis incontinentia diligenter obiurganda est, & refrenanda.

Actus

Admiscetur & epitaseos & catastrophes occasio in
credibili artificio cū ipsius negotij actione concinna-
ta. Agnoscitur enim de annulo Antiphila à matre, &
res Chremeti patri indicatur. Chremetis persona as-
perior, Sostratæ timida.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX,
SYRVS.

Octonarij iambici & trochaici.

Nisi me animus fallit, hic profecto est annulus,
quem ego suspicor,

Is, qui cum exposita est gnata. Ch. quid uolt sibi yre
hæc oratio?

so. Quid est? is ne tibi uidetur? Nu. dixi equidem, ubi
ostendisti, illico.

Eum esse. so. at ut sati^r contemplata modo sis, mea nu-
trix. Nu. satis.

so. Abi nunc iam intro: atq; illa si iam lauerit, mihi
nuncia.

Hic ego uirum interea opperibor. sy. te uolt: uideat,
quid uelit.

Nescio quid tristis est: non temere est: metuo, quid sit.
Ch. quid fiet?

Ne ista hercle magno iam conatu magnas nugas dis-
xerit.

TIMORVMENOS.

167

So. Ehem mi uir. C. ehem mea uxor. So. te ipsum quaero. Ch. loquere quid uelis.

So. Primum te hoc oro, ne quid credas me aduersum edictum tuum

Facere ausam. Ch. uis tibi me istuc, et si incredibile est, credere?

Credo. Sy. nescio, quid peccati portet haec purgatio.

So. Meministi me esse grauidam, et mihi te magno opere interminatam,

Si puellam parerem, nolle tolli? Ch. scio quid feceris:

Sustulisti. Sy. si sic factum est domina, ergo heru' damno auctus est.

So. Minime: sed erat hic anus Corinthia haud impura: ei dedi

Exponendam. Ch. o Iupiter, tantam esse in animo inscitiam? (Chreme

So. Perij, quid ego feci? Ch. at rogitas? So. si peccaui mi

Insciens feci. C. id quidem ego, et si tu neges, certe scio.

Te inscientem, atque imprudentem dicere, ac facere omnia:

Tot peccata in hac re ostendis. nam iam primum, si meum

Imperium exequi uoluisses, interemptam oportuit.

Non simulare mortem uerbis, re ipsa spem uitae dare.

At id omitto: misericordia, animus maternus: sino.

Quam bene uero abs te prospectum est: quid uoluisti cogita:

M

Nempé

Nempe anui illi prodata abs te filia est planissime,
 Per te uel uti quæstum faceret, uel uti ueniret palam.
 Credo id cogitasti: quiduis satiu' est, dum uiuat modo.
 Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atq;
 æquom sciunt,

Melius, peius, pro fit, obsit, nil uident, nisi quod lubet.
 So. Mi Chreme, peccauit, fateor: uincor. nunc hoc te ob
 secro,

Quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior,
 Ut meæ stultitiæ, iustitia tua sit aliquid præfidi.

Ch. scilicet equidem istuc factum ignoscam: uerum so
 strata (est

Male docet te mea facilitas multa. sed istuc quidquid
 Qua hoc oceptum est causa, loquere. s. ut stultæ, mis
 seræ omnes sumus

Religiosæ, cum exponendam do illi, de digito annulū
 Detraho, & eum dico ut una cum puella exponeret,

Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

Ch. Istuc recte: conseruasti te, atque illam. so. hic is est
 annulus.

Ch. Vnde habes? So. quam Bacchis secum adduxit ad
 lescentulam. sy. hem.

Ch. Quid ea narrat? so. ea lauatum dum it, seruandum
 mihi dedit

Annulum. non aduorti primo: at postquā aspexi illico

Cognoui: ad te exilij. Ch. quid nunc suspicare, aut in
 uenis

De illa

De illa's, nescio, nisi ut ex ipsa queras, unde hunc habuerit,

Si potis est reperiri. sy. interij. plus spei uideo, quam uolo:

Nostra est, ita si est. ch. uiuit ne illa, cui tu dederas? so. nescio.

ch. Quid renunciauit olim fecisse? s. id quod iusseram.

ch. Nomen mulieris cedo quod sit, ut queratur. So. Philtere.

sy. Ipsa est. mirum, ni illa salua est, et ego perij. ch. Sostrata.

Sequere me intro hac. So. ut praeter spem euenit, quam timui male,

Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tolleda, Chre me.

ch. Non licet hominem esse ita sepe ut uolt, si res non finit.

Nunc ita tempus est mi, ut cupiam filiam, olim nil minus.

sy. Nisi fallit me animus, haud multum a me aberit infortunium:

Ita hercle in angustum oppido nunc meae coguntur copiae:

Nisi aliquid uideo, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex.

Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere,

Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto abscedere.
Crucior bolum tantum mihi creptum tam subito è fau-
cibus.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro
ineunda est mihi.

Nil tam difficile est, quin quæredo inuestigari possiet.
Quid, si hoc sic incipiam nunc? nihil est, si sic tantum
dem egero.

At sic opinor: non potest, immo optumè: euge optimè
habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me illud idem fugitium
argentum tamen.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Matres liberos suos uehementius amant quàm
patres.
- 2 Mulieres sæpe sibi parum constant, & inordina-
te agunt.
- 3 Vxores decet maritos iratos uerborum lenitate
& culpæ deprecatione placare.
- 4 Vxores non abutantur maritorum facilitate.
- 5 Virorum animos etiam in liberos sæpe fortuna
& conditio rerum mutat.
- 6 Consultans malitiosus qualibet ratione suam uolun-
tatem confirmat neglecta omni honestate.

ACTVS QVARTI SCENAE II

PERIOCHA,

Consilij

TIMORVM MENOS.

171

Consilij capti explicationem orditur Syrus, cuius est presidens persona & temeraria: adolescentis cogitans & sollicita.

Clinia, Syrus.

Iambici octonarij catalectici, unus senarius acatalecticus, reliqui trochaici octonarij.

Nulla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,

Quae mihi aegritudinem afferat: tanta haec letitia oborta est.

Dedo patri me nunc iam, ut frugalior sim quam uolt. sy. Nil me sefellit: cognita est, quantum audio huius uerba.

Istuc tibi ex sententia tua obtigisse letor.

Clit. O mi syre, audistin' obsecro? sy. quidni? qui usque una affuerim.

C. Cui eque audisti comodi quidquam euenisse? s. nulli.

Clit. Atque ita me dij ament, ut ego nunc non tam me ipse causa

Letor, quam illius: quam ego scio esse honore quouis dignam.

sy. Ita credo: sed nunc Clinia age, da te mihi uicissim:

Nam amici quoque res est uidenda, in tuto ut collocetur.

Ne quid de amica nunc senex. Clit. o iupiter. s. quiesce.

Clin. Antiphila mea nubet mihi. sy. siccime me interloquere.

M 3

Clin.

Clin. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. **Sy.** fero bene uero.

Clin. Deorum uitam adepti sumus. **Sy.** frustra operam hanc opinor sumo.

Clin. Loquere, audio. **Sy.** at iam hoc non ages. **Clin.** agam. **Sy.** uidendum est, inquam,

Amici quoq; res Clinia tui in tuto ut collocetur.

Nam si nunc à nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,

Noster resciscet illico esse amicam hanc Clitiphonis.

Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est.

Clin. At enim istoc nihil est magis Syre meis nuptijs aduersum.

Nam quo ore appellabo patrem? teneo, quid dicam? **Sy.** quid ni?

Cli. Quid dicam? quam causam afferam? **Sy.** quin nolo mentiare: (iubeo

Aperte, ita ut res sese habet, narrato. **Cli.** quid ais? **Sy.**

Illam te amare, & uelle uxorem, hanc esse. Clitiphonis

Clin. Bonam atq; iustam rem oppido imperas, & factu facilem.

Et scilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celeb-

Senem uostrum. **Sy.** imo ut recta uia rem narret ordine omnem. **Cli.** hem,

Satin' sanus es, & sobrius? tu quidē illū plane prodisti.

Nam qui ille poterit esse in tuto, dic mihi?

Sy. Huic equidem consilio palmam do: hic me magna fuc effero,

Qui

TIMORVMENOS.

173

Qui uim tantam in me, & potestatem habeam tantæ
astutiæ,

Vera dicendo ut eos ambos fallam, ut, cum narret se
rex

Voster nostro, istâ esse amicâ gnati, non credat tamē.

Cl. At enim spem istoc pacto rursus nuptiarum omni-
nem eripis:

Nam dum amicam hanc meam esse credet, non commit-
tet filiam.

Tu fortasse, quid me fiat, parui curas, dum illi consulas.
S. Quid, malum, me ætatem censes uelle id adsimula-
rier?

Vnus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil am-
plius.

Clm. Tantum sat habes? quid tum queso, si hoc pater
resciuerit?

S. Quid si redeo ad illos, qui aiunt, quid si nunc coelum
ruat?

Cl. Metuo, quid agam. S. metuis? quasi non ea potestas
sit tua,

Quo uelis in tempore ut te exoluas, rem facias pala-
lam.

Cl. Age, age: traducatur Bacchis. Sy. optume, ipsa exi-
foras.

THESES ETHICAE.

1 Homo adolescens, cum quæ animo suo grata sunt,
sequitur, beatum se iudicat.

M 4

Felix

- 2 Felix rerum successus leticiam parit.
 3 In rebus secundis amicorum res & salus non est
 negligenda:
 4 servos uolupte est dominos fallere.

ACTVS QVARTI SCENAE III
 PERIOCHA I. C.

Ad epitasin tendit actio. Retinetur enim Bacchis
 quæ simularat discessionem, promisso decem minarū.
 Hæc est plane meretrix, id est mercedem querens.

BACCIS, CLINIA, SYRVS,
 Dromo, Phrygia.

Iambici octonarij catalectici.

Sati' pol proterue me Syri promissa huc induxe-
 runt,

Decem minas quas mihi dare pollicitus est. quod si is
 nunc me

Deceperit, sæpe obsecrans me, ut ueniam, frustra ue-
 niet:

Aut cum uenturam dixero, & cōstituero, cum is certe
 Renunciarit, Clitipho cum spe pendebit animi,
 Decipiam, ac non ueniam, syrus mihi tergo poenas
 pendet.

Clin. sati' scite promittit tibi. sy. atqui tu hanc ioca-
 ri credis?

Faciet, nisi caueo. Ba. dormiunt: pol ego istos commo-
 uebo.

Mea Phrygia audisti, homo iste modo quam uillam de-

MON

monstravit

Charini? P. audiui. B. proximum esse huic fundo ad dexteram? P. meministi.

Ba. Curriculo percurrere: apud eum miles Dionysia agit.

Sy. Quid inceptat? B. dic me hic oppido esse inuitam, atque asseruari.

Verum aliquo pacto uerba me his daturam esse, et uenturam.

Sy. Perij hercle: Bacchis mane, mane: quò mittis istans queso?

Iube, maneat. Ba. abi. Sy. quin paratum est argentum. B. quin maneo.

Sy. Atqui iam dabitur. Ba. ut lubet, num ego in sto? Sy. at scin' quid sodes?

B. Quid? Sy. transcundum nunc tibi est ad Menedemum, et tua pompa

Eò traducenda est. B. quam rem agi' scelus? Sy. egone? argentum cudo,

Quod tibi dem. B. dignam me putas, quam in ludas? S. non est temere.

B. Etiam ne tecum hic res mihi est? S. minime: tuum tibi reddo

B. Eat. s. sequere hac. heus Dromo. Dr. quis me uolite? S. Syrus. D. quid est rei?

Sy. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad uos properare.

M 3

B. Quam

B. Quam ob rem? s. ne quæras, & serant, quæ secum hæc
attulerunt.

sperabit sumptum sibi senex esse harum abitu leuatâ
Ne ille haud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni
apportet.

Tu nescis id quod scis Dromo, si sapias. Dr. mutum dis
ces.

THESES ETHICAE

- 1 Meretrices nō tam adolescentes, quàm eorum pe
cuniam amant.
- 2 Amor meretricius tantisper durat, dū quod dent
amatores habent.
- 3 Meretrix ut sit uere meretrix, hoc est, mercedem
& pecuniam quærat, omne genus doli & simulatio
nis experitur.

ACTVS QVARTI SCENAE III

PERIOCHA.

Quo magis ridiculus fiat Chremes, ita nunc intro
ducitur prospiciens alteri, & ipse interim se præbens
diripiendum.

Chremes, syrus.

Iambici senarij.

ITa me diſamabunt, ut nunc Menedemi uicem
Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.
Manccine mulierem alere cum illi familia?
Et si scio hosce aliquot dies non sentiet.

ma magno desiderio fuit ei filius.

Verum ubi uidebit tantos sibi sumptus domi

Quotidianos fieri, nec fieri modum:

Optabit rursum, ut abeat ab se filius.

Syrum optume, eccum Sy. ceſſo hunc adoriri? C. Syre. sy. hem.

Ch. Quid est. sy. te mihi ipsum iam dudum optabam dari.

Ch. Videre egisse iam nescio quid cum sene.

Sy. De illo, quod dictum dudum? ac factum reddidi.

Ch. Bonan? fide? sy. bona hercle. Ch. non possum patis,

Quin tibi caput demulceam. accede huc Syre.

Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.

sy. At si scias, quam scite in mentem uenerit.

Ch. Vah, gloriare euenisse ex sententia?

Sy. Non hercle uero: uerum dico. C. dic quid est?

s. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem

Menedemo dixit Clinia, & ea gratia

Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.

C. Probe. S. dic sodes. C. nimium inquam. s. imo sic satis.

Sed porro ausculta quod super est fallacie.

sese ipse dicet tuam uidisse filiam:

Sibi complacitam eius formam, postquam aspexerit:

Hanc se cupere uxorem. Ch. modo qua inuenta est?

Sy. eam.

Et quidem iubebit posci. Chr. quam ob rem istud

syre,

Nana

Nam prorsus nihil intellego. Sy. hui, tardus es.
 C. Fortasse. s. argentum dabitur ei ad nuptias,
 Aurum, atq; uestem, qui, tenes ne? Ch. comparet?
 Sy. Id ipsum. C. at illi ego nec do, nec despondeo.
 Sy. Non? quam ob rem? C. quam ob rem, me rogas?
 mini. S. ut lubet.

Non ego perpetuo dicebam illam illi ut dares,
 Verum ut simulares. C. non mea est simulatio:
 Ita tu istec tua misceto, ne me admisceas.
 Egon, cui daturus non sim, ut ei despondeam?
 sy. Credebam. C. minime. S. scite poterat fieri:
 Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras
 Eo coepi. Ch. credo. S. ceterum equidem istuc Chreme
 AEqui bonique facio. Ch. atqui tum maxume
 Volo te dare operam ut fiat, uerum alia uia.
 sy. Fiat: quæratu aliud. sed illud quod tibi
 Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
 Id nunc reddendum est illi: neq; tu scilicet
 Eò nunc confugies: quid mea? num mihi datum est?
 Num iussi? num illa oppignerare filiam
 Meam me inuito potuit? uerum illud Chreme
 Dicunt: ius summum, sepe summa malitia est.
 Ch. Haud faciam. simo alijs si licet, tibi non licet.
 Omnes in lauta te et bene parte aueta putant.
 Ch. Quin egomet iam ad eam deferam. S. imo filium
 lube potius. Chr. quam ob rem? sy. quia enim in eius
 suspectio est

translata amoris. C. quid tum? s. quia uidebitur
 magis uerisimile id esse, cum hic illi dabit:
 et simul conficiam facilius ego, quod uolo.
 esse adeo adest: abi effer argentum. Ch. effero.

THESES ETHICAE I. VV.

Amici boni & uicini est alterius incommodis
 condolere.

Saepe lugemus amici uicem, & non obserua-
 mus grauius malum nobis praeforibus esse.

Maior plerunq; est habenda ratio aequitatis quam
 stricti iuris.

ACTVS QVARTISCEAE QVINTAE
 PERIOCHA I. C.

Reducitur ad occasionem fruendi amoris sui Clitiph-
 o. Ingenium adolescentis impotens: syri sui simile

CLITIPHO, SYRVS.

Iambici senarij

Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet,
 quam inuitus facias. uel me haec deambulatio.
 quam non laboriosa, ad languorem dedit:
 nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuo
 miser aliquò extrudat hinc, ne accedam ad Bacchis
 dem.

Et te omnes equidem dij, deae, quantum est syre
 um tuo isto inuento, cumq; incepto perduint.
 cuiusmodi mi res semper comminiscere,
 tibi me excarnufices. S. is hinc quo dignus es?

Quano

Quam pene tua me perdidit proteruitas.

Cli. Vellem hercle factum: ita meritum. Sy. meritum,
quo modo?

Næ me istuc ex te prius audisse gaudeo,

Quam argentum haberes, quod daturus iam fui.

Cliti. Quid igitur dicam tibi uis? abijsti: mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.

Sy. Iam non sum iratus. sed scim' ubi nunc sit tibi

Bacchis? Cli. apud nos. Sy. non. Clit. ubi igitur? Sy. apud
Cliniam.

Cli. Perij. Sy. bono animo es: iam argentum ad eam
deferres

Quod ei es pollicitus. C. garris. unde id? S. à patre.

Cli. Ludis fortasse me. Sy. ipsa re experibere.

Cli. Næ ego fortunatus homo sum: deamo te Syre.

Sy. sed pater egreditur, caue, quicquã admiratũ sis,

Qua causa id fiat, obsecundato in loco,

Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Nulla non res, quam inuiti facimus, difficilis est.
- 2 Maxima est amatorum inconstantia. irati facilius
me spe alicuius rei ostensa placantur.

ACTVS QVARTI SCENAE VI

PERIOCHA I. C.

Effert argentum deceptus senex. Et caute rationem
secum de impensis deputat, quæ omnia euentum faciunt
magis ridiculum.

Chremes

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

Vbi clitipho nunc est? S. eccum me, inque. Cli.
eccum hic tibi.

br. Quid rei esset, dixti huic? Sy. dixi pleraq;
omnia.

br. Cape hoc argentum, ac defer. sy. hei quid stas
lapis?

Quin accipis? clitip. cedo sane. Syr. sequere hac me
ocys.

Uhic nos dum eximus, interea opperibere?

Nam nihil est illic, quod moremur diutius.

h. Minus quidem iam decem habet à me filia:

Quas pro alimentis esse nunc duco datas:

Lasce ornamentis consequentur alteræ.

Porro hæc talenta dotis apposcent duo.

Quam multa iniusta, ac praua fiunt moribus?

Ahi nunc, relictis rebus, inueniendus est

Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

THESES ETHICAE .I. VV.

Parentum ea est storga physica, ut etiam nolentes
nos redimant.

Senes chremetes fere similes sui sunt, id est auar-

i. Itaq; antea præcepit, ut si filia parta esset exponeretur.

ACTVS QVARTI SCENAE VII

PERIOCHA I. C.

Nondum chremes intelligit se errare, & huic

Mene

Menedemus oratione subseruit. Persona Chremetis
 pientia tumidula: Menedemi lata.

MENEDEMVS, CHREMES.

Eiusdem generis.

Multo omnium nunc me fortunatissimum
 Factum puto esse gnate, cum te intellego
 Resipisse. Ch. ut errat. Me. te ipsum querebam Chre-
 me.

Serua, quod in te est, filium, & me, & familiam.

C. Cedo, quid uis faciam? M. inuenisti hodie filiam.

Ch. Quid tum? Me. hanc uxorem sibi dari uolt Clinia

C. Quæso, quid hominis es? M. quid? Ch. iam ne
 oblitus es,

Inter nos quid sit dictum de fallacia,

Vt ea uia abs te argentum auferretur? Me. scio.

Ch. Ea res nunc agitur ipsa. Me. quid dixti Chremes?
 Erraui. res acta est. quanta spe decidi?

Ch. Et quidem istæc, quæ est apud te Clitiphonis est
 Amica. Me. ita aiunt. C. & tu credis? Me. omnia.

Ch. Et illum aiunt uelle uxorem, ut, cum despon-
 derim,

Des qui aurum, ac uestem, atq; alia, quæ opus sunt,
 combaret.

De. Id est profecto: id amicus dabitur. Ch. scilicet

Daturum. M. ah, frustra igitur gauisus sum miser.

Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amittere.

Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme,

Ne sentiat me sensisse atq; ægre ferat?

Ch. Ægre? nimium illi Menedeme indulges. Me. sine:

Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuum Chreme.

Ch. Dic conuenisse, egisse te de nuptijs.

Me. Dicam, quid deinde? Ch. me facturum esse omnia,

Generum placere: postremo etiam, si uoles,

Deponsam quoque esse dicito. Me. hem, istuc uoluerã.

Ch. Tanto ocyus te ut poscat, & tu id quod cupis,

Quam ocyssime ut des. Men. cupio. Ch. ne tu prope
diem,

Vt istam rem uideo, istius obsaturabere.

Sed hæc ita ut sunt cautim & paulatim dabis,

si sapias. M. faciam. Ch. abi intro: uide, quid postulent.

Ego domi ero, si quid me uoles. Me. sane uolo:

Nam te scientem faciam, qui quid egero.

THESES ETHICAE. I. VV.

1 Parentum ex liberorum resipiscentia magna est
felicitas.

2 Amatores ad matrimonium pelliciendi sunt, quod
consilium Terentianis comædijs nimis familiare est.

ACTVS QVINTI SCENAE I

PERIOCHA

Fit omnis res palam. & perturbatur uehementis-
sime Chremes, & in ira, atq; indignatione ulciscendi
se uiam quærit. Persona huius est futilis. Sic sunt in us-
tramq; partem nimij, quorum est ingenium leue,
hæcq; firmus animus, Menedemus simplex est monitor.

N

Me ne

Menedemus, Chremes.

Trochaici octonarij & iambici senarij.

E Go me non tam astutum, neq; ita perspicacem
esse id scio:

Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonstrator
Chremes

Hoc mihi præstat. in me quiduis harum rerum com-
uenit,

Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plum-
beus:

In illum nihil potest: nam exuperat eius stulticia om-
nia hæc.

C. Ohe, iam desine deos uxor gratulando obtundere,
Tuam esse inuentam gnatham: nisi ilos tuo ex ingenio
iudicas,

Ut nil credas intelligere, nisi idem dictum est centies
Sed quid iam dudum interim illic gnatus cessat cum
syro?

Me. Quos ais homines Chreme cessare? **C.** hem. Menede-
me aduenis?

Dic mihi, Clinia, quæ dixi nunciasti? **M.** omnia.

C. Quid ait? **Me.** gaudere adeo ocepit, quasi qui cum
piunt nuptias.

Ch. Ha, ha, he. **Me.** quid risisti? **Ch.** serui uenere in memo-
riam Syri.

Calliditates. **Me.** itane? **Ch.** uoltus quoq; hominum fingit
scelus.

M. G. 184

M. Gnatus quod se assimulat letum, id dicis? Ch. id. M.
idem istuc mihi

Venit in mentem. Ch. ueterator. M. magi, si magi non
ris, putes

Ita rem esse. Ch. ain' tu? M. quin tu ausculta. Ch. mane
priu' hoc scire expeto,

Quid perdidit: nam ubi desponsam nunciasti filio
continuo iniecisse uerba tibi Dromonem, scilicet,
spose uistem, aurum, atq; ancillas opus esse, argētum
ut dares.

Me. Non. Ch. quid non? Me. non inquam. Ch. neq; ipse
gnatus? M. nil prorsus Chreme.

Magis unum etiam instare, ut hodie conficerentur nup
ptie.

Ch. Mira narras, quid syrus meus? ne is quidem quid
quam? Me. nihil.

Ch. Quamobrem? M. nescio equidem: sed te miror, quod
alia tam plane scias.

Sed tuum ille quoq; Syrus idem mire finxit filium,
ut ne paululum quidem suboleat amicam esse hanc
Clinie.

Ch. Quid ais? M. mitto iam osculari atque amplexari
id nil puto.

Ch. Quid est quod amplius simuletur? M. uah. C. quid
est? M. audi modo:

Est mihi ultimis conclaue in ædibus quoddam retro:

Huc est intro latus lectus, uestimentis stratus est.

C. Quid, postquam hoc est factum? M. dictum factum
huc abiit Clitipho.

Ch. solus? Me. solus. C. timeo. M. Bacchis consecuta est
illico.

Ch. sola? M. sola. C. perij. M. ubi abiire intro, operue-
re ostium. C. hem,

Clitia hæc fieri uidebat? M. quid ni? una mecum simul.

Ch. Filij est amica Bacchis Mene deme: occidi.

Me. Quamobrem? Ch. decem dierum uix mi est famis
lia.

M. Quid? istuc times, quod operam amico ille dat suo?

Ch. Amo quod amice. Me. si dat. Ch. an dubium id tibi
est?

Quenquam ne animo tam comi esse, aut leni putas,

Qui se uidente amicam patiatur suam? Me. ha, ha, ha.

Quid ni? quo uerba facilius dentur mihi.

Ch. Derides? merito mihi nunc ego succenseo.

Quot res dedere, ubi possem persentiscere,

Ni essem lapis? quæ uidi? uæ misero mihi.

At ne illud haud inultum, si uiuo, ferent:

Nam iam. M. non tu te cohibes? non te respicis?

Non tibi ego exempli satis sum? Ch. præ iracundia

Mene deme non sum apud me. Me. te ne istuc loquitur

Nonne id flagitium est, te alijs consilium dare,

Foris sapere, tibi non posse auxiliari?

Ch. Quid faciam? M. id, quod me fecisse aiebas parum

Fac, te esse patrem sentiat: fac, ut audeat

Tibi

Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,

Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.

Ch. Imo abeat potius multo quouis gentium,

Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem;

Nam si illi pergo suppeditare sumptibus

Menedeme, mihi illæc uere ad rastros res redit.

Me. Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caues?

Difficilem ostendis te esse, & ignosces tamen

Post, & id ingratum. Ch. ah ne scis, quam doleam. Me.

ut lubet.

Quid hoc, quod uolo, ut illa nubat nostro? nisi quid
est,

Quod malis. C. imo & gener & affines placent.

Me. Quid dotis dicam te dixisse filio?

Quid obticuiisti? Ch. dotis? Men. ita dico. Ch. ah. Men.

Chreme,

Nequid uereare, si est minu': nil dos nos mouet.

Ch. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis:

Sed ita dictu opus est, si me uis saluom esse, & rem, &
filium,

Me mea omnia bona doti dixisse illi. Men. quam rem
agis?

Ch. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,

Quamobrem id faciam. Me. quin ego uero, quamobrem
rem id facias, nescio.

Ch. Ego ne? ut illius animum, qui nunc luxuria, & lasa
cuius

Diffluit, retundam, redigam, ut, quò se uortat, nesciat.
 Me. Quid agis? Ch. mitte, ac sine me in hac re gerere
 mihi morem. Me. sino:

Itane uis? Ch. ita. Me. fiat. Ch. age iam, ut uxorem accer
 sat, paret

se. hic ita, ut liberos est æquom, dictis confutabitur.

Sed Syrum. M. quid cum? Ch. egone? si uiuo, adeo exor
 natum dabo,

Adeo depexum, ut, dum uiuat, meminerit semper meo

Qui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.

Non (ita me dij ament) auderet facere hæc uidua mu
 lieri,

Quæ in me fecit.

THESES ETHICAE. VV.

- 1 In alienis oculatiores sunt, in suis cœcutiunt.
- 2 Præceps abit, ductus aut ira, aut nimio amore.
- 3 In utraq; fortuna amicorum consilio opus est.
- 4 Obiurgator non est ferendus, qui in alio uicium
 reprehendit, in quo ipse deprehenditur.

ACTVS QVINTI SCENAE II

PERIOCHA.

Vehementer obiurgat filium pater. Syrus fallax
 etiam alia fallacia exaggerat, quasi desperata. Et obse
 quitur adolescens stultus seruo temerario.

Clitipho, Menedemus, Chre
 mes, syrus.

Trochaici & iambici octonarij.

Itane

I Tāne tandem quaeso est Menedeme, ut pater
 Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animū
 patris?

Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admia
 si miser?

Volgo id faciunt. Me. scio tibi esse grauius multo, de
 durius,

cui fit. uerum ego haud minus egre patior id, qui ne
 scio.

Nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo uoa
 lo. Clit. hic

Patrem astare aiebas? Me. eccum. Ch. quid me incusas
 Clitipho?

Quidquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitia
 tue.

Vbi te uidi animo esse omisso, & suauiā in presentia
 Quae essent, prima habere, neque consulere in longia
 tudinem:

cepi rationē, ut neq; egeres, neq; ut haec posses pdere.

Vbi, cui de cuit primo, tibi nō licuit per te mihi dare,

Abij ad proximos, tibi qui erant, eis cōmisi, & credidi.

Ibi tuae stultitiae semper erit praesidium Clitipho,

Victus, uestitus, quo in tectum te receptes. C. hei mihi

c. Satius est, quam te ipso herede haec possidere Bae
 chidem.

S. Disperij: scelestus quantas turbas consciui insciens!

E. Emori cupio. Ch. prius quaeso disce, quid sit uiuere:

Vbi scies, si displicebit uita, tum istoc utitor.

Sy. Here licet ne? Ch. loquere. Sy. at tuto. ch. loquere.

Sy. quæ ista est prauitas,

Quæue est amentia, quod peccaui ego, id obesse huic
Ch. ilicet,

Ne te admisce: nemo accusat Syre te: nec tuarum tibi,

Neq; precatorem pararis. S. quid agis? C. nil succenseo,

Nec tibi, nec huic, nec uos est æquum, quod facio, mihi.

S. Abijt. rogasse uellem. Cl. quid Syre? sy. unde mihi pe-
terem cibum,

Ita nos ab alienauit. tibi iam esse ad sororem intellego

Cl. Adeon' rem rediisse, ut periculum etiam fame mihi
sit Syre?

sy. Modo liceat uiuere, spes est. Cl. quæ? Sy. nos esur-
rituros satis.

Cl. rrides in re tanta, neq; me quidquam consilio ad-
iuuas?

Sy. Imo & ibi nunc sum, & usq; dudum id egi, dum lo-
quitur pater.

Et, quantum ego intellegere possum. Cl. quid? Sy. non
aberit longius.

Cl. Quid id ergo? S. sic est, non esse horum te arbitror.

Cl. quid istuc Syre?

Satin' sanus es? Sy. ego dicam, quod mi in mentem: tu di-
iudica.

Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio

Quæ propior esset, te indulgebāt, tibi dabāt: nūc filia

Postquam

Postquam est inuenta uera, inuenta est causa, qua te expellerent.

cli. Est uerisimile. Sy. an tu ob peccatum hoc esse illū iratum putas?

cli. Non arbitror. Sy. nunc aliud specta: matres omnes filijs

In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria

Solent esse: id non fit. cli. uerum, quid ergo nunc faciā Syre?

s. suspicionem quære ex illis istam: rem profer palā. si non est uerum, ad misericordiam ambos adduces cito, aut

Scibis cuius sis. cli. recte suades: faciam. Sy. sat recte hoc mihi in

Mentem uenit: nanq; adolescens, quā minima in spēsitus erit,

Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas:

Etiā haud scio, an ne uxorem ducat, ac Syro nil gratie.

Quid autem hoc? senex erit foras: ego fugio. adhuc quod factum est,

Miror non iussisse illico me arripi. ad Menedemum hunc pergam. eum

Precatorem mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

THESES ETHICAE .I. VV.

I Adolescentuli, ad meliorem frugem propositis damnis reuocandi sunt.

2 Liberi præcipites in omnia uicia ruunt, nisi reseruentur certis rationibus, uel exhæredatione, uel alijs quibuslibet.

3 cōpescendus est appetitus, uti rationi morē gerat.

4 Disciplina & iusta educatio præstantiores uiros efficiunt.

ACTVS QVINTI SCENAE III
PERIOCHA

Expostulatio uxoris cum uiro, & refutatio illius.
Chremetis persona sæua, sostrata timida,
sostrata, Chremes.

Octonarij iambici, & trochaici; Iambicus quaternarius unus.

Profecto, nisi caues tu homo, aliquid gnato committes mali.

Idque adeo miror, qui tam ineptum quidquam potuerit tibi

Venire in mentem mi uir. Ch. Oh. pergin' mulier esse ullam ne ego

Rem unquam uolui, quin tu in ea mihi aduorsatrix fueris sostrata? at

Si rogitem iam, quid est quod peccem, aut quam obrem id faciam, nescias.

In qua re nunc tam confidenter restas stulta? So. ego nescio?

E. Imo scis potius, quam quidem redeat ad integram eadem oratio.

TIMORVMENOS.

193

1. Oh iniquos es, qui me tacere de re tanta postules.

C. Non postulo: iam loquere. nihilo minus ego hoc faciam tamen.

S. Facies? C. uerum. So. non uides, quantum mali ex ea re excites?

Subditum se suspicatur. C. ain' tu? subditum? S. certe inquam mi uir. C. confitere tu

Tuum non esse. S. au, obsecro istuc nostris inimicis fiet.

Egon' confitear meum non esse filium, qui sit meus?

Ch. Quid metuis? ne non, cum uelis, conuincas esse illum tuum?

S. Quod filia est inuenta? C. non, sed, quod magi' credendum fiet,

Quod est consimilis moribus,

Facile conuincas ex te natum: nã tui similis est probe.

Nam illi nihil uitij est relictum, quin id itidẽ sit tibi.

Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.

Sed ipse egreditur, quã seuerus, rem cum uideas, censeas.

THESES ETHICAE.

1. Tales sunt filij quales parentes. Natura sequitur semina quisq; sua.

2. Matres plus indulgent filijs quã patres.

3. saepe mulieres ineptæ maritorum consilij aduersantur propter filios.

4. Etiam inter matrimonio coniunctos interdum altercationes esse solent.

ACTUS

PERIOCHA I. C.

Execquitur consilium seruuli adolescens, & (quod est leuitatis inconstantia) celesiter refutatur atque frangitur.

CLITIPHO, SOSTRATA,

CHREMES.

Trochaici octonarij.

SI unquam ullum fuit tempus mater, cum ego uoluptati tibi

Fuerim, dictus filius tuus tua uoluntate, obsecro
Eius ut memineris, atque inopis nunc te miseresce
mei,

Quod peto, & uolo, parentes meos ut commonstres
mihi.

S. Obsecro mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,

Alienum esse te. Clit. sum. so. miseram me, hoc in
quasisti obsecro?

Ita mihi, atq; huic sis superstes, ut ex me, atque hoc
natus es:

Et caue posthac, si me amas, unquam istuc uerbum
ex te audiam. Ch. at

Ego si me metuis, mores caue in te esse istos sentiant.
Clit. Quos? ch. si scire uis, ego dicam: gerro, iners,
fraus, heluo.

Gane

Gæneo, damnosus. crede, & nostrum te esse credito.
 Clit. Non sunt hæc iam dicta parentis. Ch. non, si ex
 capite sis meo

Natus, item ut aiunt Mineruam esse ex Ioue, ea causa
 magis

Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.

So. Di istæc. Ch. nescio Deos: ego, quod potero eni-
 tar sedulo.

Queris id, quod habes, parentes: quod abest, non que-
 ris, patri

Quo modo obsequare, & serues quod labore inuenie-
 rit.

Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
 Dicere hac præsentè uerbum turpe: at te id nullo
 modo

Facere piguit. Clit. eheu quàm ego nunc totus displi-
 ceo mihi,

Quàm pudet: neque, quod principium incipiam ad
 placandum, scio.

T H E S E S E T H I C A E I. V V.

- 1 castigatio parentum liberos erudite & informat.
- 2 Filiorum est, ut suis parentibus obsequantur.
- 3 Iracundiæ tanta uis est, ut uel Deos nesciat.

A C T V S Q V I N T I S C E N A E V

P E R I O C H A I. C

Finitur fabula reconciliatione patris & filij: &

cons

comprehenditur hac pace & Syrus: ita omnia læta
 exitu concluduntur.

MENEDEMVS, CHREMES, CLIT,
 TIPHO, SO STRATA.

Iambici & trochaici octonarij.

E Nimvero Chremes nimi' grauius cruciat adole-
 lescentulum,

Nimi' q; inhumane. ex eo ergo, ut pacem conciliem
 optume.

Ipſos uideo. Ch. chem. Menedeme cur non accerſi iu-
 bes

Filiam, & quod dotis dixi, firmas? So. mi uir, te ob-
 ſecro

Ne facias. Cli. pater obſecro ut mi ignoſcas. Me. da uen-
 niam Chreme:

Sine te exorem. Ch. ego n' mea bona ut dem Bacchidi
 dono ſciens?

Non faciam. M. at id nos non ſinemus. Clit. ſi me uiuom
 uis pater,

Ignosce. ſ. age, Chreme mi. M. age quaſo, ne tam ob-
 firma te Chreme.

Ch. Quid iſtuc? uideo non licere, ut coeperam, hoc per-
 tendere.

M. Facis, ut te decet. Ch. ea lege hoc adeo faciam, ſi ſa-
 ciat id,

Quod ego hunc æquom cenſeo. Clit. pater, omnia ſa-
 ciam. impera.

Ch. Vxorem

Ch. Vxorem ut ducas. Cl. pater. Ch. nihil audio. Men.
ad me recipio.

Faciet. Ch. nil etiam audio ipsum. Cli. perij. so. an du-
bitas Clitipho?

Ch. Imo utrum uolt. Me. faciet omnia. So. hæc dum in-
cipias, graua sunt,

Dumq; ignores: ubi cognoris, facilia. Cli. faciam pa-
ter.

S. Nate mi, ego pol dabo puellam lepidam, quam tu fa-
cile ames,

Filiam Phanocrate nostri. Clit. rufam ne illam uirginem,

Cesiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater.

Ch. Eia, ut elegans est, credas animum ibi esse? so. ali-
am dabo.

Clit. Quid istuc? quando quidem ducenda est, egomet
habeo propemodum,

Quam uolo. so. nunc laudo te gnate. Clit. Archonidis
filiam.

So. Perplacet. Clit. pater hoc nunc restat. Ch. quid? Cli.
Syro ignoscas uolo,

Quæ mea causa fecit. Chr. fiat. Vos ualete & plau-
dite.

Thefes

- 1 *Nimis austeri parentes & morosi non sunt semper collaudandi.*
- 2 *Pacificatores omnem rationem in pace concilianda quaerunt.*
- 3 *Castigati liberi in viam redeunt, & matrimonio tanquam capistro refrenantur.*
- 4 *Permittenda est & filio sponsae electio.*

FINIS HEAVTON
TIMORVMENV.

ADELPHI TER
LYDIS FVRI
Q. FABIO MA
FRICANO AE
ATILIVS PRAE
PROTINTA
CLAVD. T
E GRAECA
LANICIO. R.
LIO CO

PERSON

MITIO
DENE A
SANNIO
AESCHINVS
TYRVS
CTESIPHO
IOSTRATA
CANTHARA
GETA
REGIO
DROMO

209

ADELPHI TERENTII
199
ACTA LVDIS FVNEBRIB. L. AIMILII
PAVLI. Q. FABIO MAXIMO, P. CORNE-
LIO AFRICANO AED. CVR. EGERE
L. ATILIVS PRAENESTIVS, MI-
NVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT
FLACCVS CLAVD. TIBIIS SERRANIS.
FACTA E GRAECA MENANDRV.
LANICIO, M. CORNE-
LIO COS.

PERSONAE

MITIO	<i>senex,</i>
DEMEA	<i>senex,</i>
SANNIO	<i>leno,</i>
AESCHINVS	<i>adolescens,</i>
SYRVS	<i>seruus,</i>
CTESIPHO	<i>adolescens,</i>
SOSTRATA	<i>matrona,</i>
CANTHARA	<i>nutrix,</i>
GETA	<i>seruus,</i>
HEGIO	<i>senex,</i>
DROMO	<i>seruus.</i>

○

C. SVL

DVos cum haberet Demea adolescentulos,
 Dat Mitioni fratri adoptandum Aeschinum,
 sed Ctesiphonem retinet. hunc citharistria
 Lepore captum, sub duro ac tristi patre,
 Frater celabat Aeschinus: famam quoque
 Amoris in se transferebat: denique
 Fiduciam lenoni eripuit. vitiauerat
 Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperulam,
 Fidemq; dederat, hanc sibi uxorem fore.
 Demea iurgare, & grauius ferre: mox tamen,
 Ut ueritas patefacta est, ducit Aeschinus
 Vitiatam, potitur Ctesiphonem citharistria,
 Exorato suo patre duro Demea.

PROLOGVS

Est apologeticus, cum ad calumniatoris obrefta-
 tiones respondeat. Nam aduersarij Terentium nunc
 furti accusabant, nunc auxilium Lelij, & Scipionis in
 scribendis fabulis obijciebant

Postquam poeta sensit scripturam suam
 Ab iniquis obseruari, & aduersarios
 Rapere in peiorem partem, quam acturi su-
 mus:

Indicio de se ipse erit: uos eritis indices,

Laud

Laudi ne an uitio duci factum oporteat.
 Synapothnescontes Diphili comœdia est.
 Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
 In græca adolescens est, qui lenoni eripit
 Meretricem, in prima fabula. eum Plautus locum
 Reliquit integrum: cum hic locum sumpsit sibi
 In adelphos, uerbum de uerbo expressum extulit.
 Eam nos acturi sumus nouam: pernoscite,
 Furtum ne factum existumetis, an locum
 Reprehensum, qui præteritus negligentia est.
 Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
 Eum adiutare, assidueq; una scribere,
 Quod illi maledictum uehemens existumant,
 Eam laudem hic ducit maxumam, cum illis placet.
 Qui uobis uniuersis, et populo placent,
 Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
 suo quisq; tempore usu est sine superbia.
 Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
 Senes qui primi uenient, hi partem aperient,
 In agendo partem ostendent. facite, æquanimitas
 Vestra poetæ ad scribendum augeat industriam.

ACTVS PRIMI SCENAE PRIMAE
PERIOCHA I. C.

Solus senex Mitio fabulae argumentum explicat ipse in sollicitudine narrans ea de quibus poeta fabulam composuit. persona senis est lenis, accommodata nimis benigna: idque poeta significauit, cum facit hunc indulgentia et liberalitate propria quasi irretiri ac capi. omnia dicuntur grauius et eleganter.

MITIO.

Iambici senarij.

Torax. non redijt hac nocte à cenà

Aeschinus,

Neque seruolorum quisquam, qui
aduorsum ierant.Profecto hoc uere dicunt: si absis
uspian,

Aut ubi si cesses, euenire ea satiu' est,
Quæ in te uxor dicit, et quæ in animo cogitat.
Irata, quàm illa, quæ parentes propitij.
Uxor, si cesses, aut te amare cogitat:
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi,
Et tibi bene esse soli, cum sibi sit male.
Ego, quia non redijt filius, quæ cogito!
Quibu' nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit,
Aut uspian ceciderit, aut persfregerit (AN)
Aliquid uah, quæquã ne hominẽ in animo instituere
Parare, quod sit carius, quàm ipse est sibi?

Atque

Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre. is adeo
 Dissimili studio est. iam inde ab adolescentia
 Ego hanc clementem uitam urbanam, atque otium
 secutus sum: & quod fortunatum isti putant,
 Vxorem nunquam habui. ille contra, hæc omnia,
 Ruri agere uitam, semper parce, ac duriter
 se habere: uxorem duxit: nati filij
 Duo. inde ego hunc maiorem adoptaui mihi:
 Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo:
 In eo me oblecto: solum id est carum mihi.
 Ille ut item contra me habeat, facio sedulo:
 Do, præmitto, non necesse habeo omnia
 Pro meo iure agere: postremo, alij clanculum
 Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
 Ea ne me celet, consuefeci filium:
 Nam qui mentiri, aut fallere insueuerit patrem, aut
 Audebit, tanto magis audebit ceteros.
 Pudore, & liberalitate liberos
 Retinere, satius esse credo, quàm metu.
 Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent.
 Venit sepe ad me clamans, quid agis Mitio?
 Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
 Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
 Vestitu nimium indulgis: nimium ineptus es.
 Nimium ipse durus est, præter æquomq; & bonum.
 Et errat longe mea quidem sententia,
 Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius.

Vi quod fit, quàm, illud quod amicitia adiungitur,
 Mea est sic ratio, & sic animum induco meum.
 Malo coactus qui suum officium facit,
 Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
 Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.
 Quem beneficio adiungas, ille ex animo facit.
 studet par referre, præsens, absensq; idem erit,
 Hoc patrium est, potius consuefacere filium,
 sua sponte recte facere, quàm alieno metu.
 Hoc pater, ac dominus interest. hoc qui nequit,
 Fateatur nescire imperare liberis.
 Sed est ne hic ipse, de quo agebam? & certe is est.
 Nescio quid tristem uideo. credo iam ut solet,
 Iurgabit. saluom te aduenire Demea,
 Gaudemus.

THESES ETHICAE

(officio

- 1 Patrum est anxia sollicitudo de filijs qui non sunt in
- 2 Zelotypia uxoris de absente marito multo uehementior sollicitudine patris de filio.
- 3 Urbanitas uitæ rusticæ anteferenda est.
- 4 Institutio puerorum sit liberalis & cum clementia morumq; ciuilitate.
- 5 Ciuilitas prodest ubiq; si quid siue foris siue domi contrahendum sit.

ACTVS PRIMI SCENAE II

PERIOCHA.

Iurgium est satis uehemens fratrum, sed Mitionis lenis

facit ne quid asperius dicatur, & contumeliosus obstat
 D E M E A, M I T I O.

Iambici senarij.

HEm, opportune: te ipsum querito.
 Quid tristis es? D. rogas me, ubi nobis Aeschis
 nus

Siet, quid tristis ego sim? Mi. dixin' hoc fore?
 Quid is fecit? De. quid ile fecerit? quem neq; pu det
 Quidquam: neq; metuit quenquam: neq; legem putas
 Tenere se ullam. nam illa, quæ antehac facta sunt,
 Omitto: modo quid designavit? Mi. quidnam id est?
 De. Fores effregit, atq; in ædeis irruit

Alienas: ipsum dominum, atque omnem familiam
 Multavit usque ad mortem: eripuit mulierem,
 Quam amabat: clamant omnes indignissime
 Factum esse. hoc aduenienti quot mihi Mitio
 Dixere: in ore est omni populo. deniq;

si conferendum exemplum est, non fratrem uides
 Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
 Nullum huius simile factum? hæc cum illi Mitio
 Dico, tibi dico. tu illum corrumpi sinis.

Mi. Homine imperito nunquam quidquam iniustius
 Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.
 D. Quorsum istuc? M. quia tu Demea hæc male iudicas.
 Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum
 Scortari, neq; potare, non est, neque fores
 Effringere. hæc si neq; ego, neque tu fecimus.

O

4

NON

Non siuit egestas facere nos. tu nunc tibi
 Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.
 Iniurium est: nam si esset unde id fieret,
 Faceremus: & tu illum tuum, si esses homo,
 simeres nunc facere, dum per ætatem licet,
 Potius quàm, ubi te expectatum eiecisset foras,
 Alieniori ætate post faceret tamen.
 De. Pro Iupiter, rediges tu homo me ad insaniam.
 Non est flagitium facere hæc adolescentulum? M. ah,
 Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius.
 Tuum filium dedisti adoptandum mihi:
 Is meus est factus: si quid peccat Demea,
 Mihi peccat: ego illi maximam partem feram.
 Obsonat, potat, olet unguenta de meo.
 Amat? dabitur à me argentum, ubi erit commodum,
 Vbi non erit fortasse excludetur foras.
 Fores effregit? restituentur. discidit
 Vestem? resarcietur. est, dijs gratia,
 Et unde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.
 Postremo aut de sine, aut cedo quemuis arbitrum:
 Te plura in hac re peccare ostendam. De. hei mihi.
 Pater esse disce ab alijs, qui uere sciunt.
 Mi. Natura tu illi pater es, consilijs ego.
 De. Tun' consulis quidquam? Mi. ah, si pergis, abiero.
 De. Siccinne agis? Mi. an ego toties de eadem re audia?
 De. curæ est mihi. M. & mihi curæ est: uerunt Demea
 Curemus æquam uterq; partem, tu alterum,

Ego

Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum
 Reposcere illum est, quem dedisti. De. ab Mitio.
 Mi. mihi sic uidetur. D. quid istuc? tibi sic istuc placeat
 Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
 Iam si uerbum unum posthac. Mi. rursum Demea
 Irascere? De. an non credis? repeton' quem dedi?
 Aegre est. alienus non sum. si ob sto: hem desino.
 Vnum uis curem: curo: & est dijs gratia,
 Cum ita, ut uolo, est: iste tuus ipse sentiet
 Posterius: nolo in illum grauius dicere.
 Mi. Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit: tamen
 Non nihil molesta hæc sunt mihi: sed ostendere,
 Me aegre pati, illi nolui: nam ita est homo:
 cum placo, aduorsor sedulo, & deterreo,
 Tamen humane uix patitur: uerum si augeam,
 Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ,
 Insaniam profecto cum illo. et si Aeschinus
 Non nullam in hac re nobis facit iniuriam.
 Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedi
 Aliquid? postremo nuper (credo iam omnium
 Tædebat) dixit uelle uxorem ducere.
 sperabam iam de feruisse adolescentiam:
 Gaudebam. ecce autem de integro: nisi, quidquid est,
 Volo scire, atq; hominem conuenire, si apud forū est.

THESES ETHICAE. I. VV.

Vita aspera & morosa laudi non ducitur, qualis
 in Demea depingitur.

Tu quod te posterius purges, nolle hanc iniuriam mihi
 factam esse, huius non faciam. crede hoc, ego meum ius
 persequar: (ceris,

Neque tu uerbis solues unquam, quod re mihi male factum
 Noui ego uestra haec: nollem factum: dabitur iusiuran-
 dum, esse te

Indignum iniuria hac, indignis cum egomet sim acced-
 ptus modis.

Ae. Abi praestrenue, ac fores aperi. sa. ceterum hoc ni-
 hil facis.

Ae. Intro nunc iam. Sa. at enim non sinam. Ae. accede
 illuc Parmeno,

Nimum abiisti istoc, hic propter hunc assiste. hem, sic
 uolo,

caue nunc iam oculos a meis oculis quoquam dimo-
 ueas tuos,

Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in ma-
 la hereat.

sa. Istuc uolo ergo ipsum experiri. Ae. hem serua. os
 mitte mulierem.

Sa. O facinum indignum. Ae. geminabit, nisi caues. Sa.
 hei misero mihi.

Ae. Non innueram: uerum in istam partem potius pe-
 cato tamen:

Inunc iam. Sa. quid hoc rei est? regnum ne Aeschine
 hic tu possides?

Ae. Si possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus.

Sa. Quid

Sa. Quid tibi rei mecum est? **Ae.** nihil, s. quid? nostin
qui sim? **Ae.** non desidero.

Sa. Tetigin' tui quidquam? **Ae.** si attigisses, ferres infor
tunium.

Sa. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego ar
gentum dedi?

Responde. **Ae.** ante ædeis non fecisse erit meliù hic
conuicium:

Nã si molestus pergis esse, iam intro arripere, atq; ibi
Vsq; ad necem operiere loris. **S.** loris liber? **Ae.** sic erit.

Sa. O hominem impurum, hiccine libertatem aiunt æ
quam esse omnibus?

Ae. Si satis iam debacchatus es leno, audi si uis nunc
iam.

Sa. Egon' debacchatus sum in te, an tu in me? **Ae.** omitt
te ista, atq; ad rem redi.

Sa. Quam rem? quò redeam? **Ae.** iamne me uis dicere,
quod ad te attinet?

Sa. cupio, modo æqui aliquid. **Ae.** uah, leno iniqua me
non uolt loqui.

Sa. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescen
tium,

Periurus, pestis: tamen tibi à me nulla est orta iniuria

Ae. Nam hercle etiam id restat. **Sa.** illuc quæso redi,
quò cœpisti, **Aeschine.**

Ae. Minis uiginti tu illam emisti, quæ res tibi uortat
male:

Argenti

Argenti tantum tibi dabitur. Sa. quid si ego illam non
lo uendere,

coges me? Ae. minime. Sa. nanq; id metui. Ae. neq; uen-
dendam censeo,

Quæ libera est: nam ego illam liberali assero causa
manu.

Nunc uide utrum uis, argentum accipere, an causam
meditari tuam.

Delibera hoc, dum ego redeo, leno. Sa. pro supreme Iu-
piter:

Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria.

Domo me eripuit, uerberauit: me inuito abduxit meã

Homini misero plus quingentos colaphos infregit
mihi.

Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tra-
dier.

Verum enim, quando bene promeruit, fiat: suum ius
postulat.

Age iam cupio, modo si argentum reddat: sed ego hæc
hariolor.

Vbi me dixero dare tanti, teste is faciet illico,

Vendidisse me: de argento somnium: mox cras redi.

Id quoq; possum ferre, si modo reddat: quanquam in-
iurium est.

Verum cogito id, quod res est. quando eum questum
occeperis,

Accipiunda, & musitanda iniuria adolescentium est.
sed

Sed nemo dabit frustra egomet mecum has rationes
deputo.

THESES ETHICAE.

1 In Aeschino quidem est exemplum diuitis, iniu-
rii & præpotentis in pauperem, quem varijs modis
exagitat.

2 In Lenone autem est contumeliosi, atque in sua
perniciem contumacis.

3 Honestorum autem est potius iniuriam propo-
sare, quàm inferre.

ACTVS II SCENAE II

ES

PERIOCHA I. C.

Colloquium syri & Lenonis. Syrus subdolu-
s ueterator. sannio leuis & nihili.

syrus, Sannio:

Iambici octonarij.

TAce, egomet conueniam iam ipsum: cupide
cipiat saxo, atque etiam

Bene dicat secum esse actum. quid istuc Sannio est,
quod te audio

Cum hero nescio quid concertasse? Sa. nunquam uidi
iniquius

Concertationem comparatam, quàm quæ hodie inter
nos fuit.

Ego uapulando, ille uerberando, usque ambo desisti-
sumus.

Sy. Tua culpa. Sa. quid agerem? Sy. adolescenti morem
gestum

gestum oportuit.

Sa. Qui potui melius? quin hodie usque os præbui.

Sy. age, scis quid loquar?

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est
lucrum. Sa. hui.

Sy. Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paululum,
Atque adolescenti esses morigeratus, hominum homo
stultissime,

Ne non tibi istuc fœneraret? Sa. ego spem pretio non
emo.

Sy. Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines
Sannio.

San. Credo istuc melius esse: uerum ego nunquam adeo
astutus fui,

Quin, quicquid possem, mallem auferre potius in præ
sentia.

Sy. Age, noui tuum animum: quasi quidquam tibi sint
uiginti minæ,

Dum huic obsequare: præterea autem te aiunt profi
cisci Cyprum. Sa. hem.

Sy. coemisse hinc, quæ illuc ueheres, multa: nauem cõ
ductam: hoc scio,

Animus tibi pendet: ubi illinc, spero, redieris, tamen
hoc ages.

Sa. Nusquam pedem. perij hercle: hac illi spe hoc in cepe
runt. sy. timet:

Uneci scrupulum homini. Sa o scelera, illuc uide.

ADELPHI

214
 Ut in ipso articulo oppressit. emptæ mulieres
 Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum.
 Ni eò ad mercatum uenio, damnum maxumum est.
 Nunc si hoc omittam, ubi illinc rediero, actum agam
 Nihil est, refrixerit res. nunc demum uenis?
 Cur passus? ubi eras? ut sit satius perdere,
 Quàm aut hic nunc manere tam diu, aut tum persequi
 S. Iamne enumerasti, quod ad te rediturum putes?
 Sa. Hoccine illo dignum est, hoccine incipere Aeschia
 num?

Per oppressionem ut hanc mi eripere postulet?
 Sy. Labascit. unum hoc habeo: uide si satis placet:
 Potius, quàm uenias in periculum sannio,
 serues ne, an perdas totum, diuiduum face.
 Minas decem corradet alicunde. sa. hei mihi,
 Etiam de sorte nunc uenio in dubium miser.
 Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi:
 Præterea colophis tuber est totum caput.
 Etiam insuper defrudet? nusquam abeo. Sy. ut lubet.
 Nunquid uis, quin abeam? sa. imo hercle hoc quæso
 Syre,

Ut ut hæc sunt facta, potius quàm lites sequar,
 Meum mihi reddat, saltem quanti emptæ est. syre,
 scio te non usum ante hac amicitia mea:
 Memorem me dices esse, & gratum. sy. sedulo
 Faciam: sed ctesiphonem uideo. lætus est
 De amica. sa. quid, quod te oro? Sy. paulisper mane.

Thefes

THESES ETHICAE I. VV.

1 Exemplum est duorum sceleratorum hominum,
qui sese inuicem fallere conantur.

2 Lenones nō tanti colaphos faciūt, quāti pecuniā.

3 Hic perspicitur ut clauus clauum trudit, ita &
dolus dolum.

ACTVS SECVNDI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Aduenit Ctesipho potitum amoribus suis, quos frater
ipsi confecerat, quem cupidus adolescens mirifice
laudat. Ethos est ob successum exultans.

CTESIPHO, SYRVS.

Iambici octonarij.

Abs quouis homine, cum est opus, beneficium
accipere gaudeas:

Verum enimvero id demum iuuat, si, quem æquom est
benefacere, is facit.

O frater frater, qd ego nūc te laudē? satis certo scio:

Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id uirtus
quin superet tua:

Itaque unam hanc rem me habere præter alios præ-
cipuam arbitror, (principem.

Fratrem homini nemini esse primarum artium magi

SY. O Ctesipho. C. o Syre, Aeschinus ubi est? S. ellum,
te expectat domi. C. hem.

SY. Quid est? C. quid sit illius opera Syre nunc uiuos

P festia

festiuum caput:

Omnia qui sibi post putarit esse præ meo commodo,
Maledicta famam, meum amorem, & peccatum in se
transtulit,

Nil pote supra. sed quisnam foris crepuit? S. mane,
ipse exit foras.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Fratrum coniunctio & beneficentia est proxima, eorumq; concordia est res suauissima.
- 2 Gaudent adolescētes amatorculi commodo, quod est saepe incommodum.
- 3 Beneficium saepe iudicatur, quod est maleficium. Ctesipho enim loco maximi beneficij ducit puellam à fratre ereptam sibi donari. Egregia scilicet laus est amatoris iuxta affectum suum iudicantis.

ACTVS SECVNDI SCENAE IIII

PERIOCHA I. C.

Fratrum congressus & sermones familiares, ab-
soluitur Leno, & ad suos amores se confert Ctesipho, in solam uoluptatis spem intentus. Ethos Aeschini, feroculum & superbiens & confidens. Ctesiphonis cupidum & timidum. Serui dolosum: Lenonis auarum.

AESCHINVS, SANNIO,
CTESIPHO, SYRVS.

Eiusdem generis.

Vbi ille est sacrilegus? Sa. men' quærit? num
quid nam effert? occidi:

Nil uideo. Ae. ehem, opportune, te ipsum quærito:
quid fit Ctesipho?

In tuto est omnis res: omitte uero tristitiam tuam.

C. Ego illam facile uero omitto, qui quidem te habe
am fratrem.

O mi germane, ah uereor coram in os te laudare ame
plius,

Ne id assentandi magis, quàm quòd habeam gratum,
facere existumes.

Ae. Age inepte, quasi nunc nō norimus nos inter nos
Ctesipho.

Sed hoc mihi dolet, nos pene sero scisse, & pene in
eum locum

Rediisse, ut, si omnes cuperent, nihil tibi possent aux
iliarier.

Ct. Pudebat. Ae. ah, stultitia est istæc, non pudor, tam
ob paruolam

Rem pene ex patria. turpe dictu. deos quæso ut istæc
prohibeant.

Ct. Peccaui. Ae. quid ait tandem nobis Sannio? Sy. iam
mitis est.

Ae. Ego ad forum ibo, ut hunc absoluam: tu intro ad
illam Ctesipho.

Sa. Syre insta. Sy. camus: nanque hic properat in Cy
prum. Sa. ne tam quidem,

Quāuis etiā maneo otiosus hic. S. reddetur, ne time.

Sa. At ut omne reddat. Sy. omne reddet, tace modo, ac sequere hac. SA. sequor.

Ct. Heus heus Syre. Sy. hem quid est? Ct. obsecro hercle hominem istum impurissimum

Quam primum absoluitote, ne, si magis iritatus fiet Aliquà ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuo perierim.

Sy. Non fiet: bono animo esto. tu cum illa te intus oblecta interim,

Et lectulos iube sterni nobis, & parari cetera.

Ego iam transacta re conuortam me domum cum obsonio.

Ct. Ita quaeso: quando hoc bene successit, hilarè hunc sumamus diem.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Lenocinium est pecuniæ aucupium ex scortorum uenundatione.
- 2 In tuto rem esse arbitrantur, uoti sui compotes amatores.
- 3 Fraternalis congressus & colloquium non sit assentatorium, sed gratum & candidum.
- 4 Occasio in rerum desiderio non est neglegenda.

ACTVS TERTII SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Ad epitasin tendit fabula, producuntur mulieres ad cognoscendum factum Aeschini: In quo erratur quidem, sed hinc omnes in fabula turbæ oriuntur.

Sostra

SOSTRATA CANTHARA.

Iambici & trochaici octonarij.

Bsecro mea tu nutrix, quid nunc fiet? Cæ.
quid fiet, rogas?

Recte ad eam pol spero. S. modo dolores mea tu
occiunt primulum.

Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam
tute pepereris.

S. Miseram me, neminem habeo, sole sumus: Geta au-
tem hic non adest;

Nec habeo quem ad obstetricem mittam, nec qui ac-
cersat Aeschinum.

C. Polis quidem iam hic aderit: nam nunquam unum
intermittit diem,

Quin semper ueniat. S. solus mearum miseriarum est
remedium.

C. E re natæ melius fieri haud potuit, quam factum
est hera:

Oblatum quando uitium est, quod ad illum attinet po-
tissimum,

Talem, tali genere, tali animo, natum ex tanta fami-
lia.

S. Ita pol est, ut dicis: saluus nobis, deos queso, ut fiet.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Storga physica est, quoties matres liberorum suo-
rum uicia celant.

2 Contumeliæ illatæ à fastuosis & nobilibus non

P 3 tam

tam graues iudicantur, quam ab humilibus & gregarijs.

ACTVS TERTII SCENAE II

PERIOCHA I. C.

Seruuli indicium de Aeschino quem uiderat à Leone fidicinam abducere. Quo nuntio timore completur Sostrata. Cuius persona est perturbata uariè, subito tanti mali indicio territæ. Serui ethos simplex, & fidele, perculsum.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

Eiusdem generis, inserto uno quaternario.

Nunc illud est, quod, si omnes omnia sua consilia conferant,

Atque huic malo salutem quærant, auxiliij nihil afferant,

Quod mihiq; heræq; filiaq; herili est. uæ misero mihi
Tot res repente circumuallât, unde emergi nō potest
Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.

Hoc cine seclum? o scelera, o genera sacrilega, o hominem impium.

S. Me miseram, quidnam est, quod sic uideo timidum
& properantem Getam?

G. Quem neque fides, neque iusiurandum, neque ulla
misericordia

Repressit, neque reflexit, neque quòd partus instabat
prope,

Cui misere indigne per uim uitium obtulerat. S. non
intellego

Satis, quae loquatur. Ca. propius obsecro accedamus
Sostrata. G. ah,

Me miserum, uix sum compos animi: ita ardeo iracun
dia.

Nihil est, quod malim, quam illam totam familiam
mibi obuiam

Dari, ut iram hanc in eos euomam omnem, dum egria
tudo haec est recens:

Satis mihi id habeam supplicij, dum illos ulciscar mo
do.

Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud pro
duxit scelus:

Tum autem Syrum impulsorem, uah, quibus illum la
cerarem modis.

Sublimem medium arriperem, & capite primum in
terram statuerem,

Vt cerebro dispergat uiam:

Adolescenti ipsi oculos criperem, post haec praecipie
tem darem:

Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & pro
sternerem.

Sed cesso hoc malo heram impertiri propere? S. reuo
cemus. Geta. G. hem,

Quisquis es, sine me. S. ego sum. Sostrata. G. ubi ea est?
te ipsam querito:

Te expecto: oppido opportune te obtulisti mi obuiam

Hera. S. quid est? quid trepidas? G. hei mihi. S. quid festinas mi Geta?

Animum recipe. G. prorsu'. S. quid istuc prorsus ergo est? G. perijmus:

Actum est. S. eloquere obsecro, quid fiet. Ge. iam. So. quid iam Geta?

G. Aeschinus. S. quid ergo is? G. alienu' est à nostra familia. So. hem,

Perij, quare? Ge. amare occepit aliam. So. uæ misera mihi,

Ge. Neque id occulte fert: à lenone ipse eripuit palam.

So. Satin' hoc certo? G. certe, hisce oculis egomet uidi Sostrata. S. ah,

Me miseram, quid credas iam? aut cui credas? nostrum ne Aeschinum,

Nostram uitam omnium, in quo nostræ spes, opesq; omnes sitæ erant,

Qui sine hac iurabat se unum nunquã uicturum diè,

Qui in suo gremio positurum puerum dicebat, patrem ita

Obsecraturum, ut liceret hanc uxorem ducere.

G. Hera, lacrimas mitte, ac potius, quod ad hanc rem opu' porro est, prospice.

Patiamur ne, an narremus cuiquam? C. au, au mi homo, sanu' n' es?

An hoc proferendum tibi usquam esse uidetur? G. mihi quidem non placet,

Lam

Nam primum, illum alieno animo à nobis esse, res ipsa
indicat.

Nunc si hoc palam proferemus, ille inficias ibit, sat
scio;

Tua fama, & gnatae uita in dubium ueniet. tum si ma
xime

Fateatur, cum amet aliam, non est utile hanc illi dari.

Quapropter quoquo pacto tacito est opus. S. ah mini
me gentium:

Non faciam. Ge. quid agis? S. proferam. G. hem, mea
Sostrata uide quam rem agas.

So. Peiore res loco esse non potest, quam in hoc, quo
nunc sita est.

Primum indotata est: tum præterea, quæ secunda ei
dos erat,

Perijt: pro uirgine dari nuptum non potest: hoc relli
quom est,

Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amise
rat.

Postremo, quando ego conscia mi sum, à me culpam
hanc procul esse, nec

Pretium, neque rem ullam intercesse illa aut me in
dignam; experiar Geta.

G. Quid istuc? accedo, ut melius dicas. S. tu, quantum
potes, abi,

Atque Hegioni cognato huius rem omnem narrato
ordine. (ume.

Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit ma

*Ge. Nam hercle alius nemo respicit nos. So. prope
tu mea Canthara,
Curre, obstetricem accerse, ut, cum opus sit, ne in mo
ra nobis fiet.*

THESES ETHICAE.

- 1 *Serui fidelis, utpote de familia nimis solliciti ex
emplum est.*
- 2 *Intempestiva benevolentia & industria saepe ma
gis obest quam prodest.*
- 3 *Mores irati nihil sibi temperantis exprimit.*

ACTVS TERTII SCENAE III

PERIOCHA I. C.

*Reducitur Demea ad epitasin. Que ut fiat magis
turbulenta, eluditur cura & obseruatio senis.*

DEMEA.

Iambici senarij.

D*isperij: Ctesiphonem audiui filium
Vna affuisse in raptione cum Aeschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicuius rei est, etiam eum ad nequitiam abducere
Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquò. persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum ire Syrum uideo: hinc scibo iam, ubi fiet.
Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.
Non ostendam me id uelle.*

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 *suspitio leuis est saepe magni cruciatus causa.*
Sollicit

2 Soliciti sunt parentes, ne liberi per alios seducti
cantur.

ACTVS TERTII SCENAE IIII

PERIOCHA.

A seruo nequam Demea deridetur. Ethos huius
plane simile in sui ipsius laudatione: sed Syrus est &
fallax & nugator & dissimulator.

SYRVS, DEMEA.

Eiusdem generis.

Omnem rem modo seni,
Quo pacto haberet, enarramus ordine.
Nil quidquam uidi letius. De. pro Iupiter,
Hominis stultitiam. Sy. collaudauit filium:
Mibi, qui dedissem consilium, egit gratias.
De. Disrumpor. Sy. argentum adnumerauit illico:
Dedit praeterea in sumptum dimidium minae:
Id distributum sane est ex sententia. De. hem,
Huic mandes, si quid recte curatum uelis.
Sy. Hem Demea, haud aspexeram te: quid agitur?
De. Quid agatur? uostram nequeo mirari satis
Rationem. Sy. est hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Absurda. pisces ceteros purga Dromo:
Congrum istum maxumum in aqua finito ludere
Paulisper: ubi ego uenero, exossabitur:
Prius nolo. De. haecine flagitia? Sy. mihi quidem non
placent:
Et clamo saepe. salsamenta haec Stephanio
Fac macerentur pulchre. De. diu uostram fidem,

VIRIUS

Utrum studio ne id sibi habet, an laudi putat
 Fore, si perdiderit gnatum? u. e. misero mihi,
 Videre uideor iam diem illum, cum hinc egens
 Profugiet aliquo militatum. Sy. o Demea,
 Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est,
 Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt,
 Prospicere. De. quid? istæc iam penes uos psaltria est?
 Sy. Ellam intus. De. eho, an domi est habiturus? Sy.
 credo, ut est

Dementia. De. hæccine fieri flagitia? Sy. inepta lenitas

Patris, & facilitas praua. De. fratris me quidem
 Pudet, pigetq;. Sy. nimium inter uos Demea, ac
 Non, quia ades præsens, dico hoc, pernimum interest
 Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
 Ille futili, somnium. sineres uero illum tuum
 Facere hæc? De. sinerem illum? aut non sex totis mensibus

Prius olfecissem, quàm ille quidquam cœperet?
 Sy. Vigilantiam tuam tu mihi narras? De. sic fiet
 Modo, ut nunc est. Sy. ut quisque suum uolt esse, ita
 est.

De. Quid eum? uidistin' hodie? Sy. tuum ne filium?
 (Abigam hunc rus) iam dudum aliquid ruri agere arbitror.

De. Sati scis ibi eum esse? Sy. oh, qui egomet produxi
 De. optume est.

Metui, ne hæreret hic, Sy. atque iratum admodum.

De.

De. Quid autem? Sy. adortus iurgio fratrem apud so-
rum

De psaltria istac. De. ain' uero? Sy. uah, nil reticuit:

Nam, ut numerabatur forte argentum, interuenit

Homo de improviso, cœpit clamare, Aeschine

Hæcine flagitia facere te? hæc te admittere

Indigna genere nostro? De. oh, lacrumo gaudio.

Sy. Non tu hoc argentum perdis, sed uitam tuam.

De. Saluos sit. spero, est similis maiorum suum. S. hui.

De. Syre, præceptorum plenus istorum ille. Sy. phi,

Domi habuit, unde disceret. De. fit sedulo:

Nil prætermitto: consuefacio: denique

Inspicere, tanquam in speculum, in uitas omnium

Iubeo, atque ex alijs sumere exemplum sibi.

Hoc facito. Sy. recte sane. De. hoc fugito. Sy. callide.

De. Hoc laudi est. Sy. istæc res est. De. hoc uitio datur

S. Probissime. D. porro autem. Sy. non hercle otium est

Nunc mihi auscultandi: pisces ex sententia

Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est:

Nam id nobis tam flagitium est, quam illa Demea

Non facere uobis, quæ modo dixti: & quod queo,

Conseruis ad eundem istunc præcipio modum.

Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum:

Illud recte, iterum sic memento: sedulo

Moneo, quæ possum pro mea sapientia:

Postremo, tanquam in speculum, in patinas Demea

Inspicere iubeo, & moneo quid facto usu sit.

Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio:

Verum

Verum quid facias? ut homo est, ita morem geras.
 Nunquid uis? De. mentem uobis meliorem dari.
 S. Tu rus abis hinc? D. recte. S. nam quid tu hic agas,
 Vbi, si quid bene præcipias, nemo obtemperat?
 De. Ego uero hinc abeo, quando is, quamobrem huc
 ueneram,

Rus abiit: illum curo unum: ille ad me attinet:
 Quando ita uolt frater, de istoc ipse uiderit.
 Sed quis illic est, procul quē uideo? est ne hic Hegio
 Tribulis noster? si satis cerno, hercle is est.
 Uah, homo amicu' nobis iam inde à puero. dii boni,
 Ne illiusmodi iam magna nobis ciuium
 Penuria est. antiqua homo uirtute, ac fide.
 Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.
 Quam gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias
 Restare uideo. uah, uiuere etiam nunc lubet.
 Opperiar hominem hic, ut salutem, & conloquar.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Serui hostes sunt, maxime quando Gnathones esse incipiunt.
- 2 Serui prudentiores fere heris suis finguntur.
- 3 Laudati uel à Gnathonibus mire sibi placent.
- 4 Seruorum edacium animus est in patinis.

ACTVS TERTII SCENAE V
PERIOCHA.

Indicatum sibi factum Aeschini Hegio ad patrem
 illius Demeam defert, cum graui querela & postula
 tione

stone. Et est insertum pathos parturientis muliercula
le. Ethos Hegionis rectum ac honestum: Demeæ per
culsum. Exemplum in hac scena frustrationis quoti
dianæ. Nam Demea qui restitisset in cupiditate iu
cundi colloquij, quàm fallitur opinione sua, cū maxi
ma tristitia illi offeratur.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA

Eiusdem generis.

PRO dij immortales, facinus indignum. Geta
Quid narras? Ge. sic est factum. He. ex illam
familia

Tam illiberale facinus esse ortum? o Aeschine
Pol haud paternum istuc dedisti. De. uidelicet
De psaltria hac audiuit: id illi nunc dolet
Alieno: pater is nihili pendit: hei mihi,
Vtinam hic prope adesset alicubi, atque audiret hæc.
He. Ni facient quæ illos æquom est, haud sic auferent
Ge. In te spes omnis Hegio nobis sita est:
Te solum habemus: tu es patronus, tu parens:
Ille tibi moriens nos commendauit senex.
Si deseris tu, perijmus. He. caue dixeris:
Nec faciam, neque me satis pie posse arbitror.
De. Adibo. saluere Hegionem plurimum
iubeo. He. te quærebam ipsum, salue Demea.
De. Quid autem? He. maior filius tuus Aeschinus,
Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni,
Neque liberalis functus officium uiri est.

De.

De. Quid istuc? He. nostrum amicum noras Simulum,
atque

Acqualem? De. quid ni? He. filiam eius uirginem
Vitauit. De. hem. He. mane, nondum audisti Demea.
Quod est grauißimum. De. an quidquam est etiam
amplius?

He. Vero amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo
modo est:

Persuasit nox, amor, uinum, adolescentia:

Humanum est. ubi scit factum, ad matrem uirginis

Venit ipse ultro, lacrumans, orans, obsecrans,

Fidem dans, iurans se illam ducturum domum.

Ignotum est, tacitum est, creditum est. uirgo ex eo

Compressu grauida facta est: mensi hic decimus est:

Ille bonus uir nobis psaltriam, si dijs placet,

Parauit, quicum uiuat, illam deserat.

De. Pro certon' tu istæc dicis? He. mater uirginis

In medio est, ipsa uirgo, res ipsa: hic Geta

Præterea, ut captus est seruolorum, non malus,

Neque iners, alit illas, solus omnem familiam

Sustentat: hunc abduce, uinci: quære rem.

Ge. Imo hercle extorque, nisi ita factum est Demea:

Postremo non negabit coram ipso: cedo.

De. Pudet: nec, quid agam, neque quid huic respon-
deam,

Scio. Pam. miseram me, differor doloribus.

Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. He. hem.

Numnã illa quæso parturit? G. certe Hegio. He. hem,
illæ

illec fidem nunc uostram implorat Demea:
 Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret.
 Hæc primum ut fiant, deos quaeso, ut uobis decet.
 Sin aliter animus uoster est, ego Demea
 Summa ui defendam hanc atque illum mortuum.
 Cognatus mihi erat: una à pueris paruoli
 Sumus e ducti: una semper militia, & domi
 Fuimus: paupertatem una pertulimus grauem.
 Quapropter nitar, faciam, experiar, denique
 Animam relinquam potius, quàm illas deseram.
 Quid mihi respondes? De. fratrem cõueniam Hegio:
 Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
 He. Sed Demea hoc tu facito cum animo cogites,
 Quàm uos facillime agitis, quàm estis maxume
 Potentes, dites, fortunati, nobiles,
 Tam maxume uos æquo animo æqua noscere
 Oportet, si uos uoltis perhiberi probos.
 De. Redito: fient, quæ fieri æquom est, omnia.
 He. Decet te facere: Geta duc me intro ad Sostratam.
 De. Non me indicente hæc fiunt: utinã hoc sit modo
 Defunctum: uerum nimia illæc licentia
 Profecto euadet in aliquod magnum malum.
 Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum hæc euomam.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Errantes multis doloribus afficiuntur.
- 2 Fidi & sinceri patroni hic est exemplum.
- 3 Amicorum equalium mutua debet esse opera, etiam post alterutrius mortem.

Q

Actus

ACTVS TERTII SCENAE VI

PERIOCHA I. C.

Hegio Sostratam consolatur & dilemmate consilium suum concludit.

HEGIO.

Senarij iambici.

Bono animo fac sis Sostrata, & istam, quod potes,

Fac consolere. ego Mitionem, si apud forum est,
Conueniam, atque, ut res gesta est, narrabo ordine.
Si est, ut facturus officium siet suum,
Faciatur: sin aliter de hac re eius sententia est;
Respondeat mi, ut, quid agam, quàm primum sciam.

ACTVS QVARTI SCENAE I

PERIOCHA.

Haec sunt preparationes sequentium: & assumpta ad illorum explicationem tantum. Adolescentis ethos timidum.

CTESIPHO, SYRVS.

Iambici octonarij, & unus quaternarius.

AIn patrem hinc abiisse rus? Sy. iam dudum.
Ct. dic fodes. Sy. apud
Villam est. nunc cum maxime operis aliquid facere
credo. Ct. utinam quidem.
Quod cum salute eiu' fiat, ita se defatigarit uelim,
Ut triduo hoc perpetuo è lecto prorsus nequeat sur-
gers.

Sy. Ita

Sy. Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius. Ct. ita;
nam hunc diem

Misere nimis perpetuum, ut cœpi, cupio in lætitia de
gere.

Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia
Prope est: quòd si abesset longius,

Prius nox oppressisset illic, quam huc reuerti posse
iterum.

Nũc, ubi me illic nõ uidebit, iã huc recurret, sat scio:
Rogabit me, ubi fuerim: quem ego hodie toto non ui-
di die.

Quid dicam? Sy. nihil ne in mente est? Ct. nunquam
quidquam. Sy. tanto nequior.

Cliens, amicus, hospes nemo est uobis? Ct. sunt: quid
postea?

Sy. Hisce opera ut data sit. Ct. quæ non data sit? non
potest fieri. Sy. potest.

Ct. Interdiu: sed si hic pernocto, causæ qd dicã Syre?

Sy. Vah, quam uellem etiam noctu amicis operam mos-
esset dari.

Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchre calleo.

Cum feruit maxume, tam placidum, quàm ouem, red-
do. Ct. quo modo?

S. Laudarier te audit libèter: facio te apud illũ deũ:

Virtutes narro. Ct. meas? Sy. tuas. homini illico lacru
me cadunt;

Quasi puero, gaudio. hem tibi autem. Ct. quidnam
est? Sy. lupus in fabula.

Q. 2

Ct. Pater

Ct. Pater ne est? Sy. ipse. Ct. Syre quid agimus? Sy. fuge modo intro: ego uidero.

Ct. Si quid rogabit, nusquam tu me: audistin? S. potius ut desinas?

THESES ETHICAE.

1 *Hic est descriptio integri adolescentis, & boni ingenij.*

2 *Filium non decet neque mentiri, neque patrem fallere.*

3 *Patrum est de filiorum salute sollicitum & anxietatem esse.*

ACTVS QVARTI SCENAE II

PERIOCHA I. C.

Festiuè deluditur à seruo callido ac uersuto, senex minus astutus.

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

Trochaici octonarij.

N*Ae ego homo sum infelix. primum fratrem nusquam inuenio gentium:*

Præterea autem, dum illum quaero, à uilla mercenarium

Vidi: is filium negat esse ruri: nec, quid agam, scio.

C. Syre. S. quid ais? C. men' quaerit? S. uerum. C. perij.

S. quin tu animo bono es.

D. Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere:

Nisi me credo huic esse natum rei, ferendis miserijs.

Primus

Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia:

Primus porro obnuncio: egre solus, si quid fit, fero.

S. Rideo hunc: primum ait se scire: is solus nescit omnia.

D. Nunc redeo: si forte frater redierit, uiso. C. Syre

Obsecro, uide ne ille huc prorsus se irruat. Sy. etiam taces?

Ego cauebo. C. nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi.

Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum est.

S. Age, tamen ego hunc amouebo. D. sed eccum sceleratum Syrum.

S. Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.

Scire equidem uolo, quot mihi sint domini. quæ hæc est miseria? D. quid

ille gannit? quid uolt? quid ais bone uir? hem, est frater domi?

S. Quid, malum, bone uir mihi narras? equidem peri.

D. quid tibi est?

S. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam

vsque occidit. D. hem, quid narras? S. hem, uide ut discidit labrum.

D. Quam ob rem? S. me impulsore hanc emptam esse

ait. D. non tu eum rus hinc modo

Produce aiebas? S. factum: uerum post uenit insaniens:

Nil pepercit. non puduisse uerberare hominem senē,
 Quem ego modo puerum tantillum in manibus gesta
 ui meis?

D. Laudo Ctesipho: patrissas: abi, uirum te iudico.

S. Laudas? ne ille continebit posthac, si sapiet, manus.

D. Fortiter. Sy. perquam, quia miseram mulierem
 me seruolum,

Qui referire non audebam, uicit, hui, per fortiter.

D. Non potuit melius: idem sensit quod ego, te esse
 huic rei caput.

Sed est ne frater intus? S. non est. D. ubi illum quae
 ram, cogito.

S. Scio ubi sit, uerum hodie nunquam monstrabo. D.
 hem quid ais? S. ita.

D. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. S. at no
 men nescio

Illius hominis, sed locum noui ubi sit. D. dic ergo lo
 cum.

S. Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum?

D. quid ni noverim?

S. Praeterito hac recta platea sursum: ubi eò ueneris,
 Cliuos deorsum uorsum est, hac te precipitato. postea
 Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum pro
 pter est.

D. Quonam? S. illic, ubi etiam caprificu' magna est:
 nostin'? D. noui. S. hac pergito.

D. Id quidem angiportum non est peruium. S. uerum
 hercle. uah,

Censen'

Censen' hominem me esse? erravi, in porticum rursus
redi.

Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio.

Scin' Cratini huius ditis aedes? D. scio. S. ubi eas praeterieris,

Ad sinistram hac recta platea; ubi ad Dianæ ueneris,
Ito ad dextram: prius, quàm ad portam uenias, apud
ipsum lacum

Est pistrilla, & ex aduersum est fabrica, ibi est. De
quid ibi facit?

S. Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedie,
Vbi potetis uos. D. sane bene. sed cesso ad eum pergere?

S. I sane: ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicenum.

Aeschinus odiose cessat: prandium corrumpitur:

Ctesipho autem in amore est totus. ego iam prospicere
am mihi:

Nam iam adibo, atque unum quodque, quod quidem
erit bellissimum,

Carpam, & cyathos sorbillans paulatim hunc pro
cam diem.

THESES ETHICAE.

1. Seruorum animus nihil integrum, nihil sanum in se habet.

2. Optimi quiq; à pessimis seruis falluntur.

ACTVS QVARTI SCENAE III

Q 4

Periocha

Senum duorum colloquium. Vterque bonus & officij cultor.

MITIO, HEGIO.

Iambici octonarij.

EGo in hac re nihil reperio, quam ob rem lauder tantopere Hegio.

Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum est, corrigo:

Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant

Sibi fieri iniuriam, ultro si quam fecere ipsi expostules;

Et ultro accusant: id quia non est à me factum, agi gratias?

H. Ah, minime: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.

Sed quaeso, ut una mecum ad matrem uirginis eas Mitio,

Atque istaec eadē, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri, Suspicionem hanc propter fratrem eius esse, & illā psaltriam:

M. Si ita æquom censes, aut si ita opus est factum, eamus. H. bene facis:

Nam & illi animum iam relleuabis, quæ dolore, ac miseria

Tabescit, & tu officio fueris functus. sed si aliter putas,

Ego

Egomet narrabo quæ mihi dixti. M. imo ego ibo. H. benefacis.

Omnes, quibus res sunt minu' secunda, magi' sunt ne scio quo modo

Suspectiosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis: Propter suam impotentiam, se semper credunt negligi.

Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est.

M. Et recte, & uerum dicis. H. sequere me ergo hanc intro. M. maxime.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Boni uiri est suum officium facere, & si quod est peccatum, corrigere.

2 Iniuriosi sepe expostulant, & ultro accusant, ne ipsi accusentur.

3 Auctorum doloris & cruciatus consolatio, presentissimum est remedium.

ACTVS QVARTI SCENAE IIII

PERIOCHA.

Querela Aeschini & parasceue sequentiũ. Ethos resipiscens & pœnitens.

AESCHINVS.

Trochaici & Iambici octonarij: Trochaicus unus, quaternarius abundans syllaba.

Discrucior animi, hoccine de improviso mali mihi obijci

Q 5 Tars

Tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid
agam, certum fiet?

Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit
pectore

Consistere nihil consilij quicquam potest. uah quo
modo

Me ex hac turba expediam? tanta nunc suspectio de
me incidit,

Neque ea immerito. Sostrata credit, mihi me emisse
hanc psaltriam:

Anus indicium id fecit mihi.

Nam ut hinc forte ea ad obstetricem missa erat, ubi
eam uidi, illico

Accedo, rogit, Pamphila quid agat, iam partus ad-
siet:

Eo ne obstetricem accersat. illa exclamat, abi, abi, iam
Aeschine

Sati' diu uerba dedisti: satis ad hoc tua nos frustrata
est fides.

Hem, quid istuc obsecro inquam est? ualeas, habeas il-
lam quae placet.

Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi tamen,

Ne quid de fratre garrule illi dicerem, ac fieret palam

Nunc quid faciam? dicam ne fratris esse hanc? quod
minime est opus

Usquam efferrī. age, omitto: fieri potis est, uti ne qua
exeat.

Ipsum id meo uti credat: tot conciarunt uerisimilia:
Egomet

Egomet rapui: ipse egomet solui argentum: ad me abducta est domum.

Hec adeo mea culpa fateor fieri. nō me hanc rem patri, ut ut

Erat gesta, indicasse: exorasssem ut eam ducerem domum.

Cessatum est usque adhuc: nunc iam porro Aeschine expergiscere:

Nunc hoc primum est: ad illas ibo, ut purgem me: accedam ad fores:

Perij, horresco semper, ubi pultare hasce occipio fores miser.

Heus, heus: Aeschinus ego sum, aperite aliquis actutum ostium.

Prodit nescio quis, concedam huc.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Mulieribus nihil arcani credendum est, cum sint futiles & garrulae.

2 Amatores sunt meticulosi, male sibi conscij, attemen propter vim amoris audaces.

ACTVS QVARTI SCENAE VI

PERIOCHA I. C.

Reducitur ad nouum iurgium etiam inani ambulatione irritatus Demea.

MITIO, AESCHINVS

Troce

Trochaici octonarij: Iambici senarij & octonarij.

Ita ut dixi Sostrata

Ifacite: ego Aeschinum conueniam, ut, quo modo
aëta hæc sint, sciat.

Sed quis ostium hoc pultauit? Ae. pater hercle est:
perij. Mi. Aeschine.

Ae. Quid huic hic negoti est? M. tu ne has pepulisti
fores? tacet.

Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est:

Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse uoluit crea
dere.

Nil mihi respondes? Ae. non equidem istas, quod sciã.

M. Ita? nam mirabar quid hic negoti esset tibi.

Erubuit: salua res est. Ae. dic sodes pater,

Tibi uero quid istic est rei? M. nihil mihi quidem.

Amicus quidam me à foro abduxit modo

Huc aduocatum sibi. Ae. quid? M. ego dicam tibi.

Habitant hic quaedam mulieres pauperculae:

Opinor eas non nosse te, & certo scio:

Neque enim diu huc commigrarunt. Ae. quid tum
postea?

M. Virgo est cum matre. Ae. perge. M. hæc uirgo or
ba est patre:

Hic meus amicus illi genere est proximus:

Huic leges cogunt nubere hanc. Ae. perij. M. quid est?

Ae. Nil: recte: perge. M. is uenit, ut secum auehat:

Nam habitat Miletu, Aes. hem, uirginem ut secum
auehat?

M. Sic

M. Sic est. Ae. Miletum usque obsecro? M. ita. Ae.
animo male est.

Quid ipsæ? quid aiunt? Mi. quid istas censes? nihil
enim.

Commenta mater est, esse ex alio uiro

Nescio quo puerum natum, neque eum nominat:

Priorem esse illum, non oportere huic dari.

Ae. Eho non ne hæc iusta tibi uidentur postea?

M. Non. Ae. obsecro nõ? an illam hinc abducet pater?

M. Quid ni illam abducat? Ae. factum à uobis duri-
ter,

Immisericorditerq; atque etiam, si est pater

Dicendum magis aperte, inliberaliter.

M. Quam ob rem? Ae. rogas me? quid illi tandem cre-
ditis

Fore animi misero, qui illi consuevit prius,

(Qui infelix, haud scio, an illam misere nunc amat)

Cum hanc sibi uidebit præsens præsentem eripi,

Abduci ab oculis? facinus indignum pater.

M. Quæ ratione istuc? quis despondit? quis dedit?

cui, quando nupsit? auctor his rebus quis est?

Cur duxit alienam? Ae. an sedere oportuit

Domi uirginem tam grandem, dum cognatus hic

Illinc ueniret expectantem? hæc mi pater

Te dicere æquom fuit, & id defendere.

M. Ridicule, aduersum ne illum causam dicerem,

Cui ueneram aduocatus? sed quid Aeschine

Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est?

Quid

Quid lacrimas? Ae. pater obsecro, ausculta. M. Aea
schine audiui omnia,

Et scio: nam amo te: quo magis, quæ agi, curæ sunt
mihi.

Ae. Ita uelim me promerentem ames, dum uiuas, mi
pater,

Vt me hoc delictum admisisse in me id mihi uehemen
ter dolet,

Et me tui pudet. M. credo hercle: nam ingenium noui
tuum

Liberale: sed uereor ne indiligens nimium sies.

In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?

Virginem uitiaſti, quam te ius non fuerat tangere.

Iam id peccatum primum magnum, magnum, at huius
manum tamen.

Fecere alij sæpe, item boni. at postquam euenit, cedo,

Nanquid circumſpexti? aut nunquid tute proſpexti
tibi,

Quid fieret? quæ fieret? si te ipsum mihi puduit dicere

Qua resciscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt
decem.

Prodidiſti & te, & illam miseram, & gnatum, quod
quidem in te fuit.

Quid? credebas, dormienti hæc tibi cōfecturos deos?

Et sine tua opera illam in cubiculum iri deductum
domum?

Nolim ceterarum rerum te ſocordem eodem modo.

Bono animo es, duces uxorem hanc. Ae. hem. M. bono
animo

animo es, inquam. Ae. pater

Obsecro num ludis tu nunc me? Mi. ego te? quamobrem?
Ae. nescio.

Nisi quia tam misere hoc esse cupio uerum, eo uerco
magis.

Mi. Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem ac-
cessas: abi.

Ae. Quid? iam ne uxorem? Mi. iam. Ae. iam? Mi. iam
quantum pote. Ae. di me pater

Omnes oderint, ni magi' te, quã oculos nũc amo meos.

Mi. Quid? quã illam? Ae. æque. Mi. perbenigne. Ae.
quid? ille ubi est Milesius?

Mi. Abijt, perijt, nauem ascendit? sed cur cessas? Ae.
abi pater:

Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certe scio,
Quo uir melior multo es quã ego sum, obtempera-
turos magis.

Mi. Ego eo intro, ut, quæ opu' sunt, parentur: fac tu,
ut dixi, si sapis.

Ae. Quid hoc negoti? hoc est patrem esse, aut hoc
est filium esse?

Si frater, aut sodalis esset, qui magi' morem gereret?

Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est?
hem,

Itaque adeo magnam mi iniecit sua commoditate cu-
ram,

Ne forte imprudens faciam, quod nolit: sciens cauebo

sed cesso ire intro, ne moram eis nuptijs egomet sim?

Theses

- 1 Conscij sibi male, tacent: & hinc nata est regula de eiusmodi coniectura, Qui tacet consentire videtur. Ratio fere eius est ex mala conscientia parum sibi constante.
- 2 Ex castigatis & erubescensibus spes aliqua concipitur, sicut & antea dixit, Erubuit, salua res est.
- 3 In nuptijs requiruntur sponsalia per mutuum datoris & auctoris consensum.
- 4 Virgo nubilis non diu sponsum expectet.
- 5 Deus laborantes fortunat, eorumq; consilia conatusq; secundat.
- 6 In nuptijs futuris Deus comprecandus est.

ACTVS QVARTI SCENAE VI

PERIOCHA.

Reducitur ad nouum iurgium etiam inani ambulatione irritatus Demea.

DEMEA.

Iambici senarij.

DEfessus sum ambulando. ut Syre te cum tua
 Monstratione magnus perdat Iupiter.
 Perreptaui usque omne oppidum ad portam, & lacum,
 Quò non? neque fabrica ulla erat, neque fratrem homo
 Vidisse aiebat quisquam. nunc uero domi
 Certum obsidere est usque, donec redierit.

Theses

sententia

Judico, Syrum fieri æquom liberum. Mi. istunc libe-
rum?

Quodnam ob factum? D. multa. S. o noster Demea,
epol uir bonu es:

Ego istos uobis usque à pueris curavi ambos sedulo,
Docui, monui, bene præcepi semper quæ potui omnia.

D. Res apparet, & quidem hæc porro, obsonare, cum
fide

Scortum adducere, apparare de die conuiuium:

Non mediocris hominis hæc sunt officia. S. o lepidum
caput.

D. Postremo hodie in psaltria ista emunda hic adiu-
tor fuit,

Hic curauit: prodesse æquom est: alij meliores erunt:

Denique hic uolt fieri. M. uin' tu hoc fieri? Ae. cupio.

M. si quidem

Tu uis, Syre eho accede huc ad me, liber esto. S. bene
facis:

Omnibu' gratiam habeo, & seorsum tibi præterea
Demea.

D. Gaudeo. Ae. & ego. S. credo: utinam hoc perpetuo
um fiat gaudium, ut

Phrygiam uxorem meam una mecū uideam liberam.

D. optumam

Mulierem quidē. S. & quidem nepoti tuo huius filio

Hodie primam mammam dedit hæc. D. hercle uero
serio,

S Siquit

Siquidem prima dedit, haud dubium quin emitti
quom fiet.

M. Ob eam rem? D. ob eam: postremo à me argentum,
quanti est, sumito.

S. Dij tibi Demea omnes semper omnia optata adfe-
rant.

M. Syre, processisti hodie pulchre. D. siquidem porro
Mitio

Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paulum
præ manu

Dederis, unde utatur. reddet tibi cito. M. istoc uilius.

Ae. Frugi homo est. S. reddam hercle. da modo. Ae.
age pater. M. post consulam.

D. Faciet. S. o uir optime. Ae. o pater mi festiuissime

M. Quid istuc? quæ res tam repente mores mutauit
tuos?

Quod proluuium? quæ istæc subita est largitas? D.
dicam tibi.

Vt id ostenderem, quòd te isti facilem, & festiuum
putant.

Id non fieri ex uera uita. neque adeo ex æquo & bo-
no,

Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo Mitio.

Nunc adeo si ob eam rem uobis mea uita inuisa est
Aeschine,

Quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obse-
quor:

Missæ facio, effundite, emite, facite quod uobis lubet.
Sed

Sed si id uoltis potius, quæ uos propter adolescentiã
Minu' uidetis, magis impense cupitis, consulitis parũ,
Hec reprehendere, & corrigere me; obsecundare in
loco:

Ecce me, qui id faciam uobis. Ae. tibi pater permittis
mus:

Plus scis, quid facto opus est. sed de fratre quid fiet?
D. sino

Habeat. finem in istac faciat. M. istuc recte. Plaudite.

THESES ETHICAE.

- 1 Dignus est seruus mercede sua, id est libertate,
quam probe meritus est.
- 2 Seruorum opera est uaria: itaq; non semper lau-
dabilis.
- 3 Recte faciunt mariti liberi, ut suæ uxores quoq;
sint tales.
- 4 Nutricia debentur obstetricibus & alumnis.
- 5 Subita morum mutatio est suspecta.
- 6 Studia adolescentum non semper sunt optima, ut
qui sibi parum consulere possunt.

FINIS ADELPHORVM.

Hecyram in suum, id est, in ultimum locum
reiecimus.

265 PHORMIO TERENTII
ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTUMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA, AEDIL. CVR. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII, TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA APOLLODORV. EPIDICAZOMENOS. FACTA IIII, C. FANNIO, M. VALERIO COS.

PERSONAE.

PHORMIO	<i>parasitus.</i>
DEMIPHO	<i>senex</i>
ANTIPHO	<i>adolescens.</i>
GETA	<i>seruus.</i>
DORIO	<i>leno.</i>
CHEMES	<i>senex.</i>
PHAEDRIA	<i>adolescens.</i>
DAVVS	<i>seruus.</i>
SOPHRONA	<i>nutrix.</i>
NAVSISTRATA	<i>matrona.</i>
HEGIO	
CRATINVS	<i>aduocati.</i>
CRITO	

C. SVL

C. SVLPICII APOLLINARIS
PERIOCHA.

CHremetis frater aberat peregre Demipho
Relicto Athenis Antiphone filio.

Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam,
Athenis aliam coniugem, & amantem unice

Gnatum fidicinam. mater e Lemno aduenit

Athenas: moritur: uirgo sola (aberat Chremes)

Funus procurat. ibi eam uisam Antipho

Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.

Pater, & Chremes reuersi fremere: dein minas

Triginta dant parasito, ut illam coniugem

Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina.

Uxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

PROLOGVS.

Est mixtus: continet re criminationem defensio-
nem & petitionem.

Nostquam poeta uetus poetam non potest
Retrahere a studio, & transdere hominem
in otium,

Maledictis deterrere, ne scribat, parat:

Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,

Tenui esse oratione, & scriptura leui,

Quia nusquam scripsit insanum adolescentulum

Ceruam uidere fugere, & sectari canes,

Et eam plorare, orare ut subueniat sibi.
 Quòd si intellegeret, olim cum stetit noua,
 Actoris opera magis stetisse, quam sua:
 Minu' multo audaciter, quam lædit, læderet;
 Et magi' placerent, quas fecisset fabulas.
 Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,
 Vetu' si poeta non laceßisset prior,
 Nullum inuenire prologum potuisset nouus
 Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret:
 Is sibi responsum hoc habeat; in medio omnibus
 Palmam esse positam, qui artem tractant musicam:
 Ille ad famem hunc ab studio studuit reicere:
 Hic respondere uoluit, non laceßere.
 Benedictis; si certasset, audisset bene:
 Quod ab ipso allatum est, sibi esse id rellatum putet.
 De illo iam finem faciam dicundi mihi,
 Peccandi cum ipse de se finem non facit.
 Nunc quid uelim, animum attendite. apporto nouam
 Epidicazomenon quam uocant comœdiam
 Græci, Latini Phormionem nominant;
 Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
 Parasitus, per quem res agetur maxume.
 Voluntas uostra si ad poetam accesserit,
 Date operam, adeste æquo animo per silentium;
 Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus,
 Cum per tumultum noster grex motus loco est:
 Quem actoris uirtus nobis restituit locum,
 Bonitasq; uostra adiutans, atque æquanimitas.

Actus

TERENTII. 268
ACTVS PRIMI SCENAE I
PERIOCHA I. C.

Parasceue occasionis qua exponatur fabulae argu-
mentum: ad quam accersita fuit persona Davi. Davi
persona querula.

DAVVS.

Iambici senarij.



Micus summus meus, & popularis
Geta (cula
Here ad me uenit: erat ei de ratiun
Iam pridem apud me relliquis pau
xillulum

Nummorum: id ut conficerem. confeci: affero.

Nam herilem filium eius duxisse audio

Vxorem. ei credo munus hoc conraditur.

Quam inique comparatum est, ij qui minus habent,

Vt semper aliquid addant diuitioribus.

Quod ile unciatim uix demenso de suo,

Suum defrudans genium, comparsit miser,

Id ila uniuersum abripiet, haud existumans

Quanto labore partum. porro autem Geta

Ferietur alio munere, ubi hera pepererit:

Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies,

Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet:

Puer causa erit mittundi. sed uideon' Getam?

THESES ETHICAE I. VV.

i. Vel tenuioris fortunæ homines ditioribus donant
& frequentius,

S 4

Frugis

- 2 Frugalitas seruilis in Geta depingitur.
- 3 Nuptia, puerperia, initiationes puerorum etiam seruos exhauriunt, & cuncta abripiunt.
- 4 Peculium multis largitionibus exhauritur.

ACTVS PRIMIS SCENAE II

PERIOCHA.

Expositio argumenti. Vtriusq; serui persona lenior & inanior.

GETA, DAUVS.

Eiusdem generis.

SI quis me quaeret rufus. D. praesto est, desine. G.
oh,

At ego obuiam conabar tibi Daue. D. accipe, hem:

LECTUM EST, conueniet numerus, quantum debui.

G. Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.

D. Praesertim ut nunc sunt mores: adeo res redit:

Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.

Sed quid tu es tristis? G. ego ne? nescis quo in metu, &

Quanto in periculo sim. D. quid istuc est? G. scies,

Modo ut tacere possis. D. abi sis insciens:

Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,

Verere ei uerba credere? ubi quid mihi lucri est

Te fallere? G. ergo ausculta. D. hanc operam tibi dico.

G. Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem

Nostin? D. quid ni? Get. quid? eius gnatum Phaedriam?

D. Tars

D. Tanquam te. G. euenit, senibus ambobus simul,
 Iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam
 Ad hospitem antiquom:is senem per epistolas
 Pellexit, modo non monteis auri pollicens.

D. Cui tanta erat res, & supererat? G. desinas:
 Sic est ingenium. D. oh, regem me esse oportuit.

G. Abeuntes ambo hinc tum senes me filijs
 Relinquit quasi magistrum. D. o Geta, prouinciam
 Cepisti duram. G. mihi usu uenit hoc, scio:
 Memini relinqui me deo irato meo.

Cœpi aduorsari primo: quid uerbis opu' st?
 Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.

D. Venere in mentem istæc mihi: nam quæ inscitia est,
 Aduorsum stimulum calces? G. cœpi his omnia
 Facere, obsequi quæ uellent. D. scisti uti foro.

G. Noster mali nil quidquam primo: hic Phædria
 Continuo quandam nactus est puellulam
 Citharistriam: hanc amare cœpit perditæ.

Ea seruiebat lenoni impurissimo:

Neque, quod daretur quidquam: id curarant patres.

Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
 Sectari, in ludum ducere, & reducere:

Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.

In quo hæc discebat ludo, exaduorsum ei loco

Tonstrina erat quædam: hic solebamus fere

Plerunque eam opperiri, dum inde iret domum.

Interea dum sedemus illi, interuenit

Adolescens quidam lacrumans. nos mirarier:

S

S

Rogamus

Rogamus, quid sit: nunquam æque (inquit) ac modo
 Paupertas mihi onus uisum est & miserum, & graue
 Modo quandam uidi uirginem hic uiciniae
 Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
 Ea sita erat ex aduerso: neque illi beneuolens,
 Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
 Quisquam aderat, qui adiutaret funus. miseritum est.
 Virgo ipsa facie egregia. quid uerbis opu' st?
 Commorat omnes nos: ibi continuo Antipho,
 Voltis ne eamus uisere? alius, censeo,
 Eamus, duc nos sodes: imus, uenimus,
 Videmus: uirgo pulchra: & quo magi' diceres,
 Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
 Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:
 Lacrumæ, uestitus turpis, ut, ni uis boni
 In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.
 Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo,
 Satis, inquit, scita est: noster uero. Da. iam scio:
 Amare cœpit. Ge. scin quam? quò euadat, uide:
 Postridie ad anum recta pergit: obsecrat,
 Ut sibi eius faciat copiam. illa enim se negat:
 Neque eum æquom ait facere: illam ciuem esse Attia
 cam,
 Bonam, bonis prognatam: si uxorem uelit,
 Lege id licere facere: sin aliter, negat.
 Noster, quid ageret, nescire: & illam ducere
 Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
 Da. Non, si rediisset, ei pater ueniam daret?

Et.

Ge. Ille ne indotam uirginem, atque ignobilem
 Daret illi: nunquam faceret. D. quid fit denique?
 Ge. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
 Homo confidens: qui illum diu omnes perduint.
 Da. Quid is fecit? Ge. hoc consilium, quod dicā, dedi
 Lex est, ut orba, qui sint genere proximi,
 iis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
 Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:
 Paternum amicum me assimilabo uirginis:
 Ad iudices ueniamus: qui fuerit pater,
 Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
 Confingam: quod erit mihi bonum, atque commodum.
 Cum tu horum nihil refelles, uincam scilicet.
 Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?
 Illa quidem nostra erit. Da. iocularem audaciam.
 G. Persuasit homini: factum est: uentum est: uincimur:
 Duxit. D. quid narras? G. hoc, quod audis. D. o Geta,
 Quid te futurum est? G. nescio hercle: unum hoc scio:
 Quod fors feret, feremus æquo animo. Da. placet:
 Hem istuc uiri est officiū. G. in me omnis spes mihi est
 Da. Laudo. Ge. ad precatorem abeam credo, qui mihi
 Sic oret: nunc amitte quæso hunc, ceterum
 Posthac si quidquam, nihil precor. tantummodo
 Non addas: ubi ego hinc abiero, uel occidito.
 Da. Quid ille pædagogus, qui citharistram?
 Quid rei gerit? Ge. sic, tenuiter. Da. non multum hæc
 bet
 Quod det fortasse. Ge. imo nihil, nisi spem meram.

Da. Pater eius redijt, an non? Ge. nondum. Da. quid
senem

Quoad expectatis uostrum? G. non certum scio:
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo, &
Ad portitores esse delatam: hanc petam.

Da. Nunquid Geta aliud me uis? Ge. ut bene sit tibi.
Puer heus. nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Peruersum seculum quo soluenti debitum agende
sunt gratiae.
- 2 Multa incommoda accidunt domi, ubi domini pe
regre absunt.
- 3 Improbus magister, improbus discipulus. Qualis
rex, talis populus.
- 4 Aduersus stimulum calcitrare, difficile est, & in
scitia.
- 5 Indulgentia corrumpit discipulos.
- 6 Spectando puellam magis ardescit amator.
- 7 Paupertas multis praesertim amatoribus onus gra
ue est.
- 8 Lex Attica honestatem matrimonij in puellis ho
nestis & generosis exigebat.
- 9 Consensus patris in matrimonio requiritur.
- 10 Phormiones nihil non sui uentris causa agunt.
- 11 Quod fors fert ferendum aequo animo.

ACTVS PRIMI SCENAE III

PER LOCHA I. C.

Valde

Valde ethicum colloquium adolescentum duum.
deplorantium suas fortunas. Phædria amore ardet. In
Antiphone immodica cupiditas aliquātulum resedit.
& incipit apparere atq; mouere animum pericu-
lum.

ANTIPHO, PHÆDRIA.

Trochaici & Iambici octonarij & unus quaternas
rius.

A Deon' rem rediisse, ut, qui mihi consultum esse
optume uelit,
Phædria, patrem extimescam, ubi in mentem eius ad-
uenti uenit?

Quòd ni fuisset incogitans, ita eum expectarem, ut
par fuit.

Ph. Quid istuc est? An. rogitas? qui tam audacis fac-
cinoris mihi conscius

Sis? quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem
incidisset,

Neu me cupidum eò impulisset, quod mihi principi-
um est mali.

Non potitus essem: fuisset tū mihi illos ægre aliquot
dies:

At non quotidiana cura hæc angeret animum. Phæ.
audio.

An. Dum expecto quàm mox ueniat, qui adimat hanc
mihi consuetudinem.

Ph. Alijs

Ph. Alijs, quia defit quod amant, egre est; tibi, quia superest, dolet.

Amore abundas Antipho.

Nam tua quidem hercle certe uita hæc expetenda optandaq; est.

Ita me dij bene ament; ut mihi liceat tam diu, quod amo, frui,

Iam depacisci mortem cupio. tu conijcito cetera,

Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:

Vt ne addam, quòd sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es:

Quòd habes, ita ut uoluisti, uxorem, sine mala fama: palam

Beatus, ni unum hoc defit, aninius qui modeste istac ferat.

Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias.

Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitent.

An. At tu mihi contra nunc uidere fortunatus Phœdria,

Cui de integro est potestas etiã consulendi, quid uelis

Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum,

Vt neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.

Sed hoc quid est? uideon' ego aduenire huc currentem Getam?

TERENTII.

276 287

Is ipse est. Ge. timeo miser, quam nunc mihi hic reman-
nunciet.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Temerarium inceptum auctorem tristitia afficit.
- 2 Prudentis est prospicere quæ nam futura sint.
- 3 Cupidi facile per alios compelli possunt.
- 4 Tolerabilior est molestia aliquot dierum, quam quotidiana & perpetua.
- 5 Amatores sunt fastidiosi: mox enim res petitas dum habent, fastidiunt.
- 6 Vxor sit liberalis, ingenua, sine mala fama.
- 7 Sera est pœnitentia post factum.

ACTVS PRIMÆ SCENÆ IIII

PERIOCHA.

Trepidum nuntium aduentus senis. discessio per-
terrefacti adolescētis. deliberatio subita serui. Huius
persona est non incogitans & sat callida: Antiphonis
timida & deiecta: Phædræ confidentior.

GETA, ANTIPHO, PHAEDRIA.

Octonarij trochaici iambiciq;: Senarij iambici, &
unus quaternarius cum senario hypercatalectico.

Nullus es Geta, nisi aliquod iam tibi cōsiliū
celere repereris:

Ita subito nunc imparatum tanta te impendent mala:
Quæ neque uti deuitem scio, neque quo modo me in-
de extraham:

Nam

Nam non potest celari nostra diutius iam audacia:
 Que si non astu prouidentur, me aut herum pessima
 dabunt.

An. Quidnam ille commotus uenit? Ge. tum, tempo-
 ris punctum mihi

Ad hanc rem est: herus adest. An. quid istuc est mali?
 Ge. Quod cum audierit, quod eius remedium inueni-
 am iracundiæ?

Loquar ne? incendam. taceam? instigem. purgem me?
 laterem lauem.

Eheu me miserum: cum mihi paueo, tum Antipho me
 excruciat animi:

Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet:
 nam absque eo

Esset, recte ego mihi uidissem, & senis essem ultus
 iracundiam.

Aliquid conuasassem, atque hinc me conijcerem pro-
 tinam in pedes.

An. Quam hic fugam, aut furtum parat?

Ge. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua querere
 insistam uia?

Ph. Te nominat. An. nescio quod magnum hoc nun-
 cio expecto malum.

Ph. Ah, sanu' ne es?

Ge. Domum ire pergam: ibi plurimum est. Ph. reuo-
 cemus hominem. AN. sta illico. Ge. hem,

Satis pro imperio, quisquis es. AN. Geta. Ge. ipse est,
 quem uolui obuiam.

An.

TERENTII.

246

257

THESES ETHICAE I. VV.

i Magna est sollicitudo parentum pro liberorum salute. Illos enim non piget uel senes totam urbem perreptare, ut liberis bene consuleretur & prospiceretur.

ACTVS QVARTI SCENAE VII

PERIOCHA I. C.

Sera obiurgatio Demeæ, & aduersatio fratris, & ad sequentem turbam iracundia Demeæ incitatio reseruatur.

MITIO, DEMEÆ.

Eiusdem generis.

IBo, illis dicam nullam esse in nobis moram.

De. Sed eccum ipsum. te iam dudum quero Mitio.

Mi. Quidnam? **D**e. fero alia flagitia ad te ingentia

Boni illius adolescentis. **M**i. ecce autem. **D**e. noua,

Capitalia. **M**i. ohe, iam. **D**e. nescis qui uir sit. **M**i. scio.

De. Ah stulte, tu de psaltria me somnias

Agere? hoc peccatum est in uirginem ciuem. **M**i. scio.

De. Eho, scis, & patere? **M**i. quid ni patiar? **D**e. dic mihi,

Non clamas? non insanis? **M**i. non. malim quidem.

De. Puer natus est. **M**i. dij bene uortant. **D**e. uirgo nihil habet.

Mi. Audiui. **D**e. & ducenda indotata est? **M**i. scilicet

De. Quid nunc futurum est? **M**i. id enim, quod res ipsa fert:

R

illinc

Illinc huc transferetur uirgo. D. o Iuppiter,
 Istoc cine pacto oportet? Mi. quid faciam amplius?
 De. Quid facias, rogitas? si non re ipsa tibi dolet,
 Simulare certe est hominis. Mi. quin iam uirginem
 Despondi: res composita est: fiunt nuptiæ:
 Dempfi metum omnem: hæc magis sunt hominis. De.
 ceterum

Placet tibi factum Mitio? Mi. non, si queam
 Mutare: nunc, cum non queo, æquo animo fero.
 Ita uita est hominum, quasi, cum ludas tesseri;
 Si illud, quod est maxime opus iactu, non cadit,
 Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
 De. Corrector: nempe tua arte uiginti minæ
 Pro psaltria periere: quæ, quantum potest,
 Aliquò abijcienda est, si non pretio, at gratijs.
 Mi. Neque est, neque illam sane studeo uendere.
 D. Quid igitur facies? M. domi erit. D. pro diuū fidē,
 Meretrix, & mater familias una in domo?
 M. Cur non? De. sanum ne te credis esse? M. equidem
 arbitror.

De. Ita me dii ament, ut uideo ego tuam ineptiam,
 Facturum credo, ut habeas quicum cantites.
 Mi. Cur non? De. & nota nupta eadem hæc discere
 Mi. scilicet.

De. Tu inter eas restim ductans saltabis. Mi. probe:
 Et tu nobiscum una, si opus sit. De. hei mihi,
 Non te hæc pudent? Mi. iam uero omitte Demea
 Tuam istanc iracundiam, atque ita, uti decet,
 Hilarum.

Hilarum, ac lubentem fac te in nati nuptijs.
 Ego hos conueniam, post huc redeo. De. o Iuppiter,
 Hancine uitam? hos cine mores? hanc dementiam?
 Vxor sine dote ueniet: intus psaltria est:
 Domu' sumptuosa: adolescens luxu perditus:
 Senex delirans: ipsa, si cupiat, Salus
 Seruare prorsus non potest hanc familiam.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Morositas etiamsi saepe expostulet, tamen inepta
 & inutilis est.
- 2 Lepidis dictis & facetis, quae turbata sunt mitia
 gantur.
- 3 In necessitate scenae inseruiendum est. Nam non
 omnia ad uiuum refecari possunt.
- 4 Factis dum infecta permaneant, concedendum
 est, imo melius consulendum, ut minus noceant.

ACTVS QVINTI SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Etiam Syri quasi delitiae augent iram Demeae.

SYRVS, DEMA.

Eiusdem generis.

A Edepol Syrisce te curasti molliter,
 Lauteq; munus administraisti tuum:
 Abi. sed postquam intus sum omnium rerum satur,
 Prodeambulare huc libitum est. De. illud sis uide

R. 2 Exema

*Exemplum disciplinae. SY. ecce autē hic adest senex
Noster. quid fit? quid tu es tristis? De. ohe scelus.
SY. Eho iam tu uerba fundis hic, sapientia?
De. Tun? si meus esses. SY. dis quidem esses Demea,
Ac tuam rem constabiliffes. De. exemplum omnibus,
Curarem, ut esses. SY. quamobrem? quid feci? De. ro-
gas?*

*In ipsa turba, atque in peccato maxumo,
Quod uix sedatum satis est, potastis scelus,
Quasi re bene gesta. SY. sane nollem huc exitum.*

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 *Ebrietas nimis est ridicula, tum uerbis, tum gestibus.*
- 2 *Senex intempestiue temulentum obiurgat.*
- 3 *Vide quanta fenestra improbitatis per indulgentiam herilem seruis aperiatur.*

ACTVS QVINTI SCENAE II

PERIOCHA I. C.

Fortuito resciscit Demea esse intus filium Ctesiphonem, & furere planē incipit.

DROMO, SYRVS, DEMEA.

Eiusdem generis.

H*Eus Syre, rogat te Ctesipho ut redeas. SY. abi.
De. Quid Ctesiphonem hic narrat? SY. nihil.
De. eho carnufex,
Est Ctesipho intus? SY. non est. De. cur hic nominat?
SY. Est.*

SY. Est alius quidam parasitaster paruolus,
Nostin' De. iam scibo. SY. quid agis? quo abis? De.
mitte me.

SY. Noli inquam. De. non manum abstines mastigia?
An tibi mauis cerebrum dispergi hic? SY. abiit.
Aedepol commessatorem haud sane commodum,
Praesertim Ctesiphoni. quid ego nunc agam?
Nisi, dum haec silescent turbae, interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiscam hoc uilli. sic agam.

THESES ETHICAE.

- 1 Male sibi conscij liberi parentes timent.
- 2 Ebrietatis remedium haud uulgare est, in angulo
uillum edormiscere.

ACTVS QVINTI SCENAE III

PERIOCHA.

Acerrima exostulatio Demae, et refutatio Mitio
nis: utroque tuente personam sibi impositam.

MITIO, DEMA.

Eiusdem generis.

PArata à nobis sunt, ut dixi, Sostrata,
Vbi uis. quisnam à me pepulit tam grauiter
fores?

De. Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem,
aut querar?

O caelum, o terra, o maria Neptuni. Mi. hem tibi,
Resciuit omnem rem: id nunc clamat: ilicet:

Paratores: succurrendum est. De. eccum adest

R 3 ~~Comm~~

Communis corruptela nostrum liberum.

Mi. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.

De. Repressi, redij, mitto maledicta omnia:

Rem ipsam putemus. dictum inter nos hoc fuit.

Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum,

Néue ego tuum. responde. Mi. factum est, non nego.

De. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?

Cur emis amicam Mitio? nam qui minus

Mihi idem ius æquom est esse, quod mecum est tibi?

Quando ego tuum non curo, ne cura meum.

Mi. Non æquom dicis, non: nam uetus uerbum hoc qui-
dem est,

Communia esse amicorum inter se omnia.

De. Facete: nunc demum istæc nata oratio est.

Mi. Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea.

Principio, si id te mordet, sumptum filij

Quem faciunt, queso facito hæc tecum cogites.

Tu illos duos olim pro re tollebas tua,

Quòd satis putabas tua bona ambobus fore,

Et me tum uxorem credidisti scilicet

Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine:

Conserua, quære, parce, fac quam plurimum

Illis relinuas: gloriam tu istam obtine:

Mea, quæ præter spem euenere, utantur sine.

De summa nihil decedet: quod hinc accesserit,

Id de lucro putato esse: omnia si hæc uoles

In animo uere cogitare Demea,

Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.

De. Mitto

De. Mitto rem: consuetudinem ipsorum. M. mane:
 Scio. Istuc ibam. multa in homine Demea
 Signa insunt, ex quibus coniectura facile fit,
 Duo cum idem faciunt, saepe ut possis dicere,
 Hoc licet impune facere huic, illi non licet:
 Non quod dissimilis res sit, sed quod, qui facit:
 Quae ego esse in illis uideo: ut confidam fore ita,
 Ut uolumus. uideo eos sapere, intellegere, in loco
 Vereri, inter se amare: scire est liberum
 Ingenium, atque animum: quouis illos tu die
 Reducas. at enim metuas, ne ab re sint tamen
 Omissiores paulo. o noster Demea,
 Ad omnia alia aetate sapimus rectius:
 Solum unum hoc uitium adfert senectus hominibus,
 Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est:
 Quod illos sat aetas acuet. De. ne nimium modo
 Bone tuae istae nos rationes Mitio,
 Et tuus iste animus aequus subuortat. Mi. tace,
 Non fiet. mitte iam istaec: da te hodie mihi:
 Expurge frontem. De. scilicet, ita tempus fert,
 Faciendum est: ceterum rus cras cum filio
 Cum primo lucu. M. imo de nocte censeo:
 Hodie modo hilarum fac te. De. & istam psaltriam
 Vna illuc mecum hinc abstraham. Mi. pugnaueris.
 Eo prorsus pacto illic alligaris filium.
 Modo facito, ut illam serues. De. ego istuc uidero: at
 que
 Illi fauilla plena, fumi, ac pollinis

Coquendo sit faxo, & molendo: præter hæc,
 Meridie ipso, faciam, ut stipulam colligat:
 Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo est.
 Mit. placet.

Nunc mihi uidere sapere, atque equidem filium,
 Tum etiam si nolit, cogas, cum illa una cubet.
 De. Derides? fortunatus, qui isto animo sies:
 Ego sentio. Mi. ah pergis ne? De. iam desino.
 Mi. I ergo intro, &, cui opus rei est, hilarem hunc su-
 mamus diem.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Morosi senes ita sæpe extra se rapiuntur, ut iracundiam reprimere nequeant.
- 2 Urbanitatis est temperare sibi inter tumultuosos homines.
- 3 Ius amicitiae communitatem rerum exigit, iuxta prouerbium, Amicorum omnia sunt communia.
- 4 Sæpe in actionibus unius negotij diuersæ sunt censure hominum.
- 5 Magna parentum est spes in liberis.
- 6 Indulgendum est nonnihil iuuentuti, pro loco & tempore sicut pædagogia exigit.

ACTVS QVINTI SCENAE IIII

PERIOCHA.

Conuerti oportet expositionem ad finem Comi-
 cæ. Ideoque Demea à se ipso mollitur & mitigatur

Oratio

Oratio prudens. Et est exemplum coactæ & extortæ
mutationis.

DE MEA.

Trochaici octonarij.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione
ad uitam fuit,

Quin res, etas, usus semper aliquid apportet noui,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias,
Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Quod mi euenit nunc: nam ego uitam duram, quam
uixi usque adhuc,

Prope iam excursu spatio mitto: id quamobrem? re ipse
sa repperi

Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia.
id

Esse uerum, ex me, atque ex fratre cuiuis facile est no
scere.

Vitam ille suam semper egit in otio, in conuiujs:

Clemens, placidus, nulli ledere os, arridere omnibus:
Sibi uixit: sibi sumptum fecit: omnes bene dicunt,
amant.

Ego ile agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus,
tenax,

Duxi uxorem: quam ibi miseriam uidi? nati filij,

Alia cura: porro autem, illis dum studeo ut quam plu
rimum

Facerem, contriui in quærendo uitam, atque etatem
meam:

R 5 Nunc

Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab ijs fero,
 Odium ille alter sine labore patria potitur commoda
 illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia:
 illum diligunt: apud illum sunt ambo, ego desertus
 sum:

illum, ut uiuat, optant, meam autem mortem expectant
 scilicet:

Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit suos
 paulo sumptu: miseriam omnem ego capio, hic potius
 tur gaudia.

Age age, nunc experiamur contra hæc ecquid ego
 possiem

Blãde dicere, aut benigne facere, quãdo eò prouocat.
 Ego quoque à meis me amari, & magni pendi postula
 lo.

Si id fit dando, atque obsequendo, non posterioris
 feram.

Deerit: id mea minime refert, qui sum natu maxima
 mus.

THESES ETHICAE.

- 1 Pater morosus & seuerus in filios, uel à D. Paulo
 lo uertitur uicio.
- 2 Facilis pater fauorabilior est.
- 3 Ineptè uirtutis studiosi sunt, qui uirtutem non
 propter se expetunt, sed tantum propter commodita
 tatem.
- 4 Vita urbana longe prestat rusticanae.

Actus

ACTVS QVINTI SCENAE V

PERIOCHA I. C.

Consilium quod coeperat senex exequi orditur.

SYRVS, DEMEA.

Iambici senarij.

HEus Demea, rogat frater, ne abeas longius.
 De. Quis homo? o Syre noster, salue, quid fit?
 quid agitur?

Sy. Recte. D. optume est. iam nunc haec tria primum
 addidi

Præter naturam: o noster, quid fit? quid agitur?

Seruom haud inliberalem præbes te, & tibi

Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre

Hoc uerum est, & ipsa re experiere propediem.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Demea subinde ad ingenium recurrit, qui etsi conetur blandus esse, animus tamen abhorret,

2 Nihil recte fit, quod contra naturam fit.

ACTVS QVINTI SCENAE VI

PERIOCHA I. C.

Pergit esse commodus Demea ut instituerat.

GETA, DEMEA.

Eiusdem generis.

HEra, ego hinc ad hos prouisam, quam mox uirginem

Accersant. sed eccum Demeam. saluos sies.

D. Oh, qui uocare? G. Geta. D. Geta, hominem maxime

Prelij

*Pretij esse hodie te iudicavi animo meo:
 Nam is mihi est profecto seruus spectatus satis,
 Cui dominus curae est, ita ut tibi sensi Geta:
 Et tibi ob eam rem, si quid usus uenerit,
 Lubens bene faxim. meditor esse affabilis,
 Et bene procedit. G. bonus es, cum haec existumas.
 D. Paulatim plebem primulum facio meam.*

THESES ETHICAE.

- 1 *Tu nihil inuita dices faciesue Minerua.*
- 2 *Dum uitant stulti uicia in contraria currunt.
 Nam dum hic comis & affabilis esse affectat, garrulus
 fit & adulator.*

ACTVS QVINTI SCENAE VII

PERIOCHA I. C.

*Seruat hoc & erga Aeschinum, cuius est persona
 cupida: Demeae autem sarcastice.*

AESCHINVS, DEMEA,
 SYRVS, GETA.

Eiusdem generis.

Occidunt me, qui dum nimi' sanctas nuptias
 Student facere, in apparando consumunt diē.

D. Quid agitur Aeschine? Ae. hem pater mi, tu hic
 eras?

D. Tuus hercle uero & animo, & natura pater,
 Qui te plus quàm oculos hosce: sed cur non domum
 Vxorem accersis? Ae. cupio: uerū hoc mihi mora est,

Tibicina

Tibicina, & hymenæum qui cantent. D. cho,
 Vin' tu huic seni auscultare? Aes. quid? D. missa hæc
 face,

Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas:

Atque hanc in horto maceriam iube dirui

Quantum potest, hac transfer, unam fac domum:

Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. Ae.
 placet

Pater lepidissime. D. euge, iam lepidus uocor.

Fatri ades fient peruiæ: turbam domum

Adducet, sumptum admittet: multa: quid mea?

Ego lepidus in eo gratiam. iube nunc iam

Dinumeret illi Babylo uiginti minas.

Syre, cessas ire, ac facere? S. quid ago? D. dirue:

Tu illas, abi, & traduce. Ge. dii tibi Demea

Bene faxint, cum te uideo nostræ familiæ

Tam ex animo factum uelle. D. dignos arbitror.

Tu quid ais? Ae. sic opinor. D. multo rectiu' est,

Quam illam puerperam nunc duci huc per uiam

Aegrotam. Ae. nihil enim uidi melius mi pater.

D. sic soleo: sed eccum Mitio egreditur foras.

THESES ETHICAE.

1 Parentes lepidi uocantur, dum nimium indulgent,
 & adblandiuntur.

2 Amantes moræ sunt impatientissimi.

3 Adolescentibus non est ingrata assentatio: nam
 iustam censuram non facile ferunt.

4 Multi sunt liberales ex alieno marsupio.

A.etus

Iam uero totum explicat consilium illud ironicum.
MITIO, DEMA, AESCHINVS.
Iambici senarij & octonarij.

Iubet frater? ubi is est? tu iubes hoc Demea?
De. Ego uero iubeo, & in hac re, & alijs omni-
bus

Quam maxime uram facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. Ae. ita queso pater.
M. Haud aliter censeo. D. imo hercle ita nobis decet.
Primum huius uxoris est mater. M. est: quid postea?
D. Proba, & modesta. M. ita aiunt. D. natu grandior,
M. Scio. D. parere iam diu haec per annos non potest.
Nec, qui eam respiciat, quisquam est: sola est. M. quam
hic rem agit?

D. Hanc te equom est ducere: & te operã, ut fiat, dare
M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te inquam. M.
ineptis. D. si tu sis homo,
Hic faciat. Ae. mi pater. Mi. quid? tu a sine huic alicui
scultas? D. nihil agis.

Fieri aliter non pote. Mi. deliras. Ae. sine te exorem
mi pater.

M. Insanis? aufer te. D. age, da ueniam filio. M. sati
sanus es?

Ego nouus maritus anno demũ quinto & sexagesimo
Fiam, atque anum decrepitam ducam? id ne estis aue-
ctores mihi?

Ae. Fac:

Ae. Fac: promisi ego illis. M. promisti autem? de te largitor puer.

D. Age, quid, si quid te maius oret? Mi. quasi non hoc sit maximum.

D. Age, da ueniam. Ae. ne grauare. D. fac, promitte. M. non omittis? Ae. non,

Nisi exorem. M. uis hæc quidem est. D. age, age, prolixè Mitio.

Mi. Etsi hoc mihi prauom, ineptum, absurdum, atque alienum à uita mea

Videtur, si uos tantopere istuc uoltis, fiat. Ae. bene facis:

Merito te amo. De. uerum quid? quid ego dicam? hoc confit quod uolo.

Quid nunc quod restat? Hegio cognatus his est proximus,

Affinis nobis, pauper: bene nos aliqd facere illi decet

Mi. Quid facere? D. agelli hic est sub urbe paulum, quod locitas foras:

Huic demus, qui fruatur. M. paulum id autem? D. si multum, tamen

Faciendum est: pro patre huic est, bonus est, noster est, recte datur.

Postremo non meum illud uerbū facio, quod tu Mitio

Bene & sapienter dixti dudum: uitium commune omnium est,

Quod nimium ad rem in senectâ attenti sumus. hanc maculam nos decet

Effugere

*Effugere. dictum est uere, & re ipsa fieri oportet,
Mitio.*

*M. Quid istuc est, dabitur quidem, quando hic uolt,
Aeschine. Ae. mi pater.*

*D. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & ani-
mo. M. gaudeo.*

D. Suo sibi hunc gladio iugulo.

THESES ETHICAE.

1 *Ineptus est, qui praeter naturam affabilis esse af-
fectat.*

2 *Qualis uxor sit ducenda seni marito.*

3 *Incommoda sunt matrimonia inter decrepitos.*

4 *Non est liberalitas ex alieno marsupio.*

5 *Matrimonia non sint uiolenta, sed ultronea.*

6 *Affinibus & cognatis periclitantibus, praecipue
succurrendum est.*

ACTVS QVINTI SCENAE IX

PERIOCHA.

*Hunc addit Colophonem prioribus, ut fieret res
insignis. Et finitur fabula omnibus compositis, & his-
tari exitu.*

SYRVS, DEMEA, MITIO,
AESCHINVS.

Trochaici octonarij.

FActum est, quod iusti Demea.

D. Frugi homo es. adepol hodie mea quidem
senten

An. Cedo, quid portas, obsecro? atque id, si potes, uerbo expedi.

G. Faciam. An. eloquere. Ge. modo apud portum. An. meum ne? Ge. intellexti. An. occidi. Ph. hem.

An. Quid agam? Ph. quid ais? Ge. huius patrem uidisse me, patrum tuum.

An. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser?

Quod si eò meae fortunae redeunt, Phanium abs te uel distrahar,

Nulla est mihi uita expetenda. Ge. ergo istaec cum ita sint Antipho,

Tanto magis te aduigilare æquom est. Forteis fortuna adiuuat.

An. Non sum apud me. Ge. atqui opus est nunc, cum maxime, ut sis Antipho:

Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur commiseruisse culpam. Ph. hoc uerum est. An. non possum immutarier.

Ge. Quid si aliquid grauius tibi nunc faciundum foret?

An. Cum hoc non possum, illud minus possem. Ge. hoc nihil est Phædria: ilicet:

Quid conterimus operam frustra, quin abeam? Ph. Quidem ego. An. obsecro,

Quid si a simulabo? satin' est? Ge. garris. An. uoltum contemplantini, hem,

Satin' sic est? Ge. non. An. quid si sic? Ge. propemodum

T dum

dum. AN. quid si sic? Ge. sat est:

Hem istuc serua, & uerbum uerbo, par pari ut re-
spondeas,

Ne suis te iratus sauidictis protelet. AN. scio.

Ge. Vi coactum te esse inuitum, lege, iudicio: tenes?

Sed quis hic est senex, quem uideo in ultima platea?

AN. ipse est.

Non possum adesse. Ge. ah quid agis? quò abis Antipho? mane,

Mane inquam. AN. egomet me noui, & peccatum
meum:

Vobis commendo Phanium, & uitam meam.

Ph. Geta, quid nunc fiet? Ge. tu iam lites audies?

Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.

Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,

Id nosmet ipsos facere oportet Phædria.

Ph. Aufer mihi oportet: quin tu, quod faciam, impera.

Ge. Meministi olim ut fuerit uostra oratio

In re incipiunda ad defendendam noxiam?

Iustam illam causam, facilem, uincibilem, optumam.

P. Memini. G. hem nūc ipsa est opus, aut, si quid potest

Meliore, & callidior. Ph. fiet sedulo.

Ge. Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic ero

Succenturiatus, si quid deficies. Ph. age.

THESES ETHICAE.

1 Male sibi conscijs perturbatis. mi sunt.

2 Dies reuelat omnia. Nam nihil tam occultum,
quod dies non patefaciat.

Tam

3 Tam locutione seruili parentes irati incēduntur,
quam taciturnitate instigantur, & purgatione fru-
stralaborant.

4 Seruorum est conuasare aliquid & fugituum
esse.

5 Heri ut plurimū sunt imperiosi & monosyllabi.

6 Male sibi conscij tribus uerbis uix auditis magis
perturbantur.

7 Serui insidiosse seruis suis succenturiare solent.

ACTVS PRIMI SCENAE V

PERIOCHA.

Accusat grauiter filium absentem senex. Hic au-
tem primum à fratre patrueli, deinde à seruo præcla-
re defenditur, ut sit planè hoc exemplum controuer-
siae translatiue in criminis remotione. Seruus sui simi-
lis, itēque Phædria: Senex iratus.

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

Iambici octonarij & senarij.

I Tāne tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo?
Nec meum imperium: age, mitto imperium: non si-
multatem meam

Reuereri? saltem non pudere? o facinus audax, o Ge-
ta

Monitor. Ge. uix tandem. De. quid mihi dicent? aut
quam causam reperient,

T 2

Demis

Demiror. Ge. atqui repperi iam: aliud cura. De. an ne hoc dicent mihi?

Inuitus feci: lex coegit. audio, & fateor. Ge. placet. De. Verum scientem, tacitum causam tradere aduersarijs,

Etiā ne id lex coegit? Ph. illud durum. Ge. ego expediam: sine.

De. Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi accidit.

Ita sum iritatus, a nimum ut nequeam ad cogitandum instituere.

Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxime, tum maxime

Meditari secum oportet, quo pacto aduersam arumnam ferant:

Pericla, damna, exilia peregre rediens semper cogitet,

Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filie:

Communia esse hæc, fieri posse: ut re quid animo sit nouum:

Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.

Ge. O Phæaria, incredibile est, quanto herum anteo sapientia.

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: herus si redierit,

Molendum usque in pistrino: uapulandum: habendæ

comæ

compedes:

*Opus ruri faciundum: horum nihil quidquam acci-
det animo nouum.*

*Quidquid præter spem eueniet, omne id deputabo es-
se in lucro.*

*Sed quid hominem cessas adire, & blande in princi-
pio alloqui?*

De. Mei fratris uideo filium ire mihi obuiam.

Ph. Mi patruæ saluæ. De. saluæ: sed ubi est Antipho?

Ph. Saluam aduenire. De. credo: hoc responde mihi.

Ph. Valet: hic est: sed satin' omnia ex sententia?

D. Vellem quidē. Ph. quid istuc? D. rogitas Phædriam?

Bonas me absente hic confecistis nuptias.

*Ph. Eho, an id succenses nunc illi? Ge. artificem pro-
bum.*

De. Egone illi non succenseam? ipsum gestio

Dari mi in conspectum nunc sua culpa ut sciat

Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.

Ph. Atqui nil fecit patruæ, quod succenseas.

De. Ecce autem similia omnia: omnes congruunt:

Vnum cognoris, omnes noris. Ph. haud ita est.

De. Hic in noxa est, ille ad defendendā causam adest.

Cum ille est, hic præsto est: tradunt operas mutuas.

Ge. Probe eorum facta imprudens depinxit senex.

*De. Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares Phæ-
dria.*

Ph. Si est patruæ, culpam ut Antipho in se admiserit,

Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans:

Non causam dico, quin, quod meritus est, seruat.
 Sed si quis forte malitia fretus sua,
 Insidias nostræ fecit adolescentiæ,
 Ac uicit: nostræne ea culpa est, an iudicium
 Qui sepe propter inuidiam adimunt diuiti,
 Aut propter misericordiam addunt pauperi?
 Ge. Ni nossem causam, crederem uera hunc loqui.
 De. An quisquam iudex est, qui possit noscere
 Tua iusta, ubi tute uerbum non respondeas,
 Ita ut ille fecit? Ph. functus adolescentuli est
 Officium liberalis: postquam ad iudices
 Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
 Ita eum tum timidum obstupescit pudor.
 Ge. Laudo hūc: sed cesso adire quam primum senem:
 Here salue: saluom te aduenisse gaudeo. De. oh,
 Bone custos salue, columnen uero familie,
 Cui commendavi filium hinc abiens meum.
 Ge. Iam dudum te omnes nos accusare audio,
 Immerito, & horum me omnium immeritissimo:
 Nam quid me in hac re facere uoluisti tibi?
 Seruom hominem causam orare leges non sinunt:
 Neque testimonij dictio est. De. mitto omnia: adde
 Istuc: imprudens timuit adolescens: sino:
 Tu seruus: uerum si cognata est maxume,
 Non fuit necesse habere, sed, id quod lex iubet,
 Dotem daretis; quæreret alium uirum.
 Qua ratione inopem potius ducebat domum?
 Ge. Non ratio, uerum argentum deerat. De. sumeret
 Alicunde.

Alicunde. Ge. alicunde? nihil est dictu facilius.

De. Postremo, si nullo alio pacto, uel foenore.

Ge. Hui, dixti pulchre, si quidem quisquam crederet

Te uiuo. De. non, non sic futurum est, non potest.

Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?

Nil suaue meritum est. hominem commonstrarier

Mibi istum uolo, aut, ubi habitet, demonstrarier.

G. Nempe Phormionem. D. istum patronum mulieris

G. iam faxo hic aderit. D. Antipho ubi nunc est? P. foris

D. Abi Phadria, eum require, atque adduce huc. P. eo

Recta uia equidem illuc. Ge. nempe ad Pamphilam. D.

at ego

Deos penateis hinc salutatum domum

Diuortor: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi

Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsient,

Vt ne imparatus sim cum adueniet Phormio.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Vxor ducenda est iussu & consensu parentum.
- 2 Patris auctoritas non est eleuanda.
- 3 Legibus cedendum est, sed non decet scientem & consentientem aduersarijs causam tradere.
- 4 Subitanea & insperata mala magis ledunt.
- 5 Prudentis est & futuris malis prauidere.
- 6 Seruiles poenae seruis sunt praemeditatae

ACTVS SECVNDI SCENAE I

PERIOCHA.

T 4

Aduenit

Aduenit nunc ille totius negotij structor parasitus: nam Phædriæ amores ad duplicandum argumentum accesserunt, cuius ante aduentum sermones parasitici re exponuntur.

PHORMIO, GETA.

Trochaici octonarij catalectici.

ITa ne patris ais conspectum ueritum hinc abiisse?
Ge. admodum.

P. Phanium relictam solam? Ge. sic. P. & iratū senem?
Ge. Oppido. Ph. ad te summa solum Phormio rerum
redit:

Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum: accingere
G. Obsecro te. Ph. si rogabit. G. in te spes est. Ph.
æcere,

Quid si reddet? Ge. tu impulisti. Ph. sic opinor. Ge.
subueni.

Ph. Cedo senem: iam instructa sunt mihi corde consi-
lia omnia.

Ge. Quid ages? Ph. quid uis? nisi ut maneat Phanium,
atque ex crimine hoc

Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deri-
uem senis?

Ge. O uir fortis, atque amicus: uerum hoc saepe Phor-
mio

Vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat deni-
que. Ph. ah,

Non ita est: actum est periculum, iam pedum uisa est
uia.

Quot

Quot me censes homines iam deuerberasse usque ad
necem,

Hospites? tum ciues? quo magi' noui, tanto sepius.

Cedo dum, en unquam iniuriarum audisti mi scriptam
dicam?

Ge. Qui istuc? Ph. quia non rete accipitri tenditur,
neque miluio,

Qui male faciunt nobis: illis, qui nil faciunt tenditur:

Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Alijs aliunde est periculum, unde aliquid abradi potest

Mihi sciunt nihil esse. dices, ducent damnatum do-
mum:

Alere nolunt hominem edacem: & sapiunt mea quie-
dem sententia,

Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.

G. Nō pote sati' pro merito ab illo tibi referri gratia.

Ph. Imo enim nemo sati' pro merito gratiam regi re-
fert.

Tene a symbolum uenire, unctum, atq; lautū ē balneis,

Otiosum ab animo; cum ille & cura, & sumptu absu-
mitur,

Dum tibi sit, quod placeat: ille ringitur, tu rideas:

Prior bibas, prior decumbas: coena dubia apponitur?

Ge. Quid istuc uerbi est? Ph. ubi tu dubites, quid su-
mas potissimum.

Hec, quum ratione ineas, quam sint suauia, & quāns
cara sint;

Ea qui præbit, nō tu hūc habeas plane præsentē deū!

Ge. Senex adest. uide quid agas: prima cōitio est acer-
rima:

Si eam sustinueris, post illa iam, ut lubet, ludas licet.

THESES ETHICAE.

- 1 *Causa mali in auctorem redundat.*
- 2 *Parasitorum est ingens fiducia & iactantia.*
- 3 *Ditiores magis periclitantur quam pauperes & tenuioris sortis.*
- 4 *Parasitorum felicitas est in cœnis dubijs, ob quas se regibus, imo præsentibus dijs conferunt.*
- 5 *Cuiuslibet rei initium est difficile & arduum.*

ACTVS SECVNDI SCENAE II

PERIOCHA.

Adest senex cum aduocatis. acris contentionis ex-
positio. defensio legitima. Senis ethos simplex & ho-
nestum. Phormionis sycophanticum.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

Iambici senarij.

F Nunquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi
Adeste queso. Ge. iratus est. Ph. quin tu hoc age:
Iam ego hunc agitabo. pro deum immortalium,
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam? Ge. negat.
De. Ipsum esse opinor, de quo agebam. sequimini.
Ph. Neque eius patrem se scire, qui fuerit? Ge. negat.
Ph. Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? G. negat.
Ph.

Ph. Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,
Neglegitur ipsa: uide, auaritia quid facit.

Ge. Si herum insimulabis auaritiæ, male audies.

De. O audaciam, etiam me ultro accusatum aduenit.

Ph. Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam,
Si illum minus norat: quippe homo iam grandior,

Pauper, cui opera uita erat, ruri fere

Si continebat: ibi agrum de nostro patre

Colendum habebat: sæpe interea mihi senex

Narrabat, se hunc neglegere cognatum suum:

At quem uirum? quem ego uiderim in uita optimum.

Ge. Videas te, atq; illum, ut narras. Ph. abi in malam
crucem:

Nam ni ita eum existumassem, nunquam tam graueis

Ob hanc inimicitias caperem in uostram familiam,

Quam is aspernatur nunc tam inliberaliter.

Ge. Pergin' hero absenti male loqui impurissime?

Ph. Dignum autem hoc illo est. G. ain' tandem carcer?

D. Geta.

Ge. Bonorum extortor, legum contortor. D. Geta.

Ph. Responde. Ge. quis homo est? ehem. D. tace. Ge, abs
senti tibi

Te indignas, seq; dignas contumelias

Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe, desine:

Adolescens, primum abs te hoc bona uenia peto,

Sitibi placere potis est, mihi ut respondeas:

Quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi,

Et qui cognatum me sibi esse diceret.

Ph.

Ph. Proinde expiscare, quasi non nosses. **D.** nossent
Ph. ita.

De. Ego me nego: tu, qui ais, redige ad memoriam.

Ph. Eho, tu sobrinum tuum non noras? **De.** enicas:

Dic nomen. **Ph.** nomen? maxume. **De.** quid nunc tacis?

Ph. Perij hercle, nomen perdidit. **De.** hem, quid aist

Ph. Geta,

Si meministi id quod olim dictum est, subijce. hem,

Non dico: quasi non noris, tentatum aduenis.

De. Egon' autem tento? **G.** Stilpho. **Ph.** atque adeo,
quid mea?

Stilpho est. **D.** quem dixti? **Ph.** Stilphonem inquam no
ueras?

De. Neque ego illum noram, neque mihi cognatus
fuit

Quisquam isto nomine. **Ph.** ita ne? non te horum pu-
det?

At si talentum rem reliquisset decem.

De. Dij tibi male faciant. **Ph.** primus esses memoriter
Progeniem uostram usque ab auo atque atauo profeca
rens.

De. Ita ut dicis. ego tum si aduenissem, qui mihi
Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face:

Cedo, qui est cognata? **Ge.** heus noster, recte: heus tu
caue.

Ph. Dilucide expediui, quibus me oportuit

Iudicibus: tum, si id falsum fuerat, filius

Cur non refellit? **De.** filium narras mihi?

Cuius

Cuius de stultitia dici, ut dignum est, non potest.

Ph. At tu, qui sapiens es, magistratus adi,

iudicium de eadem causa iterum ut reddant tibi:

Quandoquidem solus regnas, & soli licet

Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier.

De. Etsi facta mihi iniuria est, ueruntamen

Potius quam lites secler, aut quam te audiam,

Ut idem ut cognata si sit, id quod lex lubet

Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

Ph. Ha, ha, hæ, homo suauis. De. quid est? num iniquom
postulo?

An ne hoc quidem ego adipiscar, quod ius publicum
est?

Ph. Ita ne tandem quaeso, ciuem ubi abusu' sis,

Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere; an,

Ut ne quid turpe ciuis in se admitteret

Propter egestatem, proxumo iussa est dari,

Ut cum uno atatem degeret, quod tu uetas?

De. Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quam ob
rem? Ph. ohe,

Actum, aiunt, ne agas. De. non agam? imo haud desi-
nam,

Donec perfecero hoc. Ph. ineptis. De. sine modo.

Ph. Postremo tecum nihil rei nobis Demipho est:

Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua

Præterierat iam ducendi ætas. De. omnia hæc

illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:

Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibebo domo

Ge.

Ge. Iratus est. Ph. tute idem melius feceris.

De. Itane es paratus facere me aduersum omnia
Infelix? Ph. metuit hic nos, tametsi sedulo

Disimulat. Ge. bene habent tibi principia. Ph. quin
quod est

Ferundum fers? tuis factis dignum feceris,

Vt amici inter nos simus. De. egon' tuam expetam

Amicitiam? aut te uisum, aut auditum uelim?

Ph. Si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam
Senectutem oblectet: respice ætatem tuam.

D. Te oblectet: tibi habe. P. minue uero irã. D. hoc age

Satis iam uerborum est: nisi tu properas mulierem

Abducere, ego illam eijciam: dixi Phormio.

Ph. Si tu illam attigeris secus, quàm dignũ est liberã,

Dicam impingam tibi grandem: dixi Demipho.

Si quid opus fuerit, heus, domo me. Ge. intellego,

THESES ETHICAE I. VV.

1 Pauperes & ditioribus propter auaritiam sepe
negleguntur.

2 Pauperes senes à agricolæ obscuriores sunt.

3 Seruus fidelis herum suum traduci non patitur.

4 Improbus seruus carcere dignus est.

5 Rabulæ forenses iniqui & quæstiuosi bona clientum
extorquent, leges sophisticè contorquent.

ACTVS SECVNDI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Refert senex de negotio suo ad aduocatos, in quibus
uulgarium consultorum peruersitas & magis in
tricandis

extricandi quam extricandi res, studium exprimitur.

DEMIPH O, GETA, HEGIO,
CRATINVS, CRITO.

Eiusdem generis.

Quanta me cura, & solitudine afficit
Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptijs.
Neque mi in conspectum prodit, ut saltem sciam,
Quid de hac re dicat, quid ue sit sententiæ.
Abi tu, uisere dierit ne iam, an nondum, domum.
Ge. Eo. De. uidetis quo in loco res hæc fiet:
Quid ago? dic Hegio. He. ego Cratinum censeo,
Si tibi uidetur. De. dic Cratine. Cra. mène uis?
De. Te. Cra. ego, quæ in rem tuam sint, ea uelim fa-
cias. mihi

Sic hoc uidetur. quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum æquom est, & bonum:
Et id impetrabis. dixi. De. dic nunc Hegio.
He. Ego sedulo hunc dixisse credo: uerum ita est,
Quot homines, tot sententiæ: suus cuique mos.
Mibi non uidetur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse: & turpe inceptu est. D. dic Crito.
Cri. Ego amplius deliberandum censeo.
Res magna est. He. nunquid nos uis? D. fecistis probe:
Incertior sum multo, quam dudum. Ge. negant
Rediisse. De. frater est expectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.
Percontatum ibo ad portum, quo ad se recipiat.

Ge. Ab

Ge. At ego Antiphonem quærã, ut, quæ acta hic sunt, sciat.

Sed eccum ipsum uideo in tempore huc se recipere.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Rabulæ consilia bonorum uirorum interturbant.
- 2 Parum conuenit inter rabulas etiamsi sexcentos adhibueris.

ACTVS TERTII SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Solicitus Antipho reuertitur, & sese accusans & de seruulo cupiēs cognoscere, quo in loco sint omnia.

ANTIPHO, GETA.

Iambici catalectici & acatalectici octonarij, in fine trochaici.



Nimvero Antipho multimodis cum istoc animo uituperandus es.

Ita ne hinc abijsse, & uitam tutandam dedisse alijs tuam?

Alios tuam rem credidisti, quàm te, animaduersuros magis?

Nam, ut ut erant alia, illi certe consuleres, quæ nunc tuæ est domi:

Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali: Cuius nunc miseræ spes, opesq; sunt in te uno omnes site.

Ge. Equidem here nos iam dudum hic te absentem incusamus, qui abieris.

At.

An. Te ipsum querebam. Ge. sed ea causa nihilo magis defecimus.

An. Loquere obsecro, quonam in loco sunt res & fortuna meae?

Nunquid patri subolet? Ge. nil etiam. An. ecquid spei porro est? Ge. nescio. An. ah.

Ge. Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti. An. nihil fecit noui.

Ge. Tum Phormio itidem in hac re, ut in alijs strenuum hominem præbuit.

An. Quid is fecit? Ge. confutauit uerbis admodum iratum patrem.

An. Heu Phormio. Ge. ego, quod potui porro. An. mihi Geta, omnes uos amo.

Ge. Sic sese habent principia, ut dico: adhuc tranquilla res est:

Mansurusq; patrum pater est, dum huc adueniat.

An. quid eum? Ge. aiebat,

De eius consilio uelle sese facere, quod ad hanc rem attinet.

An. Quantus metus est mihi, uenire huc saluom nunc patrum Geta:

Nam, ut audio, per unam eius aut uiuam, aut moriar sententiam.

Ge. Phædria tibi adest. An. ubinam? Ge. eccum à sua palaestra exit foras.

*Stultum est alijs rem credere, quam ipse commo-
dius expedires.*

2 *Non relinquendi sunt quibus fides data est. Dea-
cet enim honestum uirum promissis stare.*

ACTVS TERTII SCENAE II
PERIOCHA I. C.

*Inserta tractatio de amoribus Phædriæ: Cuius est
persona humilis & indignum in modum supplex: Do-
rionis superba & impura: Getæ bona.*

PHÆDRIA, DORIO, ANTIPHO,
GETA.

Trochaici octonarij & iambici, uno addito senario.

Dorio, audi obsecro. Do. non audio. Ph. parum
per. Do. quin omitte me.

Ph. Audi, quod dicam. Do. at enim tædet iam audire
eadem millies.

P. At nũc dicã, quod lubẽter audias. D. loquere, audio.

Ph. Nequeo te exorare, ut maneat triduum hoc? quò
nunc abis?

Do. Mirabar, si tu mihi quidquam afferres noui.

An. Hei, metuo lenonem, ne quid suo suat capiti. Ge.
idem ego metuo.

Ph. Non mihi credis? Do. hariolare. Ph. sin fidem do.
Do. fabula.

Ph. Fœneratũ istuc beneficiũ tibi pulchre dices. Do.
logi.

Ph. Crede mihi, gaudebis factò: uerum hercle hoc est.

Do. somnium.

ph.

Ph. Experire, non est longum. Do. cantilenam eandem
canis.

Ph. Tu mihi cognatus, tu amicus, tu parens. D. garris
modo.

Ph. Adeone ingenio esse duro te, atque inexorabili,
Ut neque misericordia, neque precibus molliri queas?

Do. Adeon' te esso incogitantem atque impudentem
Phædria,

Ut phaleratis dictis ducas me, & meã ductis gratis?

An. Miseritum est. Ph. hei ueris uincor. Ge. quã simi
lis uterque est sui?

Ph. Neque, alia Antipho cum occupatus esset sollicitu
dine,

Tum esse hoc mi obiectum malum? An. ah, quid istuc
autem est Phædria?

Ph. O fortunatissime Antipho. An. egone? Ph. qui quod
amas, domi est;

Nec cum huius modi unquam usus uenit ut conflicta
res malo.

An. Mihi domi est? imo, quod aiunt, auribus teneo lu
pum:

Nam neque, ut amittam à me, inuenio, neque, uti reti
neam, scio.

D. Ipsum istuc mihi in hoc est. A. cia, ne parũ leno sies

Nam quid hic confecit? Ph. hiccine? quod homo inhu
manissimus:

Pamphilam meam uendidit. Ge. quid? uendidit? An.
ain' uendidit?

V

2

Ph.

Ph. Vendidit. Do. quàm indignum facinus, ancillam
 are emptam suo.

Ph. Nequeo exorare, ut maneat, & illo cum ut mutet
 fidem,

Triduum hoc, dum id, quod est promissum, ab amicis
 argentum aufero.

Si non tum dedero, unam præterea horam ne oppere
 tus fies.

Do. Obtundis. An. haud longum est quod orat, Dorio
 exoret, sine:

Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, condu
 plicauerit.

Do. Verba istæc sunt. An. Pamphilam ne hac urbe pri
 uari fines?

Tum tu præterea horum amorem distrahi poterin
 pati?

Do. Neque ego, neque tu. Ge. dij tibi omnes id, quod
 est dignum, duint.

Do. Ego te complureis aduersum ingenium meum
 menses tuli

Pollicitantem, & nil ferentem, flentem: nunc contra,
 omnia

Repperi, qui det, neque lacrumet: da locum meliori
 bus.

An. Certe hercle, satis si commemorari, tibi quidem est
 olim dies,

Quam ad dares huic, præstituta. Ph. factum. Do. num
 ego istuc nego?

An.

AN. Iam ne ea præterijt? *DO.* non, uerum ei hæc antea
cessit. *AN.* non pudet

Vanitatis? *DO.* minime, dum ob rem. *Ge.* sterquilinum.
ph. Dorio,

*Ut*ne tandem facere oportet? *DO.* sic sum: si placeo,
utere.

AN. Siccine hunc decipis? *D.* imo enim uero Antipho
hic me decipit:

Nam hic me huiusmodi scibat esse: ego hunc esse ali-
ter credidi.

Iste me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.

Sed ut hæc sunt, tamen hoc faciam: cras mane ar-
gentum mihi

Miles se dare dixit: si mihi prior tu attuleris *Phæ-*
dria,

Me lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est.
Vale.

THESES ETHICAE.

1 Lenones nisi præsentè pecunia amatores non ad-
mittunt. Hic enim propter questum esse tantum ar-
tem lenocinij uidemus.

2 Pollicitis diues quilibet esse potest.

3 Fortunatiores sunt mariti quam amatores.

ACTVS TERTII SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Impellitur Geta ad nouum periculum aduendum.

V 3

Antis

Antiphonis ethos misericors. Phædria summisum & miserum. Serui facile.

PHÆDRIA, ANTIPHO, GETA,
Trochaici octonarij & unus iambicus
quaternarius

Quid faciam? unde ego nunc tam subito huic
argentum inueniam miser,
Cui minu' nihilo est? quod si hic potuisset nunc exo-
rarier

Triduum hoc, promissum fuerat. An. itane hunc pa-
tiemur Geta

Fieri miserum, qui me dudum, ut dixti, adiurit co-
mitter?

Quin, cum opus est, beneficium rursus ei experimur
reddere?

Ge. Scio equidem hoc esse æquom. An. age ergo, solus
seruare hunc potes.

Ge. Quid faciam? An. inuenias argentum. Ge. cu-
pio: sed id unde, edoce.

An. Pater adest hic. Ge. scio: sed quid tum? An. ah,
dictum sapienti sat est.

Ge. Ita ne? An. ita. Ge. sane hercle pulchre suades:
etiam tu hinc abis?

Non triumpho, ex nuptijs tuis, si nil nanciscor mali,
Ni etiam nunc me huius quæerere causa in malo iubea-
as crucem?

An. Verum hic dicit. Ph. quid? ego uobis Geta alienus
sum?

sum? Ge. haud puto:

Sed parum ne est, omnibu' quòd nunc nobis succensee

senex,

Ni instigemus etiã, ut nullus locu' relinquatur preci?

Ph. Alius ab oculis meis illam ignotum abducat locu'?

Hem, dum igitur licet, dumq; adsum, loquimini meciã

Antipho:

Contemplamini me. An. quamobrem? aut quidnam fa-
cturus? cedo.

Ph. Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est
persequi,

Aut perire. Ge. dij bene uortant, quod agas: pedetena-
tim tamen.

An. Vide, si quid opis potes adferre huic. Ge. si quid?
quid? An. quere obsecro,

Ne qd plus minus ue faxit, quod nos post pigeat Geta

Ge. Quero: saluos est, ut opinor. uerum enim metuo
malum.

An. Noli metuere: una tecum bona, mala tolerabimus.

Ge. Quantum argenti opus est tibi? loquere. Ph. sola
triginta minæ.

Ge. Triginta? hui, per cara est Phædria. Ph. istæc uero
uilis est.

Ge. Age, age, inuentas reddam. Ph. ò lepidum caput.

G. aufer te hinc. Ph. iam opus est.

Ge. Iam feres. sed opu' est mihi phormionem adiuto-
rem ad rem hanc dari. (feret:

A. Presto est: audacissime oneris quiduis impone, &

Solus est homo amico amicus. Ge. eamus ergo ad eum
ocys.

Ph. Abi uero: dic, praesto ut sit domi.

An. Nunquid est, quod mea opera uobis opu' sit? Ge.
nil: uerum abi domum, &

Illam miseram, quam ego nunc intus scio esse exani-
matam metu,

Consolare: cessas? An. nihil est, aequae quod faciam lus-
bens.

Ph. Quia uia istuc facies? Ge. dicam in itinere: modo
te hinc amoue.

THESES ETHICAE.

1 Non facile inueniet argentum cui nihilo minus
est.

2 Aequum est beneficium beneficio compensare.

3 Stulti amatores amicam ubiq; sectantur.

ACTVS QVARTI SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Colloquium familiare inter fratres. Demipho pru-
dens: Chremes meticulosus.

DEMIPHO, CHREMES.

Iambici senarij.



Vid? qua profectus causa hinc es Lemnum
Chremes?

Adduxtin' tecum filiam? C. non. D. quid
ita non?

Ch. Postquam uidet me eius mater hic esse diutius,

Simul

Simul autem non manebat ætas uirginis

Meam negligentiam: ipsam cum omni familia ad

Me profectam esse aiebant. De. quid illic tam diu

Quæso igitur commorabare, ubi id audiueras?

Ch. Pol me detinuit morbus. D. unde? aut qui? Ch. ro-
gas?

Senectus ipsa est morbus: sed uenisse eas

Saluas audiui ex nauta, qui illas uexerat.

De. Quid gnato obtigerit me absente, audistin' Chre-
me?

Ch. Quod quidem me factum consilij incertum facit:

Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo,

Quo pacto, aut unde mihi sit, dicendum ordine est.

Te mihi fidelem esse æque, atque egomet sum mihi,

Scibam: ille si me alienus affinem uolet,

Tacebit, dum intercedet familiaritas:

Si spreuerit me plus, quàm opus est scito, sciet:

Vereorq; ne uxor aliqua hoc resciscat mea.

Quòd si fit, ut me excutiam, atque egrediar domo,

Id restat: nam ego meorum solus sum meus.

De. Scio ita esse, & istæc mihi res sollicitudini est:

Neque defetiscar unquam adeo experirier,

Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Maturius collocandæ sunt filia nubiles.

2 Senectus ipsa morbus est.

3 Inter amicos fideles omnia sunt patefacienda etiam arcana.

4 Mariti infideles uxores suas timere coguntur:
male enim sibi conscij sunt.

ACTVS QVARTI SCENAE II

PERIOCHA I. C.

Aggreditur fallaciam seruulus, ordiens orationem
de precatione seruili Phormionis.

GETA.

Eiusdem generis.

EGo hominem callidiorē uidi neminem,
Quam Phormionem. uenio ad hominem, ut dis-
cerem

Argento opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: querebat senem:
Dijs gratias agebat, tempus sibi dari,
Vbi Phædria se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quam Antiphoni. hominem ad forum
Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem.
Sed eccum: quis est ulterior? at at at Phædria
Pater uenit: quid pertimui autem bellua?
An quia quos fallam, pro uno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.
Petam hinc, unde à primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Serui uoti sui compotes mire sibi applaudunt.
- 2 Serui semper sui similes heros fallendo,

ACTUS

ACTVS QVARTI SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Executio fallaciæ instituta à Geta, in scio Antiphone. qui audiens indignè fert ita rem agi. sed huius persona quarta non colloquitur.

ANTIPHO GETA, CHREMES.

Eiusdem dimensionis.

Expecto quàm mox recipiat sese Geta.

Sed patrum cū patre uideo astantē. hei mihi,
Quàm timeo, aduentus huius quò impellat patrem.

Ge. Adibo hosce: o noster Chremes. Ch. salue Geta.

Ge. Venire saluom uolupe est. Ch. credo. Ge. quid agitur?

Ch. Multa aduenienti, ut fit, noua hic compluria.

Ge. Ita de Antiphone audistin' quæ facta? Ch. omnia.

Ge. Tun' dixeras huic? facinus indignum Chreme,
Sic circumiri. De. cum hoc id agebam commodum.

G. Nam hercle ego quoque id quidem mecū agitans
sedulo,

Inueni, opinor, remedium huic rei. De. quid Geta?

Quod remedium? Ge. ut abij abs te, fit forte obuiam

Mihi Phormio. Ch. qui Phormio? Ge. is, qui istanc.

Ch. scio.

Ge. Visum est mihi, ut eius tentarem sententiam.

Prendo hominem solum: cur non, inquam, Phormio

Vides, inter uos sic hæc potius cum bona

Vt componantur gratia, quàm cum mala?

Heru' liberalis est, & fugitans litium:

Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo

Vno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret.

An. Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie? Ge. an legibus

Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?

Iam id exploratum est: eia, sudabis satis,

Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.

Verum pone esse uictum eum: at tandem tamen

Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.

Postquam hominem his uerbis sentio mollirier,

Soli sumus nunc, inquam, hic. eho dic, quid uelis dari

Tibi in manum, ut herus his desistat litibus,

Hec hinc faceffat, tu molestus ne si es?

An. Satin' illi dii sunt propitij? Ge. nam sat scio,

Si tu aliquam partem æqui, boniq; dixeris,

Vt ille est bonus uir, tria non commutabit

Verba hodie inter uos. De. quis te istec iussit loqui?

Ch. Imo non potuit melius peruenirier

Eò, quo nos uolumus. A. occidi. Ch. perge eloqui.

G. At primo homo insanibat. Ch. cedo, quid postulat?

Ge. Quid? nimium: quantum libuit. Ch. dic. Ge. si quis daret

Talentum magnum. Ch. imo malum hercle: ut nil pua det.

Ge. Quod dixi adeo ei: queso, quid si filiam

Suam unicam locaret? parui rettulis

Non

Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat.

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:

Hæc denique eius fuit postrema oratio:

Ego, inquit, iam à principio amici filiam,

Ita ut æquom fuerat, uolui uxorem ducere:

Nam mihi ueniebat in mentem eiu' incommodum,

In seruitutem pauperem ad ditem dari.

Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,

Aliquantulum quæ afferret, qui dissoluerem

Quæ debeo: & et iam nunc, si uolt Demipho

Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,

Nullam mihi malim, quàm istanc, uxorem dari:

An. Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia

Dicam, scientem, ac imprudentem, incertu' sum.

De. Quid, si animam debet? Ge. ager oppositu' st pignori ob

Decem minas, inquit. D. age age, iam ducat: dabo.

Ge. Aediculae item sunt ob decem alias. De. hoi hu,

Nimum est. Ch. ne clama: petito hasce à me decem.

Ge. Vxori emunda ancillula: tum autem pluscula

Suppellectile opus est, opu' sumptu ad nuptias:

His rebus pone sane, inquit, decem minas.

De. Sexcentas proin potius scribito iam mihi dicas:

Nil do: impuratus me ille ut etiam irrideat?

Ch. Quæso, ego dabo, quiesce: tu modo filius

Fac ut illam ducat, nos quam uolumus. An. hei mihi

Geta, occidisti me tuis fallacijs.

Ch. Mea causa eijcitur; me hoc æquom est amittere.

Ge.

Ge. Quantum potes, me certiozem, inquit, face,
Si illam dant, hanc ut mittam, nec incertus siem:
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.

Ch. Iam accipiet: illis repudium renunciat:
Hanc ducat. De. quæ quidem illi res uortat male.

Ch. Opportune adeo nunc mecum argentum attuli,
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia:
Id sumam: uxori, tibi opus esse, dixero.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Serui astutissimi heros suos fallunt.
- 2 Credulitas sæpe obest.

ACTVS QVARTI SCENAE IIII

PERIOCHA.

Expostulatio adolescentis cum Geta: & huius placatio. Antipho simplex. Callidus Geta.

Eiusdem generis.

Geta. Ge. hem. An. quid egisti? Ge. emunxi argento senes.

AN. Satin' est id? G. nescio hercle: tantum iussu' sum.

An. Eho uerbero, aliud mihi respondes, ac rogo?

G. Quid ergo narras? A. quid ego narro? opera tua ad Restim mihi quidem res redijt planissime:

Vt te quidem omnes dij, deæq; superi inferi

Malis exemplis perdant. hem, si quid uelis,

Huic mades, qui te ad scopulum e tranquillo inferat

Quid

Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere,
 Aut nominare uxorem? iniecta est spes patri,
 Posse illam extrudi. cedo, nunc porro Phormio
 Dotem sic accipiet, uxor ducenda est domum:
 Quid fiet? Ge. enim non ducet. An. noui: ceterum
 Cum argentum repetent, nostra causa scilicet
 In neruom potius ibit. Ge. nihil est Antipho,
 Quin male narrando possit deprauarier.
 Tu id, quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
 Audi nunc contra iam. si argentum acceperit,
 Ducenda est uxor, ut ais: concedo tibi:
 Spatium quidem tandem apparandis nuptijs,
 Vocandi, sacrificandi dabitur paululum:
 Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt:
 Idile istis reddet. A. quam ob rem? aut quid dicet? G.
 rogas?

Quot res? postilla monstra euenerunt mihi:
 Introijt in ædes ater alienus canis.
 Anguis per impluuium decidit de tegulis:
 Gallina cecinit: interdixit hariolus,
 Haruspex uetuit ante brumam aliquid noui
 Negoti incipere; quæ causa est iustissima.
 Hæc fient. An. ut modo fiant. Ge. fiet: me uide.
 Pater exit: abi, dic, esse argentum, Phædræ.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Serui ut plurimum rem tranquillam turbulentissimam reddunt.

2 Irridentur superstitiosi diuinatores & harioli.

Acius

*Cautio senis in argento numerando, Et parasceue
sequentis expositionis.*

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

Iambici octonarij.

Quietus esto inquam: ego curabo, ne quid uerborum duint.

*Hoc temere nunquam amittam ego à me, quin mihi
testes adhibeam,*

*Cum dem: G, quam ob rem dem, commemorabo. Ge.
ut cautus est, ubi nil opu' st.*

*Ch. Atqui ita opus est facto: at matura, dum lubido eadem
hac manet:*

Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiciat.

*Ge. Rem ipsam putasti. De. duc me ad eum ergo. Ge.
non moror. Ch. ubi hoc egeris,*

*Transito ad uxorem meam, ut conueniat hanc prius,
quam hinc abit:*

*Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne succens
seat;*

*Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior,
Nos nostro officio nihil egressos esse; quantum is uoluerit,*

*Datum esse dotis. De. quid, malum, tua id refert? Ch.
magni Demipho.*

De.

De. Non sat, tuum officium te fecisse, si non id fama approbat?

Ch. Volo ipsius quoque uoluntate hoc fieri, ne se eiez tam putet.

De. Idem ego istuc facere possum. Ch. mulier mulieri magi congruet.

De. Rogabo. Ch. ubi nunc illas ego reperire possim cogito.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Prudentia quæ in loco non est, stultitia est.
- 2 Puellæ uoluntas etiam ad nuptias requirenda est.
- 3 In recte facto etiam famæ publicæ habenda est ratio.
- 4 Mulier mulieri magis conuenit.

ACTVS QVINTI SCENAE I

PERIOCHA.

Resciscit de filia elocatione Chremes omnia ex nutrice.

SOPHRONA, CHREMES.

Octonarij iambici catalectici & acatalectici, & iambicus quaternarius unus in mixtis aliquot trochaicis octonarijs.

Vid agam? quem amicum inueniam mihi
misera? aut cui consilia
Hæc referam? aut unde nunc mihi auxi-
lium petam? nam uereor.

Hera ne ob meum suatum inaligne iniuria afficiatur:
Ita patrē adolescētis facta hæc tolerare audio uolēter

Ch. Nam quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ
egressa est meo?

So. Quod ut facerem, me egestas impulit; cum scirem
infirmas

Hæc esse nuptias ut id consulerem, interea uita

Ut in tuto foret. Ch. certe ædepol, nisi me animus fal
lit,

Aut parum oculi prospiciunt, meæ nutricem gnata
uideo.

So. Neque ille inuestigatur. Ch. quid agam? So. qui est
eiu' pater. Ch. adeon',

An maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognosco? So.
quod si eum nunc

Reperire possim, nihil est, quo... uerear. C. ea ipsa est,
conloquar.

So. Quis hic loquitur? Ch. Sophrona. S. & meum non
men nominat? Ch. ad me respice.

So. Dij obsecro uos? est ne hic Stilpho? Ch. non. So.
negas?

Concede hinc paululum à foribus istorsum sodes So
phrona.

Ne me istoc posthac nomine appellabis. So. quid? non
is obsecro es,

Quem semper te esse dictitasti? Ch. st. So. quid has me
tuis fores?

Ch. Conclusam hic habeo uxorem seuam: uerum istos
de nomine

Eo perperã olim dixi, ne uos forte imprudẽtes foris
Effra

Effutiretis, atq; id porro aliqua uxor mea rescisceret
 So. Hem istoc pol nos te hic inuenire miseræ nunquã
 potuimus.

Ch. Eho dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac,
 unde exis? aut ubi

Ille sunt? So. miseram me. Ch. hem quid est? uiuunt ne?
 So. uiuit gnata.

Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors conse-
 cuta est.

Ch. Male factum. So. ego autem, quæ essem anus deser-
 ta, egens, ignota,

Vt potui uirginem nuptum locaui huic adolescenti,
 Harum qui est dominus ædium. Ch. Antiphoni ne? S.
 hem isti ipsi. Ch. quid?

Duas ne is uxores habet? So. au obsecro, unam ille qui
 dem hanc solam.

Ch. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? So. hæc era-
 go est. Ch. quid ais?

So. Composito est factum, quo modo hanc amans ha-
 bere possit

Sine dote. Ch. dij uostram fidẽ, quã sepe forte temere
 Eueniunt, quæ non audeas optare? offendi adueniens,
 Quicum uolebã, atque ut uolebam, conlocatam filiã.
 Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, ut
 fieret,

Sine nostra cura maxuma, sua cura hæc sola fecit.

So. Nunc quid factõ est opus, uide. pater adolescentis
 uenit,

X

2

Eumq;

Eumq; animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. C. nihil periculi est.

Sed per deos atque homines, meam esse hanc, caue reciscat quisquam.

So. Nemo ex me scibit. Ch. sequere me: intus cetera audies.

THESES ETHICAE.

1 Misera est mulier anus amico & defensore carens.

2 Egestas & orbitas saepe multa suadent.

3 Aegritudinem saepe mors consequitur.

4 Res insperato eueniens letitiam parit.

ACTVS QVINTI SCENAE II

PERIOCHA.

Parasceue motus. oratio senis seuera. Seruuli dubia.

DEMIPHO, GETA.

Iambici octonarij catalectici.

Nos nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,

Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos. Ita fugias, ne praeter casam, aiunt. nonne id satis erat, Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est ultro obiectum ei,

Vt sit qui uiuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.

Ge. Planissime. De his nunc praemium est, qui recta praua faciunt.

Ge.

Ge. Verissime. D. ut stultissime quidem illi rem gesserimus.

Ge. Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.

De. Etiam ne id dubium est? Ge. haud scio hercle, ut homo est, an mutet animum.

D. Hem, mutet autem? Ge. nescio: uerum, si forte, dico.

D. Ita faciam, ut frater censuit; uxorem huc eius adducam,

Cum ista ut loquatur. abi Geta: prænuncia hanc uenturam.

Ge. Argentum inuentum est Phædriæ: de iurgio silentur:

Prouisum est, ne in præsentia hæc hinc abeat: quid nunc porro?

Quid fiet? in eodem luto hæsitas: uorsuram soluis

Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plage crescunt,

Nisi prospicis. nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,

Ne quid uereatur Phormionem, aut eiu' orationem.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Etiam senes auari dolent ubi exposuerunt pecuniam.
- 2 Mediocritas in dando tenenda.
- 3 Prauorum studia non sunt pecunia iuuanda.
- 4 Serui gaudent dominos suos decepisse.

X 3

Actus

ACTVS QVINTI SCENAE III
PERIOCHA.

*Nausistratae oratio fastidiosa ut mulieris nobilis
& dotatae. Senum colloquium intricatum. Chremetis
persona in gaudio sollicita. Demiphonis aperta.*

DEMIPHO, NAUSISTRATA,
CHREMES.

Iambici octonarij & catalectici.

Agedum, ut soles Nausistrata, fac illa ut placet
cetur nobis;
Ut sua uoluntate id, quod est faciundum, faciat. Na.
faciam.

De. Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re optulata es.

Na. Factum uolo: ac pol queo minu' uiri culpa, quam me dignum est.

De. Quid autem? Na. quia pol mei patris bene parta indiligenter

Tutatur: nam ex his praedijs talenta argenti bina capiebat statim. hem, uir uiro quid praestat. De. bina queso?

Nau. Ac rebus uilioribu' multo, tamen talenta bina. De. hui.

Na. Quid haec uidentur? De. scilicet. Na. uirum me nam tam uellem:

Ego ostenderem. De. certe scio. Na. quo pacto. De. parce sodes,

Vt possis cum illa ne te adolescens mulier defatiget.

Na. Faciam. ut iubes: sed meum uirum abs te exire uis deo. Ch. hem Demipho,

Iam illi datum est argentum? De. curauillico. Ch. nollem datum.

Hei, uideo uxorem: pene plus, quam sat erat. De. cur nolles Chrem?

Ch. iam recte. De. quid tu? ecquid locutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus?

Ch. Transegi. De. quid ait tandem? Ch. adduci non potest. De. quid non potest?

Ch. Quia uterque utrique est cordi. De. quid istuc nostra? Ch. magni praeter haec,

Cognatam comperi esse nobis. De. quid? deliras? Ch. sic erit:

Non temere dico: redi mecum in memoriam. De. sati ne sanus es?

Na. Au, obsecro uide, ne in cognatam pecces. De. non est. Ch. ne nega:

Patri nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. D. non norat patrem?

Ch. Norat. De. cur aliud dixit? Ch. nunquam hodie concedes mihi, neque

Intelleges? De. si tu nil narres. Ch. pergis? Na. miror quid hoc fiet.

D. Equidem hercle nescio. Ch. uin' scire? at ita me seruet Iupiter,

Vt propior illi, quam ego sum, ac tu, nemo est homo.

De. dij uostram fidem:

Eamus ad ipsam una omnes nos: aut scire, aut nescire
hoc uolo. Ch. ah.

De. Quid est? C. Itane paruam mihi fidem esse apud
te? De. uin' me credere?

Vin' satis quæsitum mihi istuc esse? age fiat. quid illa
filia

Amici nostri, quid futurum est? Ch. recte. De. hanc
igitur mittimus?

Ch. Quid ni? De. illa maneat? Ch. sic. D. ire igitur tibi
licet Nausistrata.

Na. Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quam
ut cœperas,

Manere hanc: nam perliberalis uisa est, cū uidi, mihi.

De. Quid istuc negotij est? Ch. iam ne operuit ostium?

De. iam. Ch. o Iupiter,

Dij nos respiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo
filio. De. hem,

Quo pacto id potuit? Ch. non satis tutus est ad nar-
randum hic locus.

D. At tu intro abi. Ch. heus, ne filij nostri quidem hoc
resciscant, uolo.

THESES ETHICAE.

I Usitatum est mulieribus conqueri de uirorū luxu
& negligentia.

2 Verborum perplexitate & ambagibus obscu-
randum est, quod non uelis ab omnibus audientibus in-
tellegi.

Homo

3 Homo rusticus & rudis ea quæ obscure dicuntur non intellegit.

ACTVS QVINTI SCENAE IIII

PERIOCHA.

Ad explicationem eorum quæ restant reducitur Antipho, cuius oratio est pro re nata sat modesta & liberalis.

ANTIPHO.

Iambici octonarij catalectici.

Lætu' sum, ut ut meæ res sese habent, fratri obligasse quod uolt.

Quam scitum est, eiusmodi parare in animo cupiditates,

Quas cum res aduersæ sient, paulo mederi possis.

Hic simul argētum repperit, cura sese expediuit:

Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis,

Quin, si hoc celetur, in metu, sin patefit, in probro sim.

Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes ostensa

Huiusce habendæ. sed ubinam Getam inuenire possum, ut

Rogem, quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

THESES ETHICAE.

I Suis ipsorum incommodis amatores gaudent.

X 5 Scilicet

Scilicet insano nemo in amore uidet.

2 Pulchrum est affectibus mederi in afflictione.

ACTVS QVINTI SCENAE V

PERIOCHA.

Etiam Phormionem adesse oportebat: prodit igitur, suum præclarum facinus illud ostentans. Ethos parasiticon.

PHORMIO, ANTIPHO.

Iambici octonarij acatalectici.

Argentum accepi, tradidi lenoni: abduxi mulierem:

Curavi, propria ea Phædria ut poteretur: nam emissa est manu:

Nunc una res mihi etiam restat, quæ est conficiunda, otium

A senibus ad potandum ut habeam: nam aliquot hos sumam dies.

An. Sed Phormio est: quid ais? Ph. quid? An. quidnam nunc facturus Phædria?

Quo pacto satietatem amoris ait se uelle sumere?

Ph. Vicissim parteis tuas acturus est. An. quas? Ph. ut fugitet patrem:

Te suam rogauit rursum ut ageres causam, ut pro se diceres:

Nam potaturus est apud me: ego me ire senibus Stenium

Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta;

Ne

Ne cum hic non uideant me, conficere credant argen-
tum suum.

Sed ostium concrepuit abs te. An. uide, quis egredi-
tur. Ph. Geta est.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Serui infideles suis technis gaudent.
- 2 Serui dominorum incōmodo cuncta abligurriūt.

ACTVS QVINTI SCENAE VI

PERIOCHA.

Indicatio quorundam, quæ quasi per nebulam aus-
dierat seruus, quibus Antiphonis res explicaretur.
Serui ethos exultabundum & alacre. Adolescentis læ-
tum. Phormionis gratulabundum. Struit dolum retia-
nendi argenti Phormio, ut gratificetur Phædræ.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

Trochaici octonarij catalectici & iambici senarij.

O Fortuna, o fors fortuna, quātis cōmoditatibus,
Quā subito hero meo Antiphoni ope uestra
hunc onerastis diem?

An. Quidnam hic sibi uolt? Ge. nosq; amicos eiu' ex-
onerastis metu?

Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc one-
ro pallio?

Atque hominem propero inuenire, ut hæc, quæ contē-
gerint, sciat?

An. Num tu intellegi, quid hic narret? P. num tu? An.
ml

nil. P. tantundem ego.

Ge. Ad Lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. An.
heus Geta. Ge. hem tibi.

Num mirum, aut nouum est, reuocari, cursum cum in-
stitueris? An. Geta.

Ge. Pergit: hercle nunquã tu tuo odio uinces me. An.
non manes?

Ge. Vapulabis. curialis uernula est, qui me uocat.

An. Id tibi quidem iam fiet, nisi resistis, uerbero.

Ge. Familiariorem oportet esse hunc, qui minitatur
malum:

Sed is ne est, quem quæro, an non? ipsu' est. Ph. congre-
dere actutum. An. quid est?

G. O omnium, quantum est, qui uiuãt, hominum homo
honoratissime:

Nam sine controuersia à dijs solus diligere Antipho.

An. Ita uelim: sed qui istuc credam ita esse, mihi dici
uelim.

G. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? An. enicas.

Ph. Quin tu hinc pollicitationes aufer, et, quod fers
cedo. Ge. oh,

Tu quoque hic aderas Phormio? Ph. aderam: sed cese-
sas? Ge. accipe, hem.

Vt modo argentum dedimus tibi apud forum, recta
domum

Sumu' profecti: interea mittit herus me ad uxorem
tuam.

An. Quamobrem? Ge. omitto proloqui: nam nihil ad
hanc

hanc rem est Antipho

Ubi in gynaeceum ire occipio, puer ad me accurrit

Mida:

Pone apprehendit pallio, resupinat; respicio: rogo

Quamobrem retineat me: ait esse uetitum intro ad heram accedere:

Sophrona modo fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem,

Eumq; nunc esse intus cum illis. hoc ubi ego audiui, ad fores

Suspensio gradu placide ire perrexi: accessi: astiti:

Animam compressi: aurem admoui: ita animum coepi attendere,

Hoc modo sermonem captans. An. euge Geta. Ge. hic pulcherrimum

Facinus audiui: itaq; penè hercle exclamaui gaudio.

Ph. Quod? Ge. quodnam arbitrare? An. nescio. Ge. at qui mirificissimum:

Patrius tuus est pater inuentus Phanio uxori tuae.

An. hem,

Quid ais? G. cum eiu' olim consuevit matre in Lemno clanculum.

Ph. Somnium: utin' hæc ignoraret suum patrem? Ge. aliquid credito

Phormio esse causæ: sed me censen' potuisse omnia

Intellegere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi egerint?

Ph. Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam.

Ge. imo

Ge. imo etiam dabo,
 Quo magi credas. patruus interea inde huc egredi-
 tur foras:

Haud multo post cum patre idem recipit se intro des-
 nuo:

Ait uterque tibi potestatem eius habenda se dare:
 Denique ego sum missus, te ut requirerem, atque ad-
 ducerem.

An. Hem, quin ergo? rape me: cessas? Ge. fecero. An. o
 mi Phormio

Vale. Ph. uale Antipho: bene, ita me dii ament, factum
 & gaudeo.

Tantam fortunam de improviso esse his datam?
 Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,
 Et Phædræ curam adimere argentariam,
 Ne cuiquam suorum æqualium supplex fiet:
 Nam idem hoc argentum ita ut datum est ingratis,
 His datum erit: hoc qui cogam, re ipsa repperi.
 Nunc gestus mihi, uoltusq; est capiendus nouus.
 Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum:
 Inde hisce ostendam me, ubi erunt egressi foras:
 Quò me assimularam ire ad mercatum, non eo.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Serui adultores gratulantur dominis fortuna-
 eos successus rerum.
- 2 Serui sunt exploratores & secretorum rimatores.

Fortius

§ Fortunati & improvisi euentus admirationem pariunt.

4 In hoc toti sunt sycophantæ, ut pecuniam uel fraude comparent, uel non reddant.

ACTVS QVINTI SCENAE VII

PERIOCHA I. C.

Hic est ante catastrophem maximus motus, rixantibus parcis senibus cum parasito leui et impudente.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

Eiusdem generis.

Dis magnas merito gratias habeo, atque ago,
Quando euenere hæc nobis frater prospere.
Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est,

Priusquam dilapidet nostras triginta minas,

Vt auferamus. Ph. Demiphonem, si domi est,

Visam: ut quod. De. at nos ad te ibamus Phormio.

Ph. De eadem hac fortasse causa? De. ita hercle. Ph. credidi.

Quid ad me ibatis? ridiculum: an ueremini,

Ne non id facerem, quod recepissem semel?

Heus, quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen

Adhuc curauim unum hoc quidem, ut mi esset fides.

Ch. Est ne ea ita, ut dixi, liberalis? De. oppido.

Ph. Itaque ad uos uenio, nunciatum Demipho,

Paratum me esse: ubi uoltis, uxorem date.

Nam omneis posthabui mihi res, ita uti par fuit,

Postquam

Postquam, tantopere id uos uelle, animum aduorterā.

De. At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem:

Nam qui rumor erit populi, inquit, si id feceris?

Olim cum honeste potuit, tum non est data:

Nunc uiduam extrudi, turpe est: ferme eadem omnia,

Quæ tute dudum coram me incusaueras.

Ph. Satin' superbe inluditis me? De. qui? Ph. rogas?

Quia ne alteram quidem illam potero ducere.

Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?

Ch. Tum autem Antiphonem uideo ab sese amittere

Inuitum eam, inque. De. tum autem uideo filium

Inuitum sane mulierem ab se amittere.

Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi

Argentum iube rursus rescribi Phormio.

Ph. Quod? na ego perscripsi porro illis, quibus debui.

De. Quid igitur fiet? Ph. si uis mihi uxorem dare,

Quam despondisti, ducam: sin est, ut uelis

Manere apud te illam, hic dos maneat Demipho:

Nam non est æquom me propter uos decipi;

Cum ego uestri honoris causa repudium alteri

Remiserim, quæ tantundem dotis dabat.

De. I hinc in malam rem cum istac magnificentia

Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,

Aut tua facta adeo? P. iritor. D. tu ne hanc duceres,

Si tibi data esset? Ph. fac periculum De. ut filius

Cum illa habitet apud te, hoc uestrum consilium fuit

Ph. Quæso, quid narras? De. quin tu mihi argentum

cedo.

Ph.

Ph. Imo uero tu uxorem cedo. De. in ius ambula.

Ph. In ius? enim uero si porro esse odiosi pergitis.

De. Quid facies? Ph. egone? uos me indotatis modo Patrocinari fortasse arbitramini:

Etiam dotatis soleo. Ch. quid id nostra? Ph. nihil.

Hic quandam noram, cuius uir uxorem. Ch. hem.

De. quid est?

Ph. Lemni habuit aliam. Ch. nullus sum. Ph. ex qua fili-

liam

Suscepit: & eam clam educat. Ch. sepultu' sum.

Ph. Hæc adeo ego illi iam denarrabo. Ch. obsecro,

Ne facias. Ph. oh, tun' is eras? De. ut ludos facit.

Ch. Missum te facimus. Ph. fabulæ. Ch. quid uis tibi?

Argentum quod habes, condonamus te. Ph. audio:

Quid uos, malum, ergo me sic ludificamini

Inepti uostra puerili sententia?

Nolo, uolo: uolo, nolo rursus: cedo, cape:

Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum,
irritum est.

Ch. Quo pacto, aut unde hæc hic resciiuit? De. nescio,

Nisi, me dixisse nemini, id certo scio.

Ch. Monstri, ita me dii ament, simile. Ph. inieci scrupu-

lum. De. hem,

Hiccine ut à nobis hoc tantum argenti auferat,

Tam aperte irridens? emori hercle satius est:

Animo uirili præsentiq; ut sis, para.

Vides tuum peccatum esse elatum foras,

Neque iam id celare posse te uxorem tuam:

Y

Nunc

Nunc quod ipsa ex alijs auditura sit Chreme,
Id nosmet indicare placabilius est.

Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Vlcisci. Ph. at at, nisi mihi prospicio, hæreo:
Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam.

Ch. At uereor, ut placari possit. De. bono animo es:

Ego redigam uos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Cum è medio excessit, unde hæc suscepta est tibi.

Ph. Itane mecum agitis? satis astute aggredimini:

Non hercle ex re istiu' me instigasti Demipho.

An tu, ubi peregre, tibi quod lubitum fuit, feceris,

Neque huius sis ueritus fœminæ primariæ,

Nouo modo ei quin faceres contumelias;

Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?

Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,

Vt ne restringas, lacrumis si extillaueris.

De. Malum, quod isti dij, de æq; omnes diuint.

Tantane affectum hominem quenquam esse audacia?

Non ne hoc publicitus scelus hinc deportarier

In solas terras? Ch. in id redactus sum loci,

Vt nesciam prorsus, quid agã cum illo. D. ego scio:

In ius eamus. Ph. in ius? huc, si quid lubet.

De. Assequere, ac retine, dum huc ego seruos euoco.

Ch. Enim solu' nequeo: accurre huc. P. una iniuria est

Tecũ. Ch. lege agito ergo. Ph. altera est tecũ Chreme.

D. Rape hunc. P. Itane agitis? enim uero uoce est opus.

Nausistrata exi. Ch. os opprime. D. impurum uide,

Quantum ualet. Ph. Nausistrata inquam. Ch. nõ taces?

ph.

ph. Taceam? D. ni sequitur, pugnosc in uentremingere.

ph. Vel oculum exculpe: est, ubi uos ulciscar probe.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Parasitorū insignis est audacia atq; impudentia.
- 2 Quod parasitis semel in manus uenit nulla ratione extorquetur.
- 3 Maritus etiam ob peccatum non ita uxorem timeat, ut se uirum esse obliuiscatur.

ACTVS QVINTI SCENAE VIII

PERIOCHA I. C.

Grauis accusatio mariti coram uxore. Deprecatio, & cōclusio leta. Persona Nausistratae superba & infesta uiro: Chremetis summissa & conscientia facti trepida: Demiphonis pacificatrix.

NAUSISTRATA, CHREMES,
PHORMIO, DEMIPHO.

Iambici senarij & trochaici octonarij.

Q Vi nominat me? Ch. hem. Na. quid istuc tura
bæ est obsecro

Mi uir? ph. hem quid nunc obticuiisti? Na. quis hic homo est?

Non mihi respondes? ph. hiccine ut respondeat?

Qui hercle, ubi sit, nescit. C. caue isti quidquã creduas

ph. Abi: tange: si non totus friget, me enica.

Ch. Nihil est. Na. quid ergo est? quid istic narrat? ph.
iam scies:

Ausculta. Ch. pergin' credere? Na. quid ego obsecro

X 2 Huic

Huic credam, qui nil dixit? Ph. delirat miser
 Timore. Na. non pol temere est, quod tu tam times.
 Ch. Ego timeo? Ph. recte sane: quando nihil times,
 Et hoc nihil est, quod dico ego, tu narra. De. scelus,
 Tibi narret? Ph. eho tu, factum est abs te sedulo
 Pro fratre. Na. mi uir non mihi narras? Ch. at. Nau.
 quid at?

Ch. Non opus est dicto. Ph. tibi quidem: at scito huic
 opu^s st.

In Lemno. Ch. hem quid ais? D. non taces? Ph. clam te
 Ch. hei mihi.

Ph. Vxorem duxit. Na. mi homo dij melius duint.

Ph. Sic factum est. Na. perij misera. Ph. & inde filiam
 Suscepit iam unam, dum tu dormis. Ch. quid agimus?

Na. Pro dij immortales, facinus indignum, & malum.

Ph. Hoc actum est. Na. an quidquam hodie est factum
 indignius?

Qui mi, ubi ad uxores uentum est, tum fiunt senes.

Demipho, te appello: nam me cum hoc ipso distædet
 loqui.

Hæcine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ
 Lemni? hæcine erat, quæ nostros fructus minuebat,
 uilitas?

De. Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam
 non nego,

Sed eam, quæ sit ignoscenda. Ph. uerba fiunt mortuo.

De. Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit
 tuo.

Vino

Violentus fere ab hinc annos quindecim mulierculam
Eam compressit unde hæc nata est, neque post illa
unquam attigit.

Ea mortem obiit: è medio abiit: qui fit in re hac scrupulus?

Quam ob rem te oro, ut alia facta tua sunt, æquo animo hoc feras.

Na. Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iam defungier.

Sed quid sperem? ætate porro minu' peccaturum putem?

Iam tum erat senex, senectus si uerecundos facit.

An mea forma, atque ætas nunc magis expetenda est Demipho?

Quid mihi affers, quam ob rem expecte, aut sperem porro non fore?

Ph. Exequias Chremeti, quibus commodum ire, hinc tempus est.

Sic dabo: age age nunc, Phormionem, qui uolet, lascito:

Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.

Redeat sane in gratiam: iam supplicij satis est mihi.

Habet hæc, ei quod, dum uiuat, usq; ad aurem obganat.

N. At meo merito credo. quid ego nunc commemorem Demipho

Singillatim, qualis in istum fuerim? D. noui æque omnia

Tecum

Tecum. Na. meriton' meo hoc uidetur factum? D. mi
nime gentium:

Verum, quando iam accusando fieri infectum non po
test,

Ignosce: orat, confitetur, purgat: quid uis amplius?

Ph. Enim uero, prius quam hæc dat ueniam, mihi pro
spiciam & Phædriæ.

Heus Nausistrata, prius quam huic respondes temere,
audi. Na. quid est?

Ph. Ego minas triginta ab isto per fallaciam abstuli:
Eas dedi tuo gnato. is pro sua amica lenoni dedit.

C. Hem quid ais? N. adeon' indignum tibi uidetur, fra
lius

Homo adolescens unam si habet amicam? tu uxores
duas.

Nil pudere? quo ore illum obiurgabis? responde mihi.

D. Faciet, ut uoles. N. imo, ut iam scias meam senten
tiam,

Neque ego ignosco, neque promitto quidquam, neque
respondeo,

Prius quam gnatum uideo: eius iudicio permitto oma
nia: is

Quod iubebit, faciam. P. mulier sapiens es Nausistrata.

Na. Satin' id est tibi? Ph. imo uero pulchre discedo,
& probe,

Et præter spem. Na. tu tuum nomen dic quod est. Ph.
min' Phormio,

Vestrae familie hercle amicus, et tuo summus Phædriæ

Na.

Na. Phormio, at ego æcastor posthac tibi, quod poterō,
 ro, & que uoles,

Faciamq; & dicam. Ph. benigne dicis. Na. pol meritū
 est tuum.

Ph. Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam
 Nausistrata,

Et quod tuo uiro oculi dolcant? Na. cupio. Ph. me ad
 cœnam uoca.

Na. pol uero uoco. D. eamus intro hinc. Na. fiat: sed
 ubi est Phœdria,

Iudex noster? Ph. iam hic faxo aderit. Vos ualete, &
 plaudite.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Male sibi conscij tanquã peccatores obstupescūt.
- 2 Magna fit controuersia inter uxorem honestam,
 & maritum mœchum. Est enim coniugium dispar &
 infidele.
- 3 Vinum nihil moderabile suadet.
- 4 Amor meretricew est fundi calamitas.
- 5 Factum nequit fieri infectum.
- 6 Vere resipiscenti uenia danda est.

FINIS PHORMIONIS.

Y 4 Acta

333 HECYRA TERENTII
ACTA LVDIS ROMANIS SEX. IV^o
LIO CAES. CN. CORNELIO DOLA^o
BELLA AEDIL. CVR. NON EST
PERACTA TOTA. MODOS FECIT
FLACCVS CLAVD. TIBIIS PARILIB.
CN. OCTAVIO, T. MANLIO COS.
RELATA EST ITERVM LVDIS FV^o
NEBRIVS. RELATA EST TER^o
TIO Q. FVLVIO, L. MARCIO
AEDILIBVS CVRV^o
LIBVS.

PERSONAE.

PHILOTIS	<i>meretrix,</i>
SYRA	<i>anus,</i>
PARMENO	<i>seruus,</i>
LACHES	<i>senex,</i>
SOSTRATA	<i>mulier,</i>
PHIDIPPVS	<i>senex</i>
PAMPHILVS	<i>adolescens,</i>
MYRRHINA	<i>mulier,</i>
SOSIA	<i>seruus,</i>
BACCHIS	<i>meretrix.</i>

C. SVL^o

TERENTII. 334
C. SVLPICII APOLLINARIS
PERIOCHA.

VXorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans uirgini uitiū obtulit:
Eiusq; per uim quem detraxit annulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ:
Dein profectus in Imbrum est: nuptam haud attigit.
Hanc mater utero grauidam, ne id sciat socrus
Ut ægram ad se transfert: reuertit Pamphilus
Deprehendit partum: celat: uxorem tamen
Recipere non uolt. pater incusat Bacchidis
Amorem: dum se purgat Bacchis, annulum
Mater uitiatæ forte agnoscit Myrrhina.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

PROLOGVS

Reddit rationem cur explosa denuo cognoscenda
sit: & excusando infortunium attentionem postulat.

HEcyra est huic nomē fabulæ. hæc cum data
Est noua, nouum interuenit uitium, & cala
mitas,

Vt neque spectari, neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc hæc plane est pro noua:
Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum possit uendere.

Y 5

Alias

Alias cognostis eius: quæso hanc noscite.
 Orator ad uos uenio ornatu prologi.
 Sinite exorator sim, eodem ut iure uti senem
 Liceat, quo iure sum usus adolescentior,
 Nouas qui exactas feci ut inueterascerent,
 Ne cum poeta scriptura euanesceret.
 In his, quas primum Cæcilij didici nouas,
 Partim sunt earum exactus, partim uix steti.
 Quia scibam dubiam fortunam esse scenicam,
 Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.
 Easdem agere cœpi, ut ab eodem alias discerem
 Nouas studiose, ne illum ab studio abducerem.
 Perfeci, ut spectarentur. ubi sunt cognite,
 Placite sunt. ita poetam restitui in locum,
 Prope iam remotum iniuria aduersarium
 Ab studio, atque ab labore, atque ab arte musica.
 Quòd si scripturam spreuissim in præsentia, &
 In deterrendo uoluissim operam sumere,
 Ut in otio esset, potius quàm in negotio:
 Deterruissim facile, ne alias scriberet.
 Nunc quid petam, mea causa, æquo animo attendite.
 Hecyram ad uos refero, quàm mihi per silentium
 Nunquam agere licitum est, ita eam oppressit cala-
 mitas.

Eam calamitatem uestra intellegentia
 Sedabit, si erit adiutrix nostræ industria.
 Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria,
 Eunambuli eodem accessit expectatio:

Comia

Comitum conuentus, studium, clamor mulierum
 Fecere, ut ante tempus exirem foras.
 Vetere in noua cœpi uti consuetudine,
 In experiundo ut essem: refero denuo;
 Primo actu placeo: cum interea rumor uenit,
 Datum iri gladiatores: populus conuolat:
 Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
 Interea ego meum non potui tutari locum.
 Nunc turba nulla est: otium, & silentium est:
 Agendi tempus mihi datum est: uobis datur
 Potestas condecorandi ludos scenicos.
 Nolite sinere per uos artem musicam
 Recidere ad paucos. facite, ut uestra auctoritas
 Meae auctoritati fautrix, adiutrixq; sit.
 Si nunquam auare statui pretium arti meae,
 Et eum esse quaestum in animum induxi maximum,
 Quam maxume seruire uostris commodis:
 Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
 Studium suum, & se in uostram commisit fidem,
 Ne eum circumuentum inique iniqui irrideant.
 Mea causa causam hanc accipite, & silentium
 Date, ut lubeat scribere alijs, mihiq; ut discere
 Nouas expediat, posthac pretio emptas meo.

ACTUS

HECYRA
ACTVS PRIMÆ SCENAE PRIMAE
PERIOCHA I. C.

Parasceue occasionis, qua exponatur argumēta
tū fabulae adhibitis duabus personis protaticis. Syra
ethos prauum & turpe: Philotidos commodius.

PHILOTIS, SYRA.

Iambici senarij.



DER pol quān paucos reperias mea
retricibus
Fideleis euenire amatores Syra.
Vel hic Phamphilus iurabat quoa
ties Bacchidi,
Quān sancte, ut quiuis facile posse

set credere,
Nunquam illa uiua ducturum uxorem domum:
Hem duxit. Sy. ergo propterea te sedulo
Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem naeta sis.
Ph. Vtin' eximium neminem habeam? Sy. neminem:
Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te uenit,
Quin ita paret sese, abs te ut blanditijs suis
Quam minimo pretio suam uoluptatem expleat.
Hiscine tu amabo non contra insidiabere?
Ph. Tamen eandem pol esse omnibus iniurium est.
Sy. Iniurium est autem ulcisci aduersarios?
Aut qua uia captent te illi, eadem ipsos capi?

Ehem

*Eheu me miseram, cur non aut istæc mihi
Aetas & forma est, aut tibi hæc sententiæ?*

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Plerumq; in amore turpi fides soluitur.
- 2 Iuramenta amatorum fallatiora sunt.
- 3 Lenæ semper sui similes sunt, quippe amatoribus expoliandis & in nassam pelliciendis.

ACTVS PRIMÆ SCENÆ II

PERIOCHA.

*Explicatio elegans totius negotij expositi hæc fabula. Parmeno sat bonus & prudens: Philotis com-
moda.*

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

Eiusdem generis.

Senex si quæret me, modo isse dicito
Ad portum percontatum aduentum Pamphili.
Audin', quid dicam, Scirte? si quæret me, uti
Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris;
Alias ut uti possim causa hac integra.
Sed uideon' ego Philotium? unde hæc aduenit?
Philotis, salue multum. Ph. o salue Parmeno.
Sy. Salue mecastor Parmeno. Pa. & tu adepol Syra.
Dic mihi Philoti, ubi te oblectasti tam diu?
Ph. Minime me equidem oblectavi, quæ cum milite
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:
Biennium ibi perpetuum misera illum tuli.

Pa.

Pa. Aedepol te desiderium Athenarum arbitror
 Philotium cepisse saepe, & te tuum
 Consilium contempsisse. Ph. non dici potest,
 Quam cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,
 Vosq; hic uidendi, antiqua ut consuetudine
 Agitarem inter uos libere conuiuium:
 Nam illi haud licebat nisi praefinito loqui
 Quae illi placerent. Pa. haud opinor commode
 Finem statuisse orationi militem.

Ph. Sed quid negoti hoc? modo quae narrauit mihi
 Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
 Fore, ut ille hac uiua posset animum inducere
 Vxorem habere. Pa. habere autem? Ph. eho tu, an non
 habet?

Pa. Habet, sed firmæ hæ uereor ut sint nuptiæ.

Ph. Ita dii deæq; faxint, si in rem est Bacchidis.
 Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi Parmeno.

Pa. Non est opus prolato: hoc percontarier
 Desiste. Ph. nempe ea causa, ut ne id fiat palam.

Ita me dii bene ament haud propterea te rogo, ut
 Hoc proferam, sed tacita ut mecum gaudeam.

Pa. Nunquam dices tam commode, ut tergum meum
 Tuam in fidem committam. Ph. ah noli Parmeno:

Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi,
 Quam ego, quae perconter, scire. Pa. uera hæc præ
 dicat:

Et mi illud uitium maximum est. si mihi fidem
 Das te tacituram, dicam. Ph. ad ingenium redis.

Fidem

Fidem do, loquere. Pa. ausculta. Ph. istic sum. Pa. hanc
Bacchidem

Amabat, ut cum maxume, tum Pamphilus,
Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
Et hæc, communia omnium quæ sunt patrum,
Senem se dicere esse, illum autem esse unicum,
Præsidium uelle se senectuti suæ.
Ille primo se negare: sed postquam acrius
Pater instat, fecit animi ut incertus foret,
Pudorin', an ne amor obsequeretur magis.
Tundendo, atque odio denique effecit senex:
Despondit gnatam ei huius uicini proxumi.
Vsq̄ue illud uisum est Pamphilo neutiquam graue,
Donec iam in ipsis nuptijs. postquam uidet
Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari:
Ibi demum ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem,
Si adesset, credo ibi eius commiseresceret.
Vbicunq̄e datum erat spatium solitudinis,
Ut conloqui mecum una' posset: Parmeno
Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno: perij miser.
Ph. At te dij de æq̄; perduint cum isto odio Laches.
Pa. Ad pauca ut redeam, uxorem deducit domum:
Nocte illa prima uirginem non attigit:
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis.
Ph. Quid ais? cum uirgine una adolescens cubuerit,
Plus potus, illa se abstinere ut potuerit?
Non uerisimile dicis: nec uerum arbitror.

Pa. Credo

Pa. Credo ita uideri tibi: nam nemo ad te uenit,
Nisi cupiens tui: ille inuitus illam duxerat.

Ph. Quid deinde fit? Par. diebus sane pauculis
Post Pamphilus me solum seducit foras,
Narratq; ut uirgo à se integra etiam tum fiet:
Seq; ante, eam quàm uxorem duxisset domum,
Sperasse eas tolerare posse nuptias.

Sed quam decreverim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi à suis,
Neque honestum mihi, neque utile ipsi uirgini est.

Ph. Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili.

Pa. Hoc ego proferre, incommodū esse mihi arbitror:
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas uiti,
Superbum est: sed illam spero, ubi hoc cognouerit
Non posse se mecum esse, abituram denique.

Ph. Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? Pa. quotidie:
Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese uidet,
Maligna multo, & magis pro cax facta illico est.

Ph. Non æpol mirum. Par. atqui ea res multo maxime

Disiunxit illum ab illa, postquam & ipse se,
Et illam, & hanc, quæ domi erat, cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum æstimans.
Hæc, ita uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda, atque iniurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim uxoris misericordia

Deuictus,

Deuictus, partim uictus huius iniuria,
 Paulatim elapsus est Bacchidi, atque huic transtulit
 Amorem, postquam par ingenium nactus est.
 Interea in Imbro moritur cognatus senex
 Horum, ea ad hos redibat lege hereditas.
 Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater,
 Reliquit cum matre hic uxorem: nam senex
 Rus abdedit se: huc raro in urbem com meat.
 Ph. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
 Pa. Nunc audies. primum dies complusculos
 Bene conueniebat sane inter eas: interim
 Miris modis odisse cœpit Sostratam,
 Neque lites ullæ inter eas, postulatio
 Nunquam. Ph. quid igitur? Par. si quando ad eam ac-
 cesserat

Confabulatum, fugere est conspectu illico,
 Videre nolle. denique, ubi non quit pati,
 Simulat se à matre accersi ad rem diuinam, abit.
 Vbi ibi est dies complureis, accersi iubet.
 Dixere causam tunc nescio quam: iterum iubet:
 Nemo remisit. postquam accersunt sæpius,
 Aegram esse simulant mulierem. nostra illico
 It uisere ad eam: admisit nemo. hoc ubi senex
 Resciuit, heri ea causa rure aduenit huc,
 Patrem continuo conuenit Philumena.
 Quid egerint inter se, nondum etiam scio:
 Nisi sane curæ est, quorsum euenturum hoc fiet.
 Habes omnem rem: pergam quò cœpi hoc iter.

Z

Ph.

Ph. Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite
 Me esse illum conuenturam. Par. dij uortant bene
 Quod agas. Ph. uale. Par. & tu bene uale Philotium.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Serui ordinarij imperiosiores sunt, quàm decet
 & conuenit.
- 2 Dura est scortorum apud militem seruitus.
- 3 Meretrices de amore suo magis quàm de conu-
 bio honesto sollicitæ sunt.
- 4 Percontantur arcana studiosius meretrices.
- 5 Seruilis garrulitatis hic est exemplum. Non igitur
 est tutum, seruis, quod diuulgatum nolumus, crea-
 dere.

ACTVS SECVNDI SCENAE I

PERIOCHA.

Contentio & lites inter coniuges. Senis persona
 iracunda & uehemens & obiurgatoria. Sostrate in-
 nocens & moderata.

LACHES, SOSTRATA.

Iambici octonarij & pauci senarij admixtis trocha-
 icis octonarijs.



Pro deum atque hominum fidem, quod hoc
 genus est, quæ hæc coniuratio.
 Ut omnes mulieres eadem æque studeant,
 nolint quæ omnia?
 Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ula-
 lam reperias:

Itaque

Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus,
uiris

Esse aduersas, æque studium est, similis est pertinacia.

In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiam: &

Ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio.

S. Me miseram, quæ nunc, quamobrem accuser, nescio.
La. hem

Tu nescis? So. non, ita me dii bene ament mi Laches,
Itaque una inter nos agere ætatem liceat. La. dii mala prohibeant.

So. Meque abs te immerito esse accusatam, post modo rescisces. La. scio.

Te immerito? an quidquam pro istis factis dignum te dici potest,

Quæ me, & te, & familiam dedecoras, filio luctum paras?

Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis;

Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent.

Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia.

S. Egone? L. tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem haud hominem putas.

An, quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini,

Quo quisque pacto hic uitam uestrorum exigat?
 Multo melius, hic quæ fiunt, quàm illi ubi sum abs-
 due, scio:

Ideo quia, uti uos mihi domi eritis, proinde ego ero
 foris.

Tam pridem equidem audiui cepisse odium tui Philue-
 menam:

Minimeq; adeo mirum: & ni id fecisset, magis mirum
 foret.

Sed non credidi adeo, ut etiam totam hanc odisset do-
 mum:

Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isse
 foras.

At uide, quàm immerito ægritudo hæc oritur mi abs-
 te Sostrata.

Rus habitatum abij, concedens uobis, & rei seruiens,
 Sumptus uestros, otiumq; ut nostra res posset pati,
 Meo labori haud parcens, præter æquom atque ætas-
 tem meam.

Non te pro his curasse rebus, ne quid ægre esset mihi?
 S. Non mea opera, neque pot culpa euenit. L. imo ma-
 xime.

Sola hic fuisti: in te omnis hæret culpa sola Sostrata.
 Quæ hic erant, curares; cum ego uos solui curis ces-
 teris.

Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet,
 Illi dices culpa factum. S. haud equidem dico mi
 Laches.

L. Gaudeo

L. Gaudeo (ita me diu ament) gnati causa: nam de te
quidem,

Sati scio, peccando detrimenti nil fieri potest.

S. Qui scis, an ea causa mi uir me odisse assimulaue-
rit,

Vt cum matre una plus esset? L. quid ais? non signi fac-
est,

Quod here nemo uoluit uisentem te ad eam intromit-
tere?

S. Enim lassam oppido tum aiebant: eo ad eam non ad-
missa sum.

L. Tuos esse illi mores morbum magi, quam ullam
aliam rem arbitror:

Et merito adeo: nam uostrarum nulla est, quin gnatum
uelit

Ducere uxorem: & quae uobis placita conditio est,
datur:

Vbi duxere impulsu uostro, uostro impulsu easdem
exigunt.

THESES ETHICAE.

- 1 Vniuersis mulieribus idem est ingenium eademque
malicia.
- 2 Magna est patrisfamilias & ruri & domi ratio
& cura.
- 3 Socrus fere nurus suas odisse solent.
- 4 Vxoris est familiam bene curare, sicut mariti uis-
tum ruri comparare.

Senum colloquium. Phidippus mansuetus. Lachetis ethos difficilius.

PHIDIPPVS, LACHES,
SOSTRATA

Iambici octonarij catalectici.

Etsi scio Philumena meū ius esse, ut te cogam,
Quæ ego imperem facere: ego tamen patrio
animo uictus faciam

Vt tibi concedam, neque tuæ libidini aduorsabor.

L. Atque eccum Phidippum optume uideo: ex hoc iã
scibo, quid sit.

Phidippe, esse ego meis omnibus scio me apprime oba
sequentem:

Sed non adeo, ut facilitas mea illorum corrumpat
animos.

Quòd si tu idem faceres, magis in rem & nostram,
& uostram id esset.

Nunc uideo in illarum potestate esse te. **P.** eia uero.

L. Adij te heri de filia: ut ueni, itidem incertū amisti.

Haud ita decet, si perpetuam uis esse affinitatem hãc,

Celare te iras. si quid est peccatum à nobis, profer:

Aut ea, refellendo, aut purgando uobis corrigemus,

Te iudice ipso. sin ea est causa retinendi apud uos,

Quia agra est: te mi iniuriam facere arbitror Phi
dippe,

Si metuis satis ut mea domi curetur diligenter.

At, ita me dii ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi
pater es,

Vt tu illam saluam magis uelis, quam ego: id adeo
gnati causa,

Quem ego intellexi illam haud minus quam se ipsum,
magnificare.

Neque adeo me clam est, quam esse eum grauius latu-
rum credam,

Hoc si rescierit. eò, domum studeo hæc prius, quam il-
le huc redeat.

P. Laches, & diligentiam uestram, & benignitatem

Noui: & quæ dicis, omnia esse ut dicis, animū iuduco:

Et te hoc mihi cupio credere: illam ad uos redire stu-
deo,

Si facere possim ullo modo. La. quæ res te facere id
prohibet?

Eho, nunquidnam accusat uirum? P. minime: nam post-
quam attendi

Magis, & ui cœpi cogere ut rediret, sancte adiurat

Non posse apud uos Pamphilo se absente perdurare:

Aliud fortasse alijs uitij est: leni ego animo sum natus:

Non possum aduersari meis. L. hem Sostrata. So. heu
me miseram.

L. Certum ne est istuc? P. nunc quidem, ut uidetur: sed
nunquid uis?

Nam est, quod me transire ad forum iam oportet. L.
eo tecum una.

- 1 Nimia lenitas & facilitas patrum in suos non pa-
rum obest moribus.
- 2 Patria potestas est ut suos pro arbitratu cogat.
- 3 Non celando sed proferendo peccato disidium
tollitur.
- 4 Maritus uxorem tanquã partem sui magni facit.
- 5 Lenitas patris liberos apud se retinet.

ACTVS SECVNDI SCENAE III

PERIOCHA.

Querela mulieris innocentis & falso accusatae,
ethos triste & anxium.

SOSTRATA.

Trochaici octonarij.

A Edepol na nos aequae sumus omnes inuise uir-
ris,
Propter paucas; quae omnes faciunt dignae ut uideamur
malo.
Nam, ita me ament di, quod me accusat nunc uir, sum
extra noxiam.
Sed non facile est expurgatu: ita animum induxerunt,
socrus
Omneis esse iniquas. haud pol me equidem: nam nuna
quam secus
Habui illam, ac si ex me esset nata: nec, qui hoc mi eue-
niat, scio.

Nisi

Nisi pol filium multimodis iam expecto ut redeat domum.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Moderationis ingenij anus est non debacchans in uirum, *Wie eyn alter teufel.*
- 2 Nonnullæ mulieres perniciosæ ac prauæ sunt in causa cur omnes ad unam sic iudicentur.
- 3 Peruersitas mulierum non est facilis expurgatu.

ACTVS TERTII SCENAE I

PERIOCHA I. C.

Comperta discessione uxoris grauiter perturbatur Pamphilus, amore, solitudine, dolore: præsertim audito clamore Philumenæ.

PAMPHILVS, PARMENO,
MYRRHINA.

*Octonarij iambici & trochaici: item iambici
ci senarij.*

NEmini ego plura acerba esse ex amore hominis unquam oblata credo,
 Quam mi. heu me infelicem, hancine ego uitam par
 si perdere?
 Hancine ego causa eram tantopere cupidus redeundi
 domum?
 Cui quanto fuerat præstabilius, ubiuis gentium ætas
 tem agere,
 Quam huc redire? atque hæc ita esse miserum me res
 sciscere?

Z S Nam

Nam uos omnes, quibus alicunde aliquis obiectus est
labos,

Omne quod est interea tempus, prius quàm id rescia-
tum est, lucro est.

Par. At sic, citius qui te expedias his ærumnis, repea-
ries.

Si non rediisses, hæ iræ factæ essent multo ampliores:
Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile scio reue-
rituras.

Rem cognosces, iram expedies: restitues rursus in
gratiam.

Leuia sunt hæc, quæ tu pergrauia esse in animum in-
auxti tuum.

Pam. Quid consolare me? an quisquam usquam gentia-
um est æque miser?

Prius quàm hanc uxorem duxi, habebam alibi animû
amori deditum:

Iam in hac re ut taceam, cuiuis facile scitu quàm fue-
rim miser.

Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mi
obtrudit pater.

Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea expe-
diui animum meum:

Vixq; huc contuleram, hem noua res orta est, porro
ab hac quæ me abstrahat.

Tum matrem ex ea re me aut uxorem in culpa inuen-
turum arbitror:

Quod cum ita esse inuenero, quid restat, nisi porro
ut

ut fiam miser?

Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet:
Tum uxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio per-
tulit,

Tot meas iniurias quæ nunquã in ullo patefecit loco.
Sed magnũ nescio quid necesse est euenisse Parmeno.
Vnde ira inter eas intercessit, quæ tam permãsit diu.
Par. Hoc quidem hercle paruum est: si uis uero ueram
rationem exequi,

Non maxumas, quæ maxumæ sunt interdum iræ, iniu-
rias

Faciant: nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus
quidem est,

Cum de eadẽ causa est iracũdus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quàm pro leuibus noxijs iras gerunt?
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, in-
firmum gerunt.

Itidem mulieres sunt ferme, ut pueri leui sententia:
Fortasse unum aliquod uerbum hanc inter eas iram
conciuerit.

Pam. Abi Parmeno intro, ac me uenisse nuncia. Par.
hem quid hoc? Pam. tace.

Trepidari sentio, cursari rursum proorsum: agedum ad
fores

Accede propius. Par. hem, sensistin'? Pam. noli fabula-
larier.

Pro Iupiter, audio clamorem. Par. tute loqueris, me
uetas?

M. Tace

M. Tace obsecro mea gnata. Pam. matris uox uisa est
Philumena.

Nullus sum. Par. qui dum? Pam. perij. Par. quam ob
rem? Pam. nescio quod magnum malum

Profecto Parmeno me celas. Par. uxorem Philumena
nam

Pauitare nescio quid, dixerunt: id si forte est, nescio.

Pam. Interij: cur mihi id non dixti? Par. quia non pote
ram una omnia.

Pam. Quid morbi est? Par. nescio. Pam. quid? nemone
medicum adduxit? Par. nescio.

Pam. Cesso hinc ire intro, ut hoc quam primum, quid
quid est, certum sciam?

Quonam modo Philumena mea nunc offendam af
fectam?

Nam si periculum ullū in te est, perijsse me una haud
dubium est.

Par. Non usus factus est mihi nunc, hunc intro sequi.

Nam inuisos omneis nos esse illis sentio:

Here nemo uoluit Sostratam intro admittere.

Si forte morbus amplior factus fiet,

Quod sane nolim, maxume heri causa mei

Seruom illico introijsse dicent Sostrate,

Aliquid tulisse comminiscuntur mali:

Capiti, atque etati illorum, morbus qui auctu' sit:

Hera in crimen ueniet, ego in magnum malum.

THESES ETHICAE.

I Nulla calamitas sola.

Mala

- 2 Mala ignota rectius tolerantur.
- 3 Contra cognita citius expediuntur.
- 4 Etiam iniquiores parentes ferendi sunt.
- 5 Maritus magis fit obnoxius uxori moderatæ.
- 6 Mulieres propter animum infirmum citius irascuntur.
- 7 In medio impetu amatores consolationem non admittunt.

ACTVS TERTII SCENAE II

PERIOCHA.

Adducitur & Sostrata ad copiosioris epitaseos occasionem. Atque retinetur in proscenio ad congressum & colloquium filij.

SOSTRATA, PARMENO,
PAMPHILVS.

Iambici octonarij catalectici

Nescio quid iam dudum hic audio tumultuari
misera:

Male metuo, ne Philumenæ magi morbus aggravescat:

Quod te Aesculapi, et te Salus, ne quid sit huius oro.
Nunc ad eam uisam. Par. heus Sostrata. S. ehem. Par.
iterum istinc excludere.

S. Ehem Parmeno, tunc hic eras? perij, quid faciam
misera?

Non uisam uxorem Pamphili, cum in proximo hic
sit egra?

Par.

Par. Non uisas, nec mittas quidem uisendi causa quem
quam.

Nam qui amat cui odio ipsus est, bis facere stulte
duco:

Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam affert.
Tum autem filius tuus introijt uidere, ut uenit, quid
agat.

S. Quid ais? an uenit Pamphilus? Par. uenit. S. dijs gra-
tiam habeo.

Hem, istoc uerbo animus mihi redijt, & cura ex cora
de excessit.

Par. Iam ea te causa maxume huc nunc introire nolo:
Nam si remittent quippiam Philumena dolores,
Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli,
Quae inter uos interuenit, unde ortum est initium
irae.

Atque eccum uideo ipsum egredi: quam trist' st. So. o
mi gnate.

Pa. Mea mater, salue. S. gaudeo uenisse saluom. saluan'
Philumena est? Pam. meliuscule est. S. utinam istuc ita
dij faxint.

Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam tristis? Pa.
recte mater.

S. Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente in-
uasit?

Pam. Ita factum est. So. quid morbi est? Pam. febris. So.
quotidiana? Pam. ita aiunt.

Isodes intro, consequar iam te mea mater. So. fiat.

Pam,

Pam. Tu pueris curre Parmeno obuiam, atque his onera adiuta.

Pa. Quid? non sciunt ipsi uiam, domum qua redeant?
Pam. cessas?

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Vocandi sunt dii praesides rebus periclitantibus.
- 2 Fugiat eum cui quis odio est.
- 3 Leto nuncio curae ex corde excedunt
- 4 Tutius est coniuges solos sibi adesse, quorum consilia sunt communia.
- 5 Prudentis est pericula posse dissimulare.

ACTVS TERTII SCENAE III

PERIOCHA I. C.

Gravis querela adolescentis ingenio probo & liberali praediti, & dolor uehemens qui erumpit in re minime expectata. Ethos ualde moderatum & honestum.

PAMPHILVS.

Trochaici octonarij & iambici aliquot senarij.

NEquo mearum rerum initium ullum inuenire idoneum,

Vnde exordiar narrare, quae nec opinanti accidunt,

Partim quae perspexi his oculis, partim quae accepi auribus:

Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.

Nam

Nam modo me intro ut corripui timidus, alio suspicans

Morbo me uisurum affectam, ac sensi esse, uxorem:
hei mihi,

Postquam me aspexere ancilla aduenisse, ilico omnes simul

Lata exclamant, uenit, id quod me repete aspexerat.

Sed continuo uultum earum sensi immutari omnium,

Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum.

Forte una illarum interea propere praecurrit, nuncians

Me uenisse: ego eiu' uidendi cupidus recta consequor.

Posteaquam introij, extemplo eius morbum cognoui miser.

Nam neque, ut celari posset, tempus spatium ullum dabat:

Neque uoce alia, ac res monebat, ipsa poterat conueniri.

Postquam aspexi, o facinus indignum inquam: & corripui illico

Me inde, lacrumans, incredibili re, atq; atroci percussus.

Mater consequitur: iam ut limen exirem, ad genua accidit,

Lacrumans misera: miseritum est, profecto hoc sic est ut puto.

Omniu' nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles

les sumus.

Hanc habere orationem mecum à principio institit:
O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, cau-
sam uides:

Nam uitium est oblatum uirgini olim ab nescio quo
improbo:

Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret
suum.

Sed cū orata eius reminiscor, nequeo quin lacrumem
miser.

Quæque fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie
obtulit,

Per eam te obsecramus ambæ, si ius, si fas est, uti
Aduorsa eius per te tecta tacitaq; apud omnes sient:
Si unquam erga te animo esse amico sensi eam, mi
Pamphile,

Sine labore hanc gratiam, te, uti sibi des pro illa nūc,
rogat:

Ceterum de redducenda id fac, quod in rem sit tuam.
Parturire eam, neque grauidam esse ex te, solus con-
sciis:

Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam men-
sibus:

Tum, postquam ad te uenit, mensis hic agitur iam se-
ptimus:

Quod te scire, ipsa indicat res. nunc si potis est Pami-
phile,

Maxume uolo, doq; operam, ut clam partus eueniat

A

Atque

Atque adeo omneis . sed si fieri id non potest, quin
sentiant,

Dicam abortū esse. scio nemini aliter suspectū fore,
Quin, quod uerisimile est, ex te recte eum natum pu-
tent.

Continuo exponetur: hic tibi nihil est quidquam in-
commodi: &

Illi miseræ indigne factam iniuriam contexeris.

Pollicitus sum, & seruare in eo certum est, quod dixi,
fidem.

Nam de redducenda, id uero neutiquam honestum
esse arbitror:

Nec faciā: etsi amor me grauius, consuetudoq; tenet.

Lacrumo, quæ post hac futura est uita, cum in mens-
tem uenit,

Solitudoq; . o fortuna ut nunquam perpetuo es bona.

Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum red-
didit.

Quem ego consilio missum feci, idem nunc operam
huic dabo.

Adest Parmeno cum pueris: hunc minime est opus

In hac re adesse: nam olim soli credidi,

Ea me abstinuisse in principio, cum data est:

Vereor, si clamorem eiu' hic crebro exaudiat,

Ne parturire eam intellegat: aliquò mihi est

Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

THESES ETHICAE I, VV.

Pertura

1 Perturbati est animi, caput orationis non inuenire posse.

2 Vultus est animi index atq; adeo speculum.

3 Iuxta fortunam animus mutatur.

4 Prudentis & boni est obscœna posse celare.

5 Non omnia seruis, qui ut plurimum futiles sunt, credenda sunt.

ACTVS TERTII SCENAE IIII

PERIOCHA I. C.

Seruile colloquium & ablegatio Parmenonis. Parmeno morosus, Sosia uanus, Pamphilus cautus.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS.

Iambici senarij.

A In' tu tibi hoc incommodum euenisse iter?
So. Non hercle Parmeno uerbis dici potest
Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.

Pa. Ita ne est? So. o fortunate, nescis quid mali
Præterieris, qui nunquam es ingressus mare.

Nam alias ut omittam miserias, unam hanc uide:

Dies triginta aut plus eo, in naui fui,

Cum interea semper mortem expectabam miser:

Ita usque aduersa tempestate usi sumus.

Par. Odiosum. So. haud clam me est: denique hercle
aufugerim

Potius, quàm redeam, si eò mi redeundum sciam.

Par. Olim quidem te causæ impellebant leues,

Quod nunc minitare facere, ut faceres Sosia.

a 2

Sed

Sed Pamphilum ipsum uideo stare ante ostium:

Ite intro: ego hunc adibo, si quid me uelit.

Here, etiam tu hic stas? Pam. equidem te expecto. Par.
quid est?

Pam. In arcem transcursio opus est. Par. cui homini?
Pam. tibi.

Par. In arcem? quid eò? Pam. Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum una aduectus est, conueni.

Pa. Perij: uouisse hunc dicam, si saluus domum
Rediisset unquam, ut me ambulando rumperet.

Pam. Quid cessas? Par. quid uis dicam? an conueniam
modo?

Pam. Imo, quòd constitui me hodie conuenturum cum,
Non posse, ne me frustra illi expectet: uola.

Par. At non noui hominis faciem. Pam. at faciam, ut
noueris:

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, casius.

Par. Cadauerosa facies. dii illum perduint.

Quid: si non ueniet? maneam ne usque ad uesperum?

Pam. Maneto: curre. Par. non queo: ita defessus sum.

Pam. Ille abiit. quid agam infelix? prorsus nescio

Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,

Suæ gnatae partum: nam me miseret mulieris:

Quod potero faciam: tamen ut pietatem colam:

Nam me parenti potius, quàm amori obsequi

Oportet. at at at eccum Phidippum, & patrem

Video: horsum pergunt. quid dicam hisce, incertus sum.

THESES ETHICAE I. VV.

Periculus

- 1 Periculosum est ingredi mare. Atq; primum nauis
tam pleriq; detestantur.
- 2 Arcana non sunt seruis credenda. Quare si quid
secreti uelis, istos ablegato.

ACTVS TERTII SCENAE V

PERIOCHA I. C.

Contentio inter senes & Pamphilum. & certae
men difficile: dum & suo honori, & Philumenaē fa-
ma consulere studet.

LACHES PHIDIPPVS,
PAMPHILVS.

Trochaici octonarij & iambici senarij.

Dixtin' dudum, dixisse illam se expectare filia-
um?

ph. Factū. La. uenisse aiunt: redeat. Pam. quam causam
dicam patri,

Quamobrem non reducam, nescio. La. quem ego hic
audiui loqui?

Pam. Certum obfirmare est uiam me, quam decreui
persequi.

La. Ipsi est, de quo hoc agebam tecum. Pam. salue mi
pater.

La. Gnate mi, salue. Ph. bene factum te aduenisse Pam-
phile,

Atque adeo, quod maximum est, saluum atque uali-
dum, Pam. cred. tur.

¶ 3

La. Ad=

La. Aduenis modo? **Pam.** admodū. **La.** cedo quid reliquit Phania

Consobrinus noster? **Pa.** sane hercle homo uoluptati obsequens

Fuit, dum uixit: & qui sic sunt, haud multum heredes adiuuant.

Sibi uero hanc laudem reliquit: uixit, dū uixit, bene.

L. Tum tu igitur nihil attulisti huc plus una sententia

Pam. Quidquid est id quod reliquit, profuit. **La.** imo obfuit:

Nam illum uiuom & saluom uellem. Ph. impune optare istuc licet.

Ille reuiuiscet iam nunquam: & tamen, utrum malis, scio.

L. Here Philumenam ad se accersi hic iussit. dic iussisse te.

Ph. Noli fodere. **iussi. La.** sed iam eam remittet. **Ph.** scilicet.

Pam. Omnem rem scio, ut sit gesta: adueniens audiui omnia. **La.** at

Istos inuidos dii perdant, qui hæc libenter nunciant.

Pam. Ego me scio cauisse, ne ulla merito contumelia

Fieri à uobis posset: idq; si nūc memorare hic uelim,

Quam fideli animo & benigno in illam & clementi fui,

Vere possim; ni te ex ipsa id magi uelim resciscere:

Namque eo pacto maxime apud te meo erit ingenio fides,

Cum illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit.

Neque culpa hoc mea euenisse dissiidiū, id testor deos.
Sed quando sese esse indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuius mores toleret sua modestia;
Neque alio pacto potest componi inter eas gratia:
Segreganda aut mater à me est Phidippe, aut Philomena:

Nunc me pietas matris potius cōmodum suadet sequi.
La. Pamphile, ad aures haud iuuito sermo mihi accessit tuus,

Cum te post putasse omnes res præ parète intellego.
Verum uide, ne impulsus ira prauè insistas Pāphile.

Pam. Quibus iris nunc in illam impulsus iniquū sim?
Quæ nunquam quidquam erga me commerita est pater,

Quod nollem: & sæpe, quod uellem, meritam scio:

Amoq; & laudo, & uehementer desidero:

Nam fuisse erga me miro ingenio, expertū sum:

Illiq; exopto, ut reliquam uitam exigat

Cum eo uiro, me qui sit fortunatior:

Quandoquidem illam à me distrahit necessitas.

ph. Tibi id in manu est, ne fiat. L. si sanus sies,

Iube illam redire. Pam. non est consilium pater:

Matris seruibo commodis. La. quò abis? mane,

Mane inquam: quò uadis? ph. quæ hæc pertinacia est?

La. Dixin' Phidippe hanc rem ægre laturū esse cum?

Quamobrem te orabam, ut filiam remitteres.

Ph. Non credidi ædepol adeo inhumanum fore:

Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?

Si est, ut uelit reducere uxorem, licet:

Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.

La. Ecce autem, tu quoque proterue iracundus es.

Ph. Percontumax redisti huc nobis Pamphile.

La. Decedet iam ira hæc: etsi merito iratus est.

Ph. Quia paululum uobis accessit pecuniæ,

Sublati animi sunt. La. etiam mecum litigas?

Ph. Deliberet, renunciētq; hodie mihi,

Velit ne, an non; ut alij, si huic non sit, fiet.

La. Phidippe, ades, audi paucis. abiit: quid mea?

Postremo inter se transigant ipsi, ut lubet:

Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant:

Quæ dico parui pendunt. porto hoc iurgium ad

Vxorem: cuius fiunt consilio omnia hæc:

Atque in eam hoc omne, quod mihi ægre est, euomam.

THESES ETHICAE.

1 Voluptuariorum est, uixit, dum uixit, bene.

2 Mariti boni est fideli, amico & clementi animo in uxorem esse.

3 Pietas in matrem anteponenda est pietati in uxorem.

4 Ditioribus sublati animi adsunt.

ACTVS QVARTI SCENAE I

PERIOCHA.

Cog^a

Cognoscit Phidippus peperisse filiam, et cum uxore altercatur, cuius in conscientia flagitij filiae ethos est anxium: Senis autem saeuum.

MYRRHINA, PHIDIPPVS.

Iambici octonarij acatalecti, & catalectici & unus quaternarius. Item trochaici octonarij catalectici & acatalecti.

P Erij, quid agam? quò me uortam? quid meo respondebo uiro

Misera? nam audisse uocem pueri uisu' est uagientis:

Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam:

Quòd si rescuerit peperisse, id qua causa clam habuisse me

Dicam, non adepol scio.

Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.

P. Vxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.

Atque eccam uideo. quid agis Myrrhina? heus, tibi dico. M. mihi ne

Mi uir? P. uir ego tuus? tu uirum me, aut hominē adeo esse deputas?

Nam si utrumuis horum mulier unquam tibi uisus forem,

Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. M. quibus?

P. at rogas?

Peperit filia? hem, taces? ex quo? My. istuc rogare

equom

æquom est patrem?

P. Perij. ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum,
obsecro?

P. Credo: neque adeo arbitrari patris est aliter. sed de
miror,

Quid sit, quam ob rem tantopere hunc omnes nos ce
lare uolueris

Partum, præsertim cum & recte, & suo pepererit
tempore.

Adeo ne peruicaci esse animo, ut puerum præoptares
perire,

Ex quo inter nos scires posthac amicitiam fore fir
miorem,

Potius, quàm esset cum illo nupta aduersus animi lu
bidinem

Tui? ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quæ
te est penes.

M. Misera sum. *P.* utinam sciam ita esse istuc. sed nunc
mibi in mentem uenit,

Ex hac re quod locuta es olim, cum illum generum
cepimus:

Nam nuptam filiam negabas posse te pati tuam
Cū eo, qui meretrices amaret, qui pernoctaret foris.

M. Quamuis causam hunc suspicari, quàm ipsam ue
ram, mauolo.

P. Multo prius sciui, quàm tu, illum amicam habere
Myrrhina:

Verum id uitiū ego nunquā decreui esse adolescētie:

Nam

Nam id omnibus innatum est. at pol iam aderit, cum
se quoque oderit.

Sed ut olim te ostendisti eandem esse, nihil cessasti us
que adhuc,

Vt filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egissem, esset
ratum.

Id nūc res iudiciū hęc facit, quo pacto factū uolueris
M. Adcon' me esse peruicacem censes cui mater siem,
Vt eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimo
nium?

P. Tun' prospicere, aut iudicare, nostram in rem quod
sit, potes?

Audisti ex aliquo fortasse, qui uidisse eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam. quid tum pos
tea,

Si modeste ac raro hoc fecit? nō ne ea dissimulare nos
Magis humanum est, quam dare operam id scire, quō
nos oderit?

Nam si is posset ab ea sese derepente auellere,
Qui cum tot consuesset annos; non eum hominem dis
cerem,

Nec uirum sati' firmum gnata. M. mitte adolescentem
obsecro,

Et quę me peccasse ais: abi, solum solus conueni:
Roga, uelit ne, an nō uxorem. si est, ut dicat uelle se,
Redde: sin est autem, ut nolit, recte consului me.

ph. Siquidem ille ipse non uolt, & tu sensisti esse in
eo Myrrhina

Peccat

Peccatum: aderam, cuius consilio ea par fuerat prospici.

Quam ob rem incendor ira, te esse ausam hæc facere iniussu meo.

Interdico, ne extulisse extra ædes puerum usquam uelis.

Sed ego stultior, meis dictis parere hæc qui postulem: Ibo intro, atque edicam seruis, ne quoquam efferrī stant.

M. Nullam pol credo mulierem me miseriore uiuere. Nam ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem, ut fiet, rescierit,

Non æpol clam me est; cum hoc, quod leuius est, tam animo iracundo tulit:

Nec, qua uia sententia eius mutari possit, scio.

Hoc mi unum ex plurimis miserijs relliquom fuerat malum,

Si, puerum ut tollam, cogit, cuius qui sit nescimus pater:

Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est:

Neque detractum ei tum quidquam est, qui post possit nosci, qui fiet:

Ipsē eripuit ui, in digito quem habuit, uirgini abiens annulum:

Simul uereor, Pamphilus ne orata nostra nequeat diutius

Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

Thefes

- 1 Subitanea animum perturbatum magis perturbant, & commouent.
- 2 Rectus & legitimus partus non est celandus.
- 3 Liberi cum uocentur pignora, amorem inter affines & coniuges pariunt ardentioorem.
- 4 Non bene collocatur filia scortatori & foris pernoctanti. Siquidem consueti haud facile à uaga potissimum libidine arcentur.
- 5 Maritorum uitia si moderata & rara fuerint, dissimulanda sunt, sicut & uxorum, praesertim apud Christianos.
- 6 Stultus est qui Xantippen sibi obsecundare speret.

ACTVS QVARTI SCENAE II
PERIOCHA.

Insertum pathos maternæ gratificationis, ut undique Pamphilus oppugnetur. ethos utriusq; laudabile.

SOSTRATA, PAMPHILVS.

Iambici octonarij.

Non clam me est mi gnate, tibi me esse suspectam, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abiisse: etsi ea dissimulas sedulo:

Verum ita me dij ament, itaq; obtingant ex te, quæ exopto mihi, ut

Nunquam sciens commerui, merito ut caperet odium illam mei:

Teß

Teq; ante quàm me amare rebar, ei rei firmasti fidē.
Nam mihi intus tuus pater narrauit modo, quo pacto
me habueris

Præpositam amor tuo: nunc tibi me certum est con-
tra gratiam

Referre, ut apud me præmium esse positum pietati
scias.

Mi Pamphile, hoc & uobis, & meæ commodum fac
me arbitror:

Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decre-
ui patre,

Ne mea præsentia obstet, neu causa ulla restet relli-
Quin tua Philumena ad te redeat. Pam. quæso quid
istuc consili est?

Illiu' stultitia uicta, ex urbe tu rus habitatum mi-
gres?

Haud facies; neque sinam, ut qui nobis mater maledi-
ctum uelit,

Mea pertinacia dicat esse factum, haud tua modestia.

Tum tuas amicas te, & cognatas deserere, & festos
dies

Mea causa, nolo. S. nihil iam mi istæc res uoluptatis
ferunt:

Dum ætatis tempus tulit, perfunctâ satis sum: sabias
iam tenet

Studiorum istorum: hæc mihi nunc cura est maxuma,
ut ne cui meæ

Longinquitas ætatis obstet, mortem ue exoptet meâ.
Hic

Hic uideo me esse inuisam immerito: tempus est concedere:

Sic optume, ut ego opinor, omnes causas præcidam omnibus,

Et me hac suspicionem exoluam, & illis morē gesserō. Sine me obsecro effugere, uolgens quod male audit mulierum.

Pa. Quam fortunatus ceteris sum rebus, absque una hæc foret,

Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem. So. obsecro mi Pamphile,

Non tute incommodam rem, ut quæque est, in animis inducas pati.

Si cetera sunt ita, ut tu uis, itaq; ut esse ego illam existumo,

Mi gnate da ueniam hanc mihi, reduc illam. Pam. uæ misero mihi.

So. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me male habet, quam te gnate mi.

THESES ETHICAE.

- 1 Filiorum est errata parentum dissimulare.
- 2 Parentes gratis liberis gratiam referre satagunt.
- 3 Urbana uita multo festiuior est quam rusticana.
- 4 Aetas omnia aufert.

ACTVS QVARTI SCENAE III

Periocha

Aduenit Laches & probat uoluntatem uxoris, & filio aduersatur.

LACHES, SOSTRATA,
PAMPHILVS:

Trochaici iambiciq; octonarij, senarius unus, & quaternarius unus.

Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accipi uxor:

Istuc est sapere, qui, ubicunque opus sit, animum possis flectere,

Quod faciundum fortasse sit postidea, hoc nunc si feceris.

S. Fors pol suat. L. abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres.

So. Spero mecastor. L. i ergo intro, & compone, que simul tecum

Ferantur: dixi. So. ita ut iubes, faciam. Pam. pater.

L. Quid uis Pamphile? Pam. abire hinc matrem? minime. La. quid ita istuc? Pam. quia

De uxore incertus sum etiam, quid facturus siem. La. quid est?

Quid uis nisi reducere? Pam. equidem cupio, & uix contineo: sed

Non minuam meum consilium: ex usu quod est, id persequar.

Credo, si non redducam, ea gratia concordet magis fore.

L. Nescias

L. Nescias: uerum id tua refert nihil, utrum illæ fecerint,

Quando hæc abierit: odiosa hæc æta' st adolescentulis:
E medio æquom excedere est: postremo iã nos fabulæ
Sumus Pamphile, senex, atque anus.

Sed uideo Phidippum per tempus egredi: accedamus.

THESES ETHICAE.

- 1 Pro fortuna animus flectitur.
- 2 Maturior rei conficiendæ expeditio utilior & laudabilior est.
- 3 Ex duobus utilibus utilius eligendum est.
- 4 Causa dissidij sedulo est tollenda.
- 5 Senes odiosi sunt adolescentulis.

ACTVS QVARTI SCENAE IIII

PERIOCHA I. C.

Indicat Phidippus cum gaudio puerum esse natum
Hic uero communi senum studio uehementer urgetur
ad reducendam uxorem, & undique oppugnatur
Pamphilus. Ethe senum asperiora. Adolescentis percussum & inops consilij.

PHIDIPPVS, LACHES,
PAMPHILVS.

Iambici senarij.

Tibi quoque ædepol sum iratus, Philumena,
Grauiter quidem: nam hercle abs te factum est
turpiter:

b

Etsi

Et si tibi causa est de hac re. mater te impulit:

Huic uero nulla est. **L.** opportune te mihi

Phidippe in ipso tempore ostendis. **Ph.** quid est?

Pam. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operia?

L. Dic filia, rus concessuram hinc Sostratam:

Ne reuereatur, minus iam quo redeat domum. **Ph.** ah,

Nullam de his rebus culpam commeruit tua:

A Myrrhina haec sunt mea uxore exorta omnia.

Pam. Mutatio fit. **Ph.** ea nos perturbat Laches.

Pam. Dum ne reducam, turbent porro, quam uelint.

Ph. Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest,

Affinitatem hanc sane perpetuam uolo:

Sin est, ut aliter tua fiet sententia,

Accipias puerum. **Pam.** sensit peperisse: occidi.

L. Puerum? quem puerum? **Ph.** natus est nobis nepos:

Nam abducta à uobis praegnans fuerat filia,

Neq; fuisse praegnantem unquam ante hunc sciui diem.

L. Bene, ita me dii ament, nuncias: & gaudeo

Natum illum, & tibi illam saluam: sed quid mulieris

Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Nos ne hoc celatos tandiu? nequeo satis,

Quam hoc mihi uidetur factum prae, proloqui.

Ph. Non tibi illud factum minus placet, quam mihi

Laches.

Pam. Etsi iam dudum fuerat ambiguum hoc mihi,

Nunc non est, cum eam consequitur alienus puer.

L. Nulla tibi Pamphile hic iam consultatio est.

Pam. Perij. **L.** hunc uidere saepe optabamus diem,

Cum

Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:
Euenit: habeo gratiam dijs. Pam. nullu' sum.

L. Reduc uxorem, ac noli aduersari mihi.

Pam. Pater, si illa ex me liberos uellet sibi,
Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio,
Non me clam haberet, quæ celasse intellego.

Nunc, cum eius alienum esse à me animum sentiam,
Nec conuenturum inter nos posthac arbitrer,

Quam ob rem reducam? L. mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit: mirandum ne id est?

Censen' te posse reperire ullam mulierem,

Quæ careat culpa? an quia non delinquunt uiri?

ph. Vosmet uidete iam Lache, & tu Pamphile,

Remissam opu' sit uobis, an reductam domum:

Vxor quid faciat, in manu non est mea:

Neutra in re uobis difficultas à me erit.

Sed quid faciemus puero? L. ridicule rogas.

Quidquid futurum est, huic reddas, suum scilicet,

Vt alamus nostrum. Pam. quem ipsa neglexit, pater,

Ego alam? L. quid dixti? cho, an non alemus Pamp
phile?

Prodemus quaeso potius? quæ hæc amentia est?

Enimuero prorsus iam tacere non queo:

Nam cogis ea, quæ nolo, ut præsentè hoc loquar.

Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?

Aut, quid sit id, quod sollicitere ad hunc modum?

Primum hanc ubi dixti causam, te propter tuam

Matrem non posse habere hanc uxorem domi;

Pollicita est ea se concessuram ex adibus.
Nunc, postquam ademptam hanc quoque tibi causam
uides;

Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.

Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum,
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos fecisti in eam, quam animo æquo tulus
Egi, atque oravi tecum, uxorem ut duceres:

Tempus dixi esse: impulsu duxisti meo.
Quæ tum obsecutus mihi fecisti ut decuerat.

Nunc animum rursus ad meretricem induxisti tuum.
Cui tu obsecutus, facis huic adeo iniuriam.

Nam in eandem uitam te reuolutum denuo
Video esse. Pam. mène? La. te ipsum: & facis iniuriam,
Cum fingis falsas causas ad discordiam,
Ut cum illa uiuas, testem hanc cum abs te amoueris:
Sensitq; adeo uxor: nam ei causa alia quæ fuit,
Quam obrem abs te abiret? Ph. plane hic diuinat: nam
id est.

Pam. Dabo iusiurandum nihil esse istorum tibi. La. ab
Reduc uxorem, aut, quam obrem non opu' sit, cedo.

Pam. Non est nunc tempus. La. puerum accipias: nam
is quidem

In culpa non est. post de matre uidero.

Pam. Omnibus modis miser sum: nec, quid agam, scio:

Tot nunc me rebus miserum concludit pater.

Abibo hinc, presens quando promoueo parum.

Nam

Nam puerum credo iniussu non tollent meo,
praesertim in ea re cum sit mihi adiutrix socrus.

La. Fugis? hem, nec quidquam certi respondes mihi?
Num tibi uidetur esse apud sese? sine.

Puerum Phidippe mihi cedo, ego alam. Ph. maxume.
Non mirum fecit uxor, si hoc ægre tulit:

Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt.

Propterea hæc ira est: nam ipsa narrauit mihi:

Id ego praesente hoc tibi nolebam dicere:

Neque ei credebam primo: nunc uero palam est.

Nam omnino abhorrere animū huic uideo à nuptiis.

La. Quid ergo agam Phidippe? quid das consili?

Ph. Quid agas? meretricem hanc primum ad eundam
censeo:

Oremus: accusemus grauius: denique

Minitemur, si cum illo habuerit rem postea:

La. Faciam ut mones. puer eho, curre ad Bacchidem
hanc

Vicinam nostram: huc euoca uerbis meis.

Et te oro porro, in hac re adiutor sis mihi. Ph. ah,

Iam dudum dixi, itidemq; nunc dico Lache,

Manere affinitatem hanc inter nos uolo,

Si ullo modo est ut possit, quod spero fore.

Sed uis ne adesse me una, dum istam conuenis?

La. Imo uero abi, aliquam puero nutricem para.

THESES ETHICAE I. VV.

1 Non decet nurum à socru morosa secedere.

b 3

Affie

- 2 Affinitas non est temere dirumpenda, sed fouenda ut sit perpetua.
- 3 Liberi patrem sequuntur, uel iurisconsultorum sententia.
- 4 Puer alendus & educandus est à patre.
- 5 Parentes propter nepotes, & eorum posteritatem plurimum gaudent. Vulgo enim dicitur progeniem in circulum abire, itaq; gratiorem.
- 6 Communia sunt cuncta inter uxorem & maritum, ne qua discordia oboriatur.
- 7 Prudentissimus hic fingitur adolescens, uxorem suam traducere nolens.
- 8 Vxores & earum matres pellicatum non tolerant.

ACTVS QVINTI SCENAE I

PERIOCHA.

Accersita Bacchis suspitione consuetudinis suae liberat Pamphilum. huius est persona non improba. senis satis prudens.

BACCHIS, LACHES.

Iambici octonarij acatalecti & catalectici trochaici octonarij & unus quaternarius.

Non hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me conuentam esse expetit:
Nec pol me multũ fallit, quin, quod suspicor, sit quod uelit.

La. Videns

La. Videndum est, ne minu' propter iram hanc impe-
trem, quàm possiem;

Aut ne quid faciam plus, quod me post minu' fecisse
satiu' sit.

Aggrediar. Bacchis, salue. Bac. salue Lache. La. credo
e de pol te (iussi

Nō nihil mirari Bacchis, quid sit, quapropter te huc
Foras puerum euocare.

Ba. Ego pol quoque etiam timida sum, cum uenit mi
in mentem, quæ sim,

Ne nomen mihi quæstus obstet apud te: nam mores fa-
cile tutor.

L. Si uera dicis, nihil tibi periculi à me est mulier: nam
iam etate ea sum, ut non siet peccato mihi ignosci
equom:

Quo magis, oēs res cautius ne temere faciam, accuro.
Nam si id nunc facis, facturæ es, bonas quod par
est facere:

Inscitum offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquom
est.

Ba. Est magna æcastor gratia, de hac re quam tibi ha-
beam. nam qui

Post factam iniuriam se expurget, mihi parum profit:
sed

Quid istuc est? La. meum receptas filium ad te Pam-
philum. Ba. ah.

La. Sine dicam. uxorem hanc prius quàm duxit, uo-
strum amorem pertuli.

Mane: nondum etiam dixi id, quod uolui. nunc hic
uxorem habet,

Quere alium firmiorem tibi, dum consulendi tempus est.

Nam ille neque animo hoc erit ætatem, neque pol eadem ista ætate tu.

Ba. Quis id ait? **La.** socrus. **Ba.** mène. **La.** te ipsam: &
filiam abduxit suam,

Puerumq; ob eam rem clam uoluit, qui natus est, extinguere.

Ba. Aliud si scirem, qui firmare meã apud uos possem fidem,

Sanctius quàm iusiurandũ, id pollicerer tibi Laches,
Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, à me Pamphilum.

La. Lepida es. sed scin', quid uolo potius sodes facias?

Ba. quid cedo?

La. Eas ad mulieres huc intro, atque istuc iusiurandum idem

Polliceare illis: exple animum his, teq; hoc crimine expedi.

Ba. Faciam. quod pol, si esset alia ex hoc questu, haud faceret, scio,

Ut de tali causa nuptæ mulieri se ostenderet:

Sed falsa fama esse nolo gnatum suspectum tuum,

Nec leuiorẽ uobis, quibus est minime æquom, uideriet

Immérito: nam meritis de me est, quod queam, illi ue commodem.

*La. Facilem, beneuolumq; lingua tua iam tibi me redi-
dit:*

*Nam non sunt solæ arbitrata hæ, ego quoque hoc etiã
credidi.*

*Nunc cum ego te esse præter nostram opinionẽ com-
peri,*

Fac eadẽ ut sis porro: nostra utere amicitia, ut uoles.

*Aliter si faci'. sed reprimam me, ne ægre quidquam
ex me audias.*

*Verum te hoc moneo unum, quali' sim amicus, au-
quid possiem;*

*Potius quam inimicus, periculum facias. B. faciam se-
dulo.*

THESES ETHICAE I. VV.

1 Bona est meretrix & senex frugi præter natura-
ram.

2 Moderari iram prudentis est. Hac enim sæpe plus
fit quam decet.

3 Meretrices non facile mores mutant.

4 Senis decorum est, ut peccatis non indulgeat, ut
cuncta prudenter agat.

5 Purgatio post factam iniuriam inutilis est.

6 Mariti non sunt impediendi per scorta.

ACTVS QVINTI SCENAE II

PERIOCHA.

Communicatur excusatio Bacchidis cū Phidippo,

b s & exs

Et exoratur ut eadem illa mulieribus dicat. Senilia
ethe pertinacia, Bacchidos come.

PHIDIPPVS, LACHES, BACCHIS.

Iambici octonarij catalectici, Et unus quater-
narius catalecticus.

Nihil apud me tibi defieri patiar, quin, quod
opus sit,
Benigne præbeatur.

Sed cum tu satura, atque ebria eris, puer ut satur sit,
facito.

La. Noster socer, uideo, uenit: puero nutricem adduxit.
Phidippe, Bacchis deierat per sancte. Ph. hæcine ea
est? La. hæc est.

P. Nec pol istæ metuunt deos: neq; has respicere deos
opinor.

Ba. Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire,
Licet. hæc res hic agitur: me facere Pamphilo ut ux-
or redeat,

Oportet: quod si perficio, non pœnitet me famæ,
Solâ fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitât.

La. Phidippe, nostras mulieres suspectas falso nobis
In re ipsa inuenimus: porrò hanc nunc experiamur.
nam si

Compererit falso crimini tua se uxor credidisse,
Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus
gnatus,

Quod

Quòd peperit uxor clam, id leue est: cito ab eo hæc
ira abscedet.

(gnum

profecto in hac re nihil mali est, quod sit dissidio di-
ph. Velim quidem hercle. La. exquire: adest: quod satis
sit, faciet Ba. faciam.

ph. Quid istæc mihi narras? an quia non tute audisti
dudum,

De hac re animus meus ut sit Laches? illis exple mo-
do animum.

La. Quæso ædepol Bacchis, quod mihi es pollicita tute
te, ut serues.

Ba. Ob eam rem uis ergo intro eam? La. i, atque exple
animum his, ut credant.

Ba. Eo: etsi scio pol his fore meum conspectum inui-
sum hodie:

Nam nupta meretrici hostis, à uiro ubi segregata est.

La. At hæ amicæ erunt, ubi, quam obrem adueneris, re-
sciscent. Ph. atqui

Easdem amicas fore tibi promitto, rē ubi cognorint:
Nam illas errore, & te simul suspicionē exolues.

Ba. Perij, pudet Philumena: sequimini me intro huc
ambæ.

La. Quid mi est, quod malim, quàm quod huic intelle-
go euenire, ut

Gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi una profit?

Nam si est, ut hæc nūc Pāphilū uere ab se segregarit;

Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & glori-
am esse;

Referetq;

Referetq; gratiam ei, unaq; opera nos sibi amicos
iunget.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 Nutrices ebrae infantum sunt negligentiores.
- 2 Meretricibus nulla est religio aut fides.
- 3 Tormentis sepe ueritas exploratur.
- 4 Insolitum est meretrices coniugibus studere.
- 5 Leuia errata non debent disidij esse causa.
- 6 Nupta meretrici hostis est absente marito.

ACTVS QVINTI SCENAE III

PERIOCHA.

Reducitur Parmeno ad catastrophem fabulae: Quae
nuntio huius ignorantis omnia perficitur.

PARMENO, BACCHIS.

Trochaici iambiciq; octonarij catalectici.

A Edepol nae esse meam herus operam deputat
parui preti,
Qui ob rem nullam misit: frustra ubi totum desedi
diem,

Myconium hospitem dum expecto in arce Callidem
midem.

Itaque ineptus hodie dum illic sedeo, ut quisque uene
rat,

Accedebam: adolescens, dic dum quaeso, tun' es Myco
nius?

Non sum. at Callidemides? non. hospitem ecquem Pam
philum

Hic

Hic habes? omnes negabant: neque enim quenquam
esse arbitror.

Denique hercle iā pudebat: abij. sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeuntem uideo? quid huic hic reū
est?

Ba. Parmeno, opportune te offers, propere curre ad
Pamphilum.

Pa. Quid eō? Ba. dic me orare, ut ueniat. Pa. ad te? B.
imo ad Philumenam.

Pa. Quid rei est? B. tua quod nil refert, percontari de
finas.

Pa. Nil aliud dicam? B. etiam: cognosse annulum illum
Myrrhinam

Gnate suae fuisse, quem mihi ipsu' olim dederat. Pa.
scio,

Tantum ne est? Ba. tantum: aderit continuo, hæc ubi
ex te audiuerit.

Sed cessas? Pa. minime equidem: nam hodie mihi pote
testas haud data est:

Ita cursando, atque ambulando totum hunc contriui
diem.

Ba. Quantam obtuli aduentu meo letitiam Pamphile
lo hodie?

Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?
Gnatum ei restituo, qui pene harum ipsiusq; opera
periit:

Vxorem, quam nunquam est ratus posthac se habitu-
rum, reddo:

Qua

Qua re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exolui.
 Hic adeo his rebus annulus fuit initium inueniundis.
 Nam memini, abhinc menses decem fere ad me nocte
 prima

Confugere anhelantem domum sine comite, uini ple-
 num,

Cum hoc annulo extimui illico: mi Pamphile inquam
 amabo,

Quid exanimatus es obsecro? aut unde annulū istum
 nactus?

Dic mihi. ille alias res agere se simulare. postquam id
 uideo;

Nescio quid suspicari ei magi cœpi; instare, ut dicat.
 Homo se fatetur ui in uia nescio quā compressisse:

Dicitq; sese illi annulum, dum luctat, detraxisse:

Eum cognouit Myrrhina in digito modo me habentē:

Rogat, unde sit: narro omnia hæc: inde est cognitio
 facta,

Philumenam esse compressam ab eo, & filium inde
 hunc natum.

Hæc tot propter me gaudia illi contigisse letor:

Etsi hoc meretrices aliæ nolūt: neque enim est in re
 nostram,

Vt quisquam amator nuptijs letetur. uerum æcastor
 Nunquam animum quæsti gratia ad malas adducam
 partes.

Ego dum illo licitum est usa sum benigno, & lepido,
 & comi.

Incom

Incommode mihi nuptijs euenit: factum fateor:
 At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi euēiret.
 Multa ex quo fuerint commoda, eiu incommoda
 æquom est ferre.

THESES ETHICAE.

- 1 Serui operam suam extollunt & laudant.
- 2 Curiositas præsertim in seruis est damnanda.
- 3 Meretrix bona sæpe commodare potest, & omnes suspitiones exoluere.

ACTVS QVINTI SCENAE IIII

PERIOCHA I. C.

Fabulae finis. Persona Pamphili cognita re de anulo leta: Serui curiosa: Bachidis commoda.

PAMPHILVS, PARMENO,
 BACCHIS.

Iambici octonarij & senarij, quaternarius unus,
 Trochaici aliquot.

Vide mi Parmeno etiam sodes, ut mi hæc certa
 & clara attuleris;

Ne me in breue hoc conijcias tempus, gaudio hoc falso frui.

Par. Visum est. Pam. certone? Par. certe. Pam. deus sum si hoc ita est. Par. uerum reperies.

Pam. Mane dum sodes: timeo ne aliud esse credam atq; aliud nuncies.

Pa. Maneo. Pam. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinam,

Suum

Suum annulum habere Bacchidem. Par. factum. Pam.
eum, quem ego olim ei dedi:

Ea q̄ hoc te nunciare mihi iussit: itane factum? Par.
ita inquam.

Pam. Quis me est fortunatior, uenustatis q̄; adeo ple-
nior? egon'

Pro hoc nuncio quid te donem? quid? quid? nescio. Par
at ego scio. Pam. quid?

Par. Nil: nam neque etiam in nuncio, neque in me ipso
quid sit boni,

Scio. Pam. egone, qui ab Orco mortuum me reducem
in lucem feceris,

Sinam sine munere à me abire? ah nimium me ingra-
tum putas.

Sed Bacchidem eccam uideo stare ante ostium:

Me expectat credo: adibo. B. salue Pamphile.

Pam. O Bacchis, o mea Bacchis, seruatric mea.

B. Bene factum, & uolupte est. Pam. factis, ut credam,
facis:

Antiquam q̄; adeo tuam uenustatem obtines,

Vt uoluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocun-
que adueneris,

Semper fiet. B. at tu æcastor morem antiquum, atque
ingenium obtines,

Vt unus hominum homo te uiuat nunquam quisquam
blandior.

Pam. Ha, ha, hæ, tu ne mihi istuc? B. recte amasti Pam-
phile uxorem tuam:

Nam

Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod
nossem, uideram:

Perliberalis uisa est. Pam. dic uerum. Ba. ita me di-
ament Pamphile.

Pam. Dic mihi, harum rerum nunquid dixti iā patri?

B. nil. Pam. neque opus est

Adeo mutito: placet hoc non fieri itidem, ut in comœ-
dijs,

Omnia ubi omnes resciscunt. hic, quos par fuerat res-
ciscere,

Sciunt; quos non autem scire æquom est, neque rescie-
scunt, neque scient.

B. Imo etiam, hoc qui occultari posse facilius credas,
dabo:

Myrrhina ita Phidippo dixit, iuriiurando se meo

Fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum. Pam.
est optume:

Speroq; rem hanc esse euenturam nobis ex sententia.

Par. Here, licet me scire ex te, hodie quid sit quod fe-
ci boni?

Aut quid istuc est, quod uos agitis? Pam. non. Par. su-
spicor tamen.

Ego ne ab Orco hunc mortuum? quo pacto? Pam. ne-
scis Parmeno,

Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærum-
na extraxeris.

Par. Imo uero scio, neque hoc imprudens feci. Pam.

ego istuc sati scio. Par. an

391 HECYRA TERENTII.

Temere quidquam Parmenonem prætereat, quod falso usu sit?

Pam. Sequere me intro Parmeno. Par. sequor. equidem plus hodie boni

Feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem unquam.

THESES ETHICAE I. VV.

- 1 *Prudentis est circumspicere ne falso gaudio fruatur.*
- 2 *Fortunatiores se deos esse censent.*
- 3 *Nuncio subito pleriq; sunt magis solliciti.*
- 4 *Heri grati esse cupiunt uel in seruos leta nuntiantes.*
- 5 *Rarissime emule uxores laudant.*

FINIS HECYRAE.

1

DE TRAGOEDIA,
AC COMOEDIA, PROPRIISQUE
TERENTII VIRTUTIBVS NON
PAVCA: EX AELIO DONATO ET
ALIIS: AD CORRECTIONEM
M. ANTONII MURETI DE
SCRIPTA.

INITIVM TRAGOEDIAE ET COMOEDIAE à
rebus diuinis est inchoatum: quibus pro
fructibus uota soluentes, operabantur an-
tiqui. Nam incensis iam altaribus, & admoto hirc-
co, id genus carminis, quod sacer chorus reddebat
Libero patri, TRAGOEDIA dicebatur: uel $\alpha\pi\tau\tau\epsilon\sigma\tau\epsilon\sigma$
 $\gamma\omicron\upsilon$. hoc est ab hircu hoste uinearum, & à cantilena:
(eius ipsius rei apud Vergilium plena fit mentio) uel
quòd hircu donabatur eius carminis poeta: uel quòd
uter eius musti plenus solenne præmium cantori-
bus fuerat: uel quod ora sua facibus perlinebant
scenici ante usum personarum ab Aeschilo reper-
tum: faeces enim dicuntur graece $\sigma\upsilon\gamma\epsilon\varsigma$ & his qui-
dem causis tragædiæ nomen est inuentum. At uero
nondum coactis in urbem Atheniensibus, cum Apol-
lini Nomio, id est, pastorum uicinarumq; præsidi deo
constructis aris, in honorem diuinæ rei, circum Atti-
ca uicos, uillas, pagos, & cõpita festum carmẽ solen-
niter cantarent; orta est COMOEDIA $\alpha\pi\tau\tau\epsilon\sigma\tau\epsilon\sigma$
 $\xi\upsilon\upsilon\kappa\alpha\iota\ \acute{\alpha}\delta\ \xi\upsilon$. quod est, comessatum ire cantantes.
quod a poetis solenni die, uel amatorie lasciuiantibus

choris comicis non absurdum est. itaque ut rerum, ita
etiam temporum ipsorum cœpto ordine tragœdia pri-
mo prolata esse cognoscitur. nam ut ab incultis & fe-
ris moribus paulatim peruentum est ad mansuetudinē,
urbesq; sunt conditæ, & uita mitior atque otiosior
processit: ita res tragicæ longe ante comicas inuenta.
quamuis autem retro prisca uoluentibus reperiatur
Thespis tragœdiæ primus inuētor: & comœdiæ uete-
ris pater Eupolis, cū Cratino, Aristophaneq; esse dica-
tur; Homerus tamen, qui fere omnis poeticæ largissi-
mus fons est, etiam his carminibus exempla præbuit,
& uelut quadam suorum operum lege præscripsit:
qui Iliadem instar tragœdiæ, Odysseam ad imaginem
comœdiæ fecisse monstratur: nam post illius tale, tan-
tumq; documentum, ab ingeniosissimis imitatoribus
& digesta in ordinem, & diuisa sunt ea, quæ etiā tum
temere scribebantur adhuc impolita, atq; in ipsis ru-
dimētis haud quaquā, ut postea facta sunt, decora, atq;
leuia. At nos ea, quæ proprie de tragœdia dicēda sunt
titulo propositi operis instātes, in alia tēpora differa-
mus, & de his fabulis iā loquamur, quas Terētius imi-
tatus est. Postquā demōstrandæ originis causa de utri-
usq; generis initio diximus; q̄ necesse est iā dicemus.

COMOEDIA fere uetus, ut ipsa quoque olim tra-
gœdia simplex carmen, quemadmodum iam diximus,
fuit: quod chorus circa aras fumantes, nūc spatiatas,
nunc reuoluens gyros, cum tibicine concinebat. sed
primo una persona substituta est cantoribus: quæ res
Respondens alternis choro, locupletauit, uariauitq; rem
musicam:

2

musicam: tum altera, tum tertia: et ad postremum cre-
scente numero, per auctores diuersos personæ, pallæ,
cothurni, socci, & ceteri ornatus, atque insignia sce-
nicorum reperta, & ad hoc unicuiq; suus habitus: &
ad ultimum, qui primarum partium, qui secundarum,
& tertiæ, qui quartarum, atque quintarum acto-
res essent, distributa & diuisa quinquepartito tota
est fabula. quæ tamen in ipsis ortus sui uelut quibus-
dam incunabulis, & uix dum incipiens, uerum dicitur de-
ta est ἀρχαία iccirco quia nobis parum cognitis
initijs nata est; aut quia inest in ea uelut historica fi-
des ueræ narrationis, & denominatio omnium, de quibus
libere describebatur. etenim per priscos poetas,
non, ut nunc, penitus ficta argumenta, sed res gestæ à
ciuibus, palam cum eorum sæpe, qui gesserant, nomine
decantabantur. ideo ipsa suo tempore moribus multa
tam profuit ciuitatis; cum unusquisque caueret cula-
pa, ne spectaculo ceteris esset, & domestico probro.
Sed cum poetæ abuti licentius stylo, & passim ledere
ex libidine cœpissent plures bonos; ne quisquam in al-
terum carmen infame proponeret, lege lata, siluere.
Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est SATYRA,
sumpsit exordium: quæ à Satyris, quos illotos semper
ac petulantes deos scimus esse, uocitata est. etsi alium
de nomen traxisse prauè putant alij. hæc, quæ SATYRA
dicitur, eiusmodi fuit, ut in ea, quamuis duro & ueluti
agresti modo, de uitijs ciuium, tamen sine ullo pro-
prij nominis titulo carmen esset. quod item genus co-
mædiæ multis obfuit poetis, cum in suspicionem po-

quidem reliquerunt: quod Latini fecerunt comici: unde apud illos dirimere actus quinque partitos difficile est. tum etiam Graeci prologos non habent more nostrorum, quos Latini habent. deinde θεοῦ ἔργα μηχανῶν id est deos argumentis narrandis machinatos, ceteri Latini instar Graecorum habent, Terentius non habet. ad hoc πρὸς τὸν θεὸν προσώπων id est, personas extra argumentum accersitas, non facile ceteri habent: quibus Terentius saepe utitur, ut per harum inductiones facile pateat argumentum. Veteres etsi ipsi quoque in metris negligētius egerunt iambici uersus, duntaxat in secundo et quarto loco, tamen à Terentio uincuntur resolutione huius metri, quantum potest comminuti ad imaginem prorsus orationis. Tum personarum leges circa habitum, etatem, officium, partes agendi, nemo diligentius Terentio custodiuit. Quin etiam solus ausus est in fictis argumentis, cum fidem ueritatis assequeretur, etiam contra praescripta comica meretrices interdum non malas introducere; quibus tamen, cur bonae sint, et uoluptas per ipsum, et causa non desit. Haec cum artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, quod et morem retinuit, ut comedia scriberet, et temperauit affectum, ne in tragediam transiliret. quod cum alijs rebus minime obtentum et à Plauto, et ab Afranio, et Accio, et multis fere magnis comicis inuenimus. Illud quoque inter Terentianas uirtutes mirabile, quod eius fabulae eo sunt temperamento, ut neque extumescant ad tragicam celsitudinem, neque abijciantur ad histrionicam. Adde, quod nihil abstrusum ab eo ponitur

aut quod ab historicis requirendum sit: quod sepius
Plautus facit, & eo est obscurior in pluribus locis.
Adde, quod argumenti ac styli ita attente memor est,
ut nusquam non cauerit, aut curauerit ea, quae obesse
potuerunt: tum, quod media primis atque postremis
ita nexuit, ut nihil additum alteri, sed aptum ex se to-
tum, & uno corpore uideatur esse compositum. illud
quoque mirabile in eo: primo, quod non ita miscet per-
sonas quatuor, ut obscura sit earum distinctio: & item,
quod nihil ad populum facit actorem uelut ex tra-
gædia loqui. quod uitium Plauti frequentissimum est.
Illud etiam inter cetera eius laude dignum uidetur,
quod locupletiora argumenta, ex duplicibus negotijs
delegerit ad scribendum. nam, excepta Hecyra, in qua
scribit Pamphili amorem, ceteræ quinque binos ado-
lescentulos habent.

Illud uero tenendum est, post $\nu\epsilon\alpha\nu\kappa\omega\mu\omega\delta\iota\alpha\nu$ Lati-
nos multa fabularum genera protulisse, ut TOGATAS
à scenicis, atque argumentis latinis; PRAETEXTATAS
ab dignitate personarum, & latina historia; ATTELLA-
NAS à ciuitate Campaniæ, ubi actitatae sunt plurimæ;
RHYNTONICAS ab actoris nomine; TABERNARIAS
ab humilitate argumēti, & styli; MIMOS ab diuturna
imitatione uilium rerum, & leuium personarum.

Inter tragædiam autem, & comædiam cum multa,
tum in primis hoc distat, quod in comædia medio-
cris fortunæ hominum parui impetus, periculaque, læ-
tiisque sunt exitus actionum: at in tragædia omnia con-
traria, ingētes personæ, magni timores, exitus funesti
habent

habentur. & illic turbulenta prima, tranquilla ultima:
in tragœdia contrario ordine res aguntur: tum quod
in tragœdia fugienda uita, in comœdia capessenda ex
primitur. postremo quod omnis comœdia de fictis est
argumentis, tragœdia sæpe de historica fide petitur.

Latine fabule primo à Liuijo Andronico scriptæ
✠ sunt ad cunctas res, etiã cum recētius idem poeta
& actor fabularum suarum fuisset.

Comœdiæ autem aut motorie sunt, aut statariæ,
aut mixtæ. motorie turbulentiæ: statariæ, quietiores:
mixtæ, ex utroque actu consistentes.

Comœdia per quatuor partes diuiditur, prologum,
protasin, epitasin, catastrophem. PROLOGVS est ue
lut præfatio quedam fabule, in quo solo licet præter
argumentum aliquid ad populum uel ex poeta, uel
ex ipsius fabule, uel ex actoris commodo loqui. Pro
tasin, primus est actus, initiumq; dramatis. Epitasis, in
crementum, processusq; turbarum, ac totius, ut ita di
xerim, nodus erroris. Catastrophe, conuersio rerum
est ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione
gestorum.

Comœdia est fabula diuersa instituta cōtinens affe
ctuum ciuiliū, ac priuatarum rerum: qua discitur,
quid sit in uita utile, quid cōtra euitādum. hanc Græ
ci sic definiere: κωμῳδία ὅστις ἰδιωτικῶν καὶ πολι
τικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος πόμοχος Comœdi
am esse Cicero ait, imitationē uitæ, speculū cōsuetudi
nis, imaginem ueritatis. Comœdiæ autem à more anti
quo dictæ, quia in uicis huiusmodi carmina initio

agebatur apud Græcos, ut in Italia compitalicijs ludicris admixto pronunciationis modulo: quo, dum actus commutantur, populus detinebatur: aut *ἀπὸ τῆς βίης*, hoc est, ab actu uitæ hominum, qui in uicijs habitabant ob mediocritatem fortunarum, non in aulis regijs, ut sunt personæ tragicae. COMOEDIA uero, quia poema sub imitatione uitæ atque similitudine compositum est, in gestu & pronunciatione consistit. COMOEDIAM apud Græcos dubium est quis inuenit primus: apud Latinos, certum est, & comœdiam togatam & tragœdiam, primo Liuium Andronicum reperisse: qui ait, comœdiam esse quotidiane uitæ speculum: nec iniuria: nam ut intenti speculo, ueritatis lineamenta facile per imagines colligimus, ita lectione comœdiæ imitationem uitæ, consuetudinisq; non ægerrime animaduertimus. huius autem originis ratio ab exteris ciuitatibus, moribusq; prouenit: Athenienses nanque Atticam custodientes elegantiam, cum uellent male uiuentes notare, in uicos & compita ex omnibus locis læti, alacresq; ueniebant, ibiq; cum nominibus singulorum uitam publicabant, unde nomen compositum ut comœdia uocaretur. Hæc autem carmina primitus in pratis mollibus agebantur: nec deerant præmia, quibus ad scribendum doctorum prouocarentur ingenia. sed & actoribus munera offerebantur, quo libentius iucundo uocis flexu ad dulcedinẽ commendationis uterentur: caper namque pro dono his dabatur, quia uitibus noxium animal habebatur, à quo etiam tragœdiæ nomen exortum

tum est. Non nulli autem ex amurca olei fece, que est humor aquatilis, tragœdiam dici, uocarique maluerunt. Qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipsi comœdiarum, tragœdiarumque scriptores huius dei uelut præsens numen colere uenerarique cœperunt. Cuius rei probabilis ratio extitit: ita enim carmina inchoata præferebantur, ut per ea laudes eius, et facta gloriosa celebrari, proferrique constaret. tum paulatim fama huius artis increbuit. Thespis autem primus hæc scripta in omnium notitiam protulit. postea Aeschylus secutus exemplum publicauit. de quibus ita Horatius in arte poetica loquitur.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, et plaustris uexisse poemata Thespis,
Que canerent, agerentque peruncti facibus ora.
Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Aeschylus, et modicis instrauit pulpita tignis.
Et docuit magnumque loqui, niti que cothurno.
Successit uetus his comœdia, non sine multa
Laude: sed in uitium libertas excidit, et uim
Dignam lege regi. lex est accepta, chorusque
Turpiter obticuit sublato iure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere poetæ:
Nec minimum meruere decus, uestigia græcæ
Ausi deserere, et celebrare domestica facta,
Vel qui prætextas, uel qui docuere togatas.

FABVLA generale nomen est, eius duæ primæ
partes

partes sunt, tragoedia, & comoedia. si latina argumen-
tatio sit, praetextata dicitur.

Comoedia autem multas species habet: aut enim Pal-
liata est, aut Togata, aut Tabernaria, aut Attellana,
aut Mimus, aut Rhyntonica, aut Planipedia. Planipe-
dia autem dicta ob humilitatem argumenti eius, ac
uilitatem actorum: qui non cothurno, aut socco utun-
tur in scena, aut pulpito, sed planopede: uel ideo, quod
non ea negotia continet, quae personarum in turribus
aut in coenaculis habitantium sunt, sed in plano & hu-
mili loco. Personati primi egisse dicuntur comoediam
Cincius & Faliscus: tragoediam Minutius & Protho-
nius. Omnium autem comoediarum scripta ex quatuor
rebus omnino sumuntur, nomine, loco, facto, euentu:
nomine, ut Phormio, Hecyra, Curculio, Epidicus: loco,
ut Andria, Leucadia, Brundusina: facto, ut Eunuchus,
Asinaria, Captiui: euentu, ut Commorientes, Crimen,
Heautontimorumenos.

Comoediarum formae sunt tres: PALLIATAE, grae-
cum habitum referentes; quas nonnulli tabernarias
uocant: TOGATAE, iuxta formam personarum habitu
togarum desiderantes: ATTELLANAE, salibus & iocis
compositae; quae in se non habent nisi uenustam ele-
gantiam. COMOEDIA autem diuiditur in quatuor
partibus, Prologum, protasin, Epitasin, Catastrophem.

PROLOGVS est prima dictio à Graecis dicta
πρόλογος, id est antecedens ueram fabulae cōpositio-
nem elocutio. eius species quatuor sunt. εὐσεβικός,
commendaticius; quo fabula uel poeta commendatur:

εὐσεβ

ἀναφορικὸς, relatiuus; quo aut aduersario maledi-
cta, aut gratiæ populo referuntur: ὑποδελτικὸς argu-
mentatiuus, fabulæ argumentum exponens: μικτός,
mixtus, omnia hæc in se continens. Inter prologum,
& prologium quidam hoc interesse uoluerunt: quia
prologus est ubi poeta excusatur, aut fabula commen-
datur: prologium autem est, cum tantum de argumen-
to dicitur.

PROTASIS est primus actus fabulæ, quo pars ar-
gumenti explicatur, pars reticetur ad populi expe-
ctationem tenendam.

EPITASIS inuolutio argumenti, cuius elegantia
cōnectitur. CATASTROPHE explicatio fabulæ, per
quam euentus eius approbatur. In plerisque fabulis
ipsarum nomina priora ponebantur, quàm poetarum:
in non nullis poetarum, quàm fabularum. cuius moris
diuersitatem antiquitas probat. nam cum primum ali-
qui fabulas ederent, ipsarum nomina pronunciaban-
tur ante, quàm poetæ pronunciarentur, ne aliqua in-
uidia à scribendo deterreri possent. cum autem per
editionem multarum poetæ iam esset auctoritas acqui-
sita, rursus priora poetarum nomina proferebantur,
ut per ipsorū uocabula fabulis attētio acquireretur.

Actas diuersis ludis manifestum est inscribi. nam
ludorū quatuor sunt species, quos curules ædiles mu-
nere publico curant: Megalenses, magnis dijs conse-
crati, quos Græci μεγάλης σιούς appellant. Fune-
bres, ad retinendum populum instituti, dum pompa
funeris decreta in honorem patricij uiri plene iustru-

thyr:

ur: PLEBEII, qui pro salute plebis eduntur: APOLLINARES, Apollini consecrati.

In scena duæ aræ poni solebant, dextera Liberi, sinistra eius dei, cui ludi fiebant, unde Terentius in Andria ait,

Ex ara hinc sume uerbenas. ¶ multa desunt.

Hinc Vlysses palliatum semper inducunt: siue quod aliquando insaniam simulauit, quo tempore tectum se esse uoluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire: seu ob singularem sapientiam, qua tectus, munitusque plurimum socijs profuit: huius enim uirtutis erat, animi semper decipientis ingenium. non nulli Ithacæ incolas, sicut Locros, palliatos fuisse commemorant. Achillis, & Neoptolemi personæ diademata habent, quamuis regalia sceptrâ nunquam tenuerint. cuius argumēti probatio talis inducitur, quod nunquam cum reliqua Græciæ iuuentute ad gerenda cum Troianis bella sacramenta coniurationis inierunt, nec unquam sub Agamemnonis imperio fuerunt. Comici senibus candidus uestitus inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur. adolescētibus discolor attribuitur. serui comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, uel quo expeditiores agant. parasiti cum intortis pallijs eueniunt. leto uestitus candidus, ærumnoso obsoletus, purpureus diuiti, pauperi phœniceus datur, militi chlamys purpurea, puella habitus peregrinus inducitur. leno pallio uarij coloris utitur. meretrici ob auaritiâ luteum datur.

Syrmata dicta sunt ab eo, quod trahuntur: quæ res ab sceni

7
scenica luxuria instituta est. eadem in luctuosis perso-
nis incuriam sui per negligentiam significant.

Aulea quoque in scena in terra sternuntur, quod
pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam usque
perlatus: pro quibus siparia aetas posterior accepit.
est autem minutum uelum, quod populo obsistit, dum
fabularum actus commutantur.

Diuerbia histriones pronuntiabant. Cantica uero
temperabantur modis, non à poeta, sed à perito artis
musicae factis: neque enim omnia iisdem modis in uno
cantico agebantur, sed saepe mutatis, ut significat qui
tres numeros in comœdijs ponunt: qui tres continent
mutatos modos cantici illius. Qui huiusmodi modos
faciebant, nomen in principio fabulae & scriptoris,
& actoris superponebant.

Huiusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his
auditis multi ex populo antè discerent, quam fabulam
acturi scenici essent, quam omnino spectatoribus ipsis
antecedens titulus pronuntiaretur. Agebantur autem
tibijs paribus, aut imparibus; & dextris, aut sinistris.
dextra autem tibiae sua grauitate seriam comœdiae
dictionem prænunciabant: sinistrae & ferranae acumi-
nis leuitate iocum in comœdia ostendebant. ubi au-
tem dextra & sinistra acta fabula inscribe-
batur, mixtim ioci & grauitates
denunciabantur.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

FR
FAH
MARCOD
TATIONE
RENTI

IN QVIBVS
RATIO
STITVIT
VERP
PL

DVSS
Excelebant
Albert
An. M

8
(11)

FRANCISCI
FABRICII
MARCODVRANI ANNO
TATIONES IN SEX TE
RENTII COMOEDIAS:

IN QVIBVS ET VERA LE
CTIO RATIONE SVBIECTA CON
STITVITVR, ET MVLTA IN
TERPRETATIONE EX
PLICANTVR.

DVSSELDORPII

Excudebant Iohannes Oridryus &
Albertus Buys, Affines.
An. M. D. LVIII.

1016

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

INCEFA
ODVLANTE
ST
Vediand
com hab
debur, qu
vacant
tag vidi
quibus M
mibus cat
5 mag
pochis, p
la d'p m ha
restitu
di p' redd
it eam du
matione
lectu con
viti d'ctis, q
p' d'ctum p
restitu
viti d'ctis, q

91

FRANC. FABRICIVS MAR
CODVRANVS LITERARVM
STVDIOSIS. S. P.

Quod iam diu in rem vestram incho-
atum habuimus, id iam tandem his
otiosis diebus, quibus à publico docendi
munere vacamus, pro virili parte absolu-
uimus. Itaque vobis offerimus Terentij Co-
mœdias, è quibus M. Antonius Muretus,
homo in bonis auctõribus emendandis be-
ne peritus, & magna cum disciplinarum
intelligentia, menda, quæ lepidissimas fa-
bellas deformabant, sustulit, veramq; le-
ctionem restituit: cuius ratio cum paucis
locis ab ipso reddita esset, nosq; fore vide-
remus, vt eam vos pluribus requireretis,
has annotationes adiecimus: in quibus &
Mureti lectio confirmatur, & si quid ab
alijs viris doctis, qui in hoc auctore emen-
dando studium posuerunt, notatum est,
comprehenditur. Contulimus cum Mure-
ti libro alios quatuor emēdatos, vnum ab

A 2 Erasmo

AD STUDIOSOS.

*Erasmo, alterū à Goueano, tertiū à Lol-
gio, quartum à Io. Riuiio, & Geor. Fabricio: è quibus omnia, quæ vel cōueniebant,
vel discrepabant, breuiter descripsimus.
Inprimis autem secuti sumus fidem veteris
libri Veneti, cuius auxilio Muretus lo-
cos per plurimos correxerat. Multum etiam
nos adiuuerunt antiqui Grammatici,
maxime Priscianus, qui Terētij testimo-
nio libenter vtitur. Atque hunc equidem
laborē, vt ad vestra studia adiuuenti ali-
quid afferrem, suscepi: si vero id quod stu-
dii, consecutus non sum, sic habete, mihi
non voluntatem perficiendi, sed facultate
defuisse. Valete.*

M. Anto.

10

M. ANTONII MURETI, in Andriam Terentij

ARGUMENTVM.



Chremes, & Phania fratres Athenienses fuerunt. eorum, Chremes profecturus in Asiam, Pasibulam filiulam, quam tum unicam habebat, fratris fidei credidit. profecto eo, contingit, ut in Grecia magni bellorum motus excitarentur. quos fugiens Phania, cum, imposita secum in nauim puella, ad fratrem iter cepisset, vi tempestatis fracta naui, apud Andriam insulam eiectus est. ibi applicat se ad Andrium quendam, hominem haud magna cum re; a quo tamen benigne humaniterque exceptus, non ita multo post moritur. Hospes Andrius relictae apud se puella commutat nomen, & pro Pasibula Glycerium nominat: cumque per aliquot annos eam cum filia Chryside, pari utranque studio, educasset, decedit ipse quoque de uita. Chrysis, quae se & orbam, & inopem uideret, abrepta secum Glycerio, Athenas nauigat: ubi cum aliquandiu uitam lana telaque tolerasset, ad postremum adolescentum blanditijs, & pollicitationibus uicta, questum corpore facere incepit. Ventitabat ad eam inter ceteros Pamphilus, Simonis filius, probus, & liberali praeditus ingenio adolescens; qui non Chrysidis ille quida-

A 3 dem

ARGUMENTVM

quidem, sed ipsius Glycerij mirifico quodam amore percussus, primus, solusq; corpus cū ea commiscuit, fidemq; iam grauidæ dedit, eam sibi uxorem fore. Susceperat & postea Chremes aliam filiam, Philumenā nomine, eamq; (iam enim nubilis erat) Pamphilo, bona adolescētis impulsus fama, collocare cupiebat. Quid multa? ultro ad Simonem uenit, cum eo negotium conficit. in scio Pamphilo, de communi senum sententia, faciundis nuptijs constituitur dies. Adhuc hæc erāt: cum Chrysis moritur, ibi primum Simo de filij amore cognouit. nam cum ambo una in funus prodijissent, accidit, ut, posita in ignem Chryside, Glycerium se, præ doloris impatiētia, eodem coniectura uideretur. Accurrit Pamphilus, eamq; mediā amplexus, ita consolari cœpit, ut plurimas minimeq; dubias totius rei significationes daret. itaque uenit ad Simonem postri die Chremes; conditionem renunciat: comperisse se, Pamphilum, peregrinam illam habere in uxoris loco. nescius, ex se natam esse eam, quam ita contumelia causa peregrinam nominaret. gaudere, ea re intellecta, Pamphilus: dolere contra, ac ringi Simo. aduenit interea dies, qui nuptijs initio fuerat præstitutus. Simo, ueteratoria quadam calliditate, simulandas sibi, ad pertentandum filij animum, nuptias statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, ueram sibi obiurgandi illius causam fore; quæ ad eum diem nulla satis iusta fuerat: sin annueret; facile se, quod uellet, à Chremete impetraturum; atque ita uero nuptias, dijs adiuuantibus,

IN ANDRIAM.

bus factum iri. prateriens igitur apud forum, securo
 iam, & nihil tale metuenti filio, Pamphile, inquit, abi
 domum, ac deos comprecare: uxor tibi ducenda ho
 die est. hoc dicto, uelut improviso quodam iaculo, sa
 ciatus adolescens, quid ageret, aut quid consilij ca
 peret, nesciebat: cum ad eum Dauus, uafro admodum,
 ac uersuto ingenio seruus, animaduersa senis astutia,
 accurrit. Erat tum una cum Pamphilo Charinus, qui
 adolescens miro quodam amore Philumenæ incensus,
 frustra sæpe tentatis illius nuptijs, ad postremum au
 dito eam eo die nupturam Pamphilo, in summam de
 sperationem adductus, cum orabat, si se saluum uellet
 ut uel eam ne duceret, uel saltem nuptijs dies aliquot
 produceret. Pamphilus eum sua quidem causa bono
 esse animo, atque omnia ad impediendas nuptias mo
 liri iubebat: se, quantum in se esset, effecturum, ea ut
 ne daretur sibi. adueniens, ut dixi, Dauus Charinum,
 iam spei plenum abire ad ambiendos senis amicos iu
 bet: deinde seorsum Pamphilo coniecturas suas ape
 rit, persuadetq; ut patri dicat, se paratum esse uxo
 rem ducere: nam eo pacto, inquit, & patri omnem iura
 gandi occasionem præcideris, & non erit tamen ue
 rendum, ne nuptiæ fiant: nunquam enim Chremes tibi
 semel repudiato, filiam suam iterum commissurus est.
 hæc ita de serui consilio acta, longe aliter cecidere,
 ac putabantur. exorat enim Chremetem Simo. ita res
 in uerarum nuptiarum discrimen adducitur. forte eo
 ipso die Glycerium exactis temporibus puerum peperit.

ANNOTATIONES.

cum puerum Dauus, cum aliter nuptias disturbare non posset, pro foribus ædium Simonis ab ancilla collocandum curat. in eum cum incidisset Chremes, & Pamphilo natum esse cognosset, rursus abducit animum à nuptijs. turbæ maximæ concitantur: donec aduenit Crito Andrius, qui, quòd Chrysi di genere proximus fuisset, ad cernendam illius hereditatem Athenas uenerat. eius interuentu Chremes filiam agnoscit. ita, summa omnium letitia, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

ANNOTATIONES. FR. FA.

FLACCVS CLAVDII.

Pag. I.

Ita fecit Muretus, cum antea hic in omnibus legere retur, Flaccus Claudij filius. Sed in cæterarum fabularum inscriptionibus libri antiqui uocem filius, non habent. Claudius etiam gentis nomē est, quo ueteres, cum pater alicuius notandus erat, usos non fuisse omnibus notum est. Adde quòd hunc Flaccum, quisquis est, ciuem Romanum natum fuisse non est credibile, cum ignominiosa esset apud Romanos scenicorum artificiorum tota fere tractatio: sed aut seruum alicuius ciuis R. aut certe libertum. Hæc Muretus.

CN. SVLPICIO.

C. SVLPICIO scribendum. Nam in antiquis inscriptionibus hi Coss. an. D X X C V II. ita nominantur, C. SVLPICIVS. C. F. C. N. GALLVS, M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS.

Non

IN ANDRIAM.

Pagina 3.

Non ita sunt dissimili argumento legendum. Hoc autem dicit, Quod ad argumentum pertinuit Comœdiarum Menandri, eandem pene fuisse Andriæ & Perinthiæ materiam, hoc est, habuisse $\Theta\nu\mu\theta\omicron\rho$ communem, distinctas tamen fuisse uarietate uerborum atq; sententiarum. Nam per orationem $\delta\iota\acute{\alpha}\nu\omicron\iota\alpha\mu$, per stylium $\lambda\acute{\epsilon}\xi\iota\mu$ intelligit Geor. Fabricius.

Isti id uituperant factum.

Antea cum legeretur, Id isti, uersus non constabas quem Goueanus ex libris antiquis restituit.

Faciunt næ intelligendo.

Sunt qui hæc per interrogationem legant, Θ , Faciunt ne, scribant. Meminit utriusq; Interpres.

ACTVS I. SCENA I.

Feci è seruo, ut esses libertus mihi.

Versus Menandri, de quo hic translatus, legitur in Elenchis Aristotelis, $\epsilon\gamma\omega\ \sigma\epsilon\ \delta\omicron\upsilon\lambda\omicron\iota\varsigma\ \omicron\nu\tau\prime\ \epsilon\delta\eta\kappa\acute{\iota}\ \epsilon\lambda\epsilon\upsilon\theta\epsilon\rho\omicron\mu$. Ego seruum te hominem feci liberum: In sequenti Goueanus seruibas scripsit, quomodo ueteres hæc uerba pronunciaſſe Grammatici testantur.

Nam istæc commemoratio Quasi expro.

Demosthenes pro Ctesiphonte. $\Theta\ \delta\epsilon\ \tau\acute{\alpha}\varsigma\ \iota\delta\acute{\iota}\alpha\varsigma\ \iota\upsilon\pi\epsilon\rho\kappa\omicron\iota\alpha\varsigma\ \acute{\alpha}\nu\alpha\mu\mu\eta\sigma\eta\kappa\eta\mu$, $\mu\iota\kappa\rho\upsilon\ \delta\epsilon\ \iota\nu\ \omicron\mu\omicron\iota\omicron\nu\ \epsilon\sigma\tau\ \tau\omega\ \omicron\nu\delta\acute{\iota}\zeta\eta\mu$. id est, Sua beneficia commemorare ferre idem est quod exprobrare.

Liberius uiuendi fuit potestas.

A 5

Varia

A N N O T A T I O N E S

Varia sunt in hoc uersu dimetiendo iudicia uirorum doctorum. Sed Muretus notat, fuit, monosyllabū esse, & loco quarto esse creticum: quē imperite nonnulli ab iambico carmine excludunt.

Quod plerique omnes faciunt

Priscianus lib. 18. admonet, hanc loquendi rationem manasse ab Atticis: eos enim ita loqui solitos, *πλείονες δὲ πάντες τῶν λέγουσιν ἄνθρωποι* Gellius li. 8. ca. 12. exposuerat, Quid significet in ueterū libris pleriq; oēs: & quod ea uerba accepta à Grecis uidentur. Quare Seruius nō recte fecit, qui hæc uerba disiunxit. Aut equos alere, aut canes ad.

Hoc ex instituto ueterū Atheniensium: de quibus Isocrates in Arcopagit. *εὖ δὲ βίον ἰκανὸν κακτὸ μὲνος περὶ τῆς ἰπικῆς, & τῆς γυμναστικῆς, καὶ τῆς κληρονομίας, καὶ τῆς φιλοσοφίας ἠνάγκασαι διατρέβην,* id est, Locupletes rei equestri, & palestræ, & uenationi, & philosophiæ operam dare coegerunt. Terentius ex illis quatuor unum prætermisit.

Nunquam præponens se alijs.

Sic in antiquioribus: in alijs est, illis. In dimetiendo uersu laborant Riuus & Glareanus, quia legunt, ita ut facillime. uerū ex Interprete constat particulam, ut, redundare. quod Guido Lolgius etiam animaduertit. In eo quod sequitur, Sine inuidia inuenias laudē, antea cū legeretur, sine inuidia laudē inuenias, uersus sine duris admodum collisionibus, non constabat, quæ iam bene habet.

Obsequium amicos.

Obses

IN ANDRIAM.

Obsequium à Cicerone in Lælio Terentianis uerbis appellatur, non quòd putaret, id primum à Terentio dictum esse, ut scribit Quintilianus lib. 8. cap. 3. sed quòd ille primus hoc ad nimium gratificandi in dictis factisque omnibus studium transtulerit, ut notat Geor. Fabricius.

Huc uiciniae.

Sic in Phormione act. 1. sce. 2. hic uiciniae. Nonius tamè & Priscianus, & Charisius, huic uiciniae legunt: quo modo Muretus in quatuor manuscriptis libris aperte legi testatur.

Primum hæc pudicè.

Apud Priscianum li. 15. bis hic uersus adducitur, ibique in septem libris scriptis, Primò legitur, sicut etià à Seruio citatur li. 8. Aeneid. Quis heri Chry.

Honeste dictum, pro, quis cum Chryside rem habuit. Ita intelligendum illud Ciceronis li. 9. Epist. Fam. Sed tamè ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum, habere eum Laida: Habeo, inquit, Laida, non habeor à Laide. Nã & Græcos ita nonnunquam loqui constat. Lucia. Ἐν στρατώτρῃ θατὶ τῷ Ακαστῶνα, ὃς πάλαι μὲν Αβρόβονορ εἶχε. Hæc Muretus.

symbolum dedit.) Geor. Fabricius monet, in Palatino esse, Symbolam dedit. Plautus modò masculino, modo fœminino utitur.

Nam qui cum ingenijs conflictatur.) Sic habent omnes libri, præter eum, quem Goueanus emendauit, in quo est, conflictat. Utitur uerbo conflictato etià in Phormione act. 3. sce. 2. Verum manet adhuc incommoditas in uersu. Quare Muretus ita legendum putat,

Nano

ANNOTATIONES

Nam qui conflictat cum ingenijs eiusmodi. Sequentes duos uersus Goueanus se in exemplari uetusto ita scriptos inuenisse testatur,

Neq; commouetur animus in ea re, scias

Tum iam ipsum habere posse suæ uitæ modum.

Quid obstat.

pag. 7.

In alijs est, Quid igitur obstat: ut sit primo loco proceleumaticus, & uerbum fiant in unam syllabam contrahatur in metiendo, sicut facit Riuus.

Beasti: metui à Chryside.

In ueteri Veneto legitur. Beasti: hei metui. Habent eodem modo septem libri manuscripti Prisciani libro octauo, ubi in impressis est, heu metui.

Hic parvæ consuetudinis causa.

In ueteri Veneto est, hem, hic parvæ consuetudinis causa. non solum in contextu, uerum etiam in commentarijs.

Quæ ibi aderant, fortè unam.

Sunt qui uocem, unam, tanquam superfluum reijciant. Sed cum ea sit in omnibus libris non solum Terentij: uerum etiam Prisciani, à quo bis hic locus citatur lib. 18. retinenda est, ut sit primo loco tribrachys, & quarto proceleumaticus.

Accedo ad pedisequas.

Hoc uocabulum unico sibilo recte scribitur etiam in antiquissimo libro Prisciani, qui in Corbeiensi bibliotheca fuit. In Pandectis Florentinis cap. 65. lib. 31. legitur, Eadem sunt, lecticarijs aut pedisequis legatis.

IN ANDRIAM.

gatis. Et Romæ in marmore, Q. ARTORIVS
ANTIOCHVS PRISCVS PEDISEQ.
V. A. XX.

Percussit illico animum.

Ita esse in Palatino & antiquis omnibus notat
Georg. Fabricius. Deinde, atat, Iambus est, ut uult
Glareanus. malle, in, animum, non elidere, m. Gouea-
nus, at at at, hic & alijs quibusdam locis scripsit.

Ad sepulcrum venimus. pag. 8.

Video esse homines doctissimos, qui legant, ad se-
pulturam: quod non modo libri Terentij & Cicero-
nis 2. de Oratore, uerum etiam Interpres & lex car-
minis improbant.

In ignem posita est.

Rivius in duobus manuscriptis inuenit, imposita
idq; probat Georg. Fabricius, cum in libro antiquo
Ciceronis eodem modo scriptum legerit.

Honesta oratio est.

In quibusdam libris, honesta ratio est. Sed hanc
scripturam & ueteres libri, & ipsa carminis ratio,
& latine loquentium consuetudo confirmat. Cicero
lib. 2. de Officijs. Dictu quidem est procliue: itaq; uul-
go loquuntur, sese in beneficijs collocandis mores ho-
minum, non fortunam sequi. honesta oratio est.

Ego illud sedulo.

Goueanus putat Terentium scripsisse, Alli ego se-
dulo. Sed nulla causa est, cur à libris discedas, cū pro-
nomen illud, hic, & alibi sæpissime primā corripiat.

Tute

ANNOTATIONES

Tute ipse his rebus.

Ita esse in Terentiano codice Vaticano, iam pridem testatus est Ioannes Pierius. Peccant, qui interea, praescripsisti, retinent.

Sin eueniat quod uolo. pag. 9.

Sin, non, siue, hic scriptum esse à Terentio ex Victoris Observationibus cognoscitur: cuius uerba ab Alciato citata refert Geor. Fabricius.

Vbi nuptias futuras esse.

Esse, hic non redundat: neq; opus est elidere s in futuras, si creticum quarto loco recipias.

Sec. 2. Etheni semper lenitas. pag. 10.

Qui semper lenitas per hyphen legunt, eos recte facere iudico. Loquitur enim de diuturna heri lenitate: nec sententia aequae conuenit, si, semper, cum uerbo, uerebar, iungatur.

Interea oscitantes opprimi.

In ueteri Veneto est, inter oscitantes. In Pauli Manutij libro, quem Guido Lolgius emendauit, legitur, interobscitantes.

Vt ne esset spatium.

Particulam, ut, requirit Iambicus: qui eam omittunt faciunt Trochaicum octonarium catalecticum.

Herus est, neque praë.

Georg. Fabricius monet in Palatino esse, prouideram. Sic Horatius lib. I. Epist.

Quod non mane domum uenisset, deniq; quod non prouidisset eum.

Plautus

IN ANDRIAM.

Plautus *Asin.* Non hercle te prouideram, quæso
de uitio uertas.

Nunc hæc dies aliam uitam. pag. 11.

In ueteri Veneto est, hic dies: quomodo scripsit Go
meanus. Nam apud Ciceronem quoq; epist. 25. lib. 12.
fam. legitur, Nunc hic dies aliam uitam affert, alios
mores postulat, ut ait Terentius.

Omnes qui amant.

In dimetiendo uersu, qui, non eliditur: sed ita per
manet, ut in illo Vergil.

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Verberibus cesum te in

Cum ab hinc triennium *Lysiae* orationem pro *Erato*
osthenis cæde è græco in latinum conuerterem, ani
maduerti quomodo hæc græcè dicantur. Nam ibi
Euphiletus causam exponens inquit,

Σοὶ δὲ ἐφίλω, ἔξεστι δὲ οὖν ὁπότερον βούλη ἐλέσθαι, ἢ
μαστιγασθῆναι εἰς μύχθονα ἐμπροσθεῖν, καὶ μηδέ ποτε
παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις (ὡς ἐχομένῳ, ἢ κατὰ
τὸν νόμον ἅπαντα τ' ἀληθῆ μηδὲν παθεῖν κακόν.

Ego uerti, illi potestatem optionemq; feci, ut elegeret,
utrum uerberibus cæsa in pstrinum dedi ea lege
nellet, ut nunquam inde eximeretur, an potius omni
bus ita ut gesta essent patefactis et iudicatis, nihil
mali subire.

Sed dico tibi, ne temere facias. pag. 12.

Interpres probat, edico, illo loco, Eduxin' tibi,

inter-

ANNOTATIONES

interminatus sum, ne faceres. Marcellus simplex reatinet, idq; propter uersum accommodatius. Hæc Geor. Fabricius.

Neque tu hoc dicas tibi non prædictum.

Ita esse aperte in duobus libris manuscriptis, & hanc esse ueram huius loci lectionem scribit Muretus.

See. 3.

Enimvero Daue. pag. 13.

Hæc coniuncta cum superioribus scena est in Pæo Latino

Præcipitem in pistrinum dabit, lege. In alijs est, præcipitem me. Sed Erasmus admonuit, me, redundare, idq; Goueanus etiam omisit. Quod Glareanus scribit per Creticū hoc se posse excusare, ut retineatur, equidem non intelligo, ubi hic creticus locū habeat.

Mihi quidem non hercle fit ueri simile.

Atqui ipsis commentum placet.

Duo sunt Iambici acatalectici, prior trimeter, alter dimeter: sed prioris ultima syllaba accommodanda est initio sequentis. Alij hæc in unum uersum concludunt, quem Erasmus uult esse Trochaicum hypercatalecticum. Glareanus, abiecto uel quidem, uel hercle, facit Iambicum quadratum acatalectum. Atque etiā pro atqui cū Interprete legere potes. See. 4. Audiui Archillis iamdudum: Lesb. pag. 14.

Goueanus de suo addit particulam, quod: hoc modo, iamdudum quod Lesbiam adduci iubes. uidelicet quia putauit hos omnes uersus iambicos esse: sed falsus est.

IN ANDRIAM.

sus est. sunt enim omnes trochaici quadrati catalecti
 ei, præter postremos duos, qui sunt iambici quadrati
 acatalecti. Muretus. Scena 5.

Hocine est humanum factum. pag. 15.

Variè huius scenæ uersus distinguitur: nec conue-
 nit inter Erasmus, Goueanum & Glareanū. sed Mu-
 reti iudicium speramus omnibus probatum iri.

Vxorem decreuit dare.

In alijs, decreerat. sed Muretus ex duobus manuscrip-
 ptis, & ueteri Veneto, decreuit, scripsit: idq; melius
 est: loquitur enim non de primo illo consilio, quo nu-
 ptie in hunc diem constitutæ fuerant: (tunc enim nõ
 esset, cur diceret, Nonne oportuit præscisse me ante?
 quippe qui id satis multo ante cognosset, ut è multis
 huius fabulæ locis colligitur) sed de secundo, quòd
 patrem subito, atq; ex tempore cepisse arbitratur.

Pro deum atque hominum. pag. 16.

Dimeter est iambicus, quales etiam duos paulo su-
 præ octonarijs admiscuit. In alijs additur, fidem, quòd
 Muretus sustulit, primum quia uidisset abesse à ma-
 nuscripto, deinde quia meminisset Terentium ita lo-
 cutum in Phorm. act. 2. sce. 3. ubi Interpres citat con-
 similem è Ciceronis Oeconomico locum, Quid igi-
 tur, pro deum immortalium, primum eam docebas,
 queso? quibus uerbis expressit illa Xenophontis,

πρὸς θεῶν, ἐφλω ἔγω ὦ ἰχόμαχε τί πρῶτον δίδαξαι
 καὶ ἔχου αὐτῶν;

B Aliquid

ANNOTATIONES

Aliquid monstrant alunt.

Hoc præter Erasmum explicat Donatus in *Commentarijs in lib. 7. Aeneid. Virg.* pag. 17.

Tot meme impediunt curæ.

Meme postulat Iambicus octonarius. Neq; enim Trochaicus esse potest, cum quinto loco sit iambus.

Paulo momento huc illuc

Georg. Fabric. monet in uetustis omnibus esse, huc uel illuc: itaq; citatur à Donato in *commentarijs in Virgilium lib. 4. & 8. Aeneid.* Sed uersus disiungendi particulam respuit.

Quid agit?

Ita recte ex antiquis & Interprete, cum uulgo legatur, Quid agitur?

Atq; ex hoc misera sollicita est, diem.

Palatinum alijs consentientibus, Ex hoc misera sollicita est die. ut notat Georg. Fabric. qui illud probat.

Bene & pudice eiu' doctum.

Sic omnino præstat scribere, ut tertio loco sit creticus: quam pronomen ei us, tollere.

Etiam nunc mihi Scripta illa dicta sunt.

Græcorum more, ἰγγέγραπται ταῖς φενῶν. Aeschylus Prometheo.

Σοὶ πρῶτον ἰοὶ πολὺ δόνον πλάνῳ φάσω,

ἢν ἐγγράφῃ σὺ μνήμοισι δέλτοις φενῶν.

Primum tibi Io multiplicem errorem eloquar,

Illum memoris tu mentis inscribe tabulis.

Vbi

IN ANDRIAM.

Vbi Scholiastes, ἔστω κὶ Πίνδαρός φησὶ, ὅτι φενός
 γέγραπται, τὴν ἀκριβῆ κατὰλημὴν αἰνιτῶ
 μῶς. id est, Hoc etiam Pindarus ait, In animo meo
 scriptum est, accuratam & perfectam comprehen-
 sionem significans. Locus Pindari est in Olympijs,
 Oda. 10.

Quàm illi utræq; res inutiles.

Bene ita legitur, sed quia in omnibus antiquis Teren-
 tij libris, itemq; Prisciani lib. 14. additur, nunc, recte
 etiam legitur, utiles. cuius Interpres & Ruvius me-
 minerunt. Sic etiam act. 4. scena 5. dixit, Nunc me
 hospitem lites sequi, quam hic mihi fit facile atque
 utile. Simile est illud Cælij ad Ciceronē epist. 10. lib.
 8. Fam. Qui scirem, quàm paratus ab exercitu esses,
 eum significat, eum minime paratum esse.

Et tutandam ad rem sient.

Ita prepositio collocata uersui nihil officit, quam
 Goueanus, & Glareanus tollunt.

Siue hæc te solum semper fecit maxumi.

Maximum esse in per antiquis & Georg. Fabricius
 obseruauit. In ueteri Veneto est maximum. Priscia.
 lib. 18. bis hunc locum citat: ubi in impressis priore
 loco maximum, posteriore maximi legitur. In Cor-
 beiensi, qui unus illum librū integrum cōtinet, utroq;
 loco maxumi scriptum est.

Hanc mi in manu dat.

De Græcis parcœmia sumpta est: qua & illi in
 fide firmanda utuntur. Sophocles Electra.

ANNOTATIONES

ὄνκ' οἷαδ' ὄτ' ἄμ' ἔδωκας εἰς χεῖράς ποταῖς

Non meministi cui me dederis quondam in manus?
Sed cur tu ab illa?

Comica breuitas est, in qua uerbum, abiisti, discessisti, aut simile intelligitur. Nam ut, abis, addatur, uersus non patitur: in quo Erasmus & Glareanus laborant.

Actus 2. Scena 1.

Quæso ædepol charine. pag. 19.

Versus sunt hic iambici octonarij duo, & senarij tres: ex quibus Georg. Fabricius fecit, quatuor Trochaicos octonarios catalecticos, iambico quaternario in medio interposito.

Istum qui amorem ex

Sic libri ueteres. Goueanus & Georg. Fabricius, dimoueas scripserunt: quod Erasmus quoq; probauit. In uersibus distinguendis nihil ab alijs affertur, quod distinctioni Mureti præferendum putemus: cum præsertim hic optimis libris, alij pleriq; coniecturis nitantur. Facile omnes, cum ualemus, recta.

Sic Aeschylus Prometheo,

Ελαφὸν, ὅστις πημάτων ἔξω π' ὄσθα
ἔχῃ, παραινέειν τε τὲν τε κακῶς
πράσσοντα. id est,

Facile est ei, qui habet extra mala pedem,
Miseros castigare, atq; consilium dare.

Abi hinc, abi in malam crucem. pag. 20.

Georg. Fabricius monet in Palatino esse, Abi hinc

IN ANDRIAM.

*in malam rem, quod si sequaris, h, consonans erit in
hinc, & secunda in suspitione syllaba producetur.*

Ad te aduenio.

*Hoc rectum esse cogoscitur testimonio Priscianè
lib.17. In multis est, Ad te uenio.*

Neque pol consilij locum habeo.

*Hunc uersum, ut in omnibus libris repereram, ita
reliqui, summa ipsorū consensione permotus. puto ta
men ita legendum, Neq; pol auxiliij locum habeo, ne
que consilij copiam. Nam & Charinus hoc ordine
proposuerat, Auxilium, consilium expetens. & ipsa
uersus ratio, ut ita legas, exigere uidetur. Muretus.*

Sed si id non potes.

*Interpres legit, potest, & addit, deesse, fieri. Cui
simile est, quantum potest. De quo Eun. act. 2. sce. 3.*

Cum is nil promereat.

*Promereat, pro promereatur, quod & Seruius ag
noscit in 6. Aen. Alij mereatur, quod fortasse proba
uit Interpres. Georg. Fabricius.*

Huius consilio fretus sum.

*Huius, non, cuius, postulat Trochaicus. Si, cuius le
gas, Iambicus acatalectus, inter Trochaicos catalecti
cos poneretur: quod non ita placet.*

Nisi ea, quæ nihil opu' sunt sciri.

*Miror, quod in plerisq; emendatis libris, scire, les
gatur. Scen. 2. pagina 22.*

Abeo. P. Daue ades.

*Interpres agnoscit, habeo, & exponit, inueni. Ha
beo*

B 3 beo

ANNOTATIONES

Beo saepe in monumentis & libris antiquis sine aspiratione legitur: ut in Pandectis Florentinis cap. 7. de contrah. empt. Huiusmodi emptio, *Quanti tu cum emisti: quantum pretij in arca abeo, ualet.*

Mea quidem hercle in dubio.

Certe, addendum ex Interprete, uersu etiam id postulante. Sic Phor. act. 1. scen. 3. Nam tua quidem hercle certe uita haec expetenda optandaq; est. Haec Riuus. Addit Georg. Fabricius, certe, esse in Palatino.

Et idicio.

Palatinum, & si scio: cuius lectionis apud Interpretem mentio. pag. 23.

Tuus pater modo meprehendit.

Ita recte legitur, ut admonuit Riuus, cum in multis libris, apprehendit, scriptum sit. In Heaut. act. 3. sce. 1. Syrus estprehendendus atq; adhortandus mihi. In ijs quae sequuntur, pronomen se, intelligitur: quod addi potest ad initium sequentis uersus, ut legatur, *Se hodie, quomodo Goueanus scripsit.* Versus est Trochaicus octonarius catalecticus: in quo frustra quidam nodum, tanquam in scirpo quaerunt.

Ex ipsa re mi incidit suspensio.

Suspicio, secunda producta, etiam retineri potest.

Egomet continuo ad Chremem.

Sic est apud Priscianum lib. 6. in omnibus libris. Ex Interpretibus sunt qui, *ego me, pro, egomet, agnoscant.*

P. Recte dicis, perge.

IN ANDRIAM.

Ita quoque Lolgius ex Interprete. In Palatino, et alijs quibusdam, Recte dicis, Charino: perge, Pamphilo tribuitur.

Nil ornati, nil timulti.

Ita legitur in antiquissimis Prisciani libris. Quod sequitur, accessi, introspexi, in multis antiquis est, ut Lolgius retinuit, accessi intro, aspexi: sed Georg. Fabricius distinguit, accessi, introaspexi. Sunt enim, ut ait compositiones Comicae, introaspicere, introadmittere, introabire, introirrumperere.

Eriam puerum inde abiens conueni Chremis.

Genitiuum Chremis, qui est fere in Terentij libris, Prisciani auctoritas approbat. Interpres Chremi agnoscit. Menandri uerba e Perinthia huc pertinentia ab Athenæo lib. 7. Dipnosophistarum hæc referuntur.

ὁ παιδίον δ' εἰσηλάσας ἐλάσδ' φέρον.

Intrat puer minutos pisciculos ferens. Docet enim Athenæus ἐλάσδ' esse unum quendam e minutis pisciculis. quod non animaduertunt ij qui Menandri Sententias collegerunt, et interpretati sunt. Tu uide P. Victorium uariarum lect. lib. 5. cap. 8. quialiter hos uersus citat: sed Trochaici carminis ratio repugnat.

At nullus quidem.

Ruius monet in manuscriptis exemplaribus esse, ac nullus quidem: sed, at, magis probare uidetur. Citatur hic locus à Prisciano lib. 15. ubi docet, nullus, pro mē nime usurpari. ibique in septem manuscriptis, ac nullus quidem, inuenio.

B 4 Ego

ANNOTATIONES

Scena. 3.

Ego dicam?

pag. 25.

Sic recte etiam Goueanus. Qui, Egóne, legunt, uer-
sum corrumpunt: quem Erasmus & Glareanus Tro-
chaicum octonarium catalecticum faciunt, & duas
syllabas deesse putant, cum sit iambicus senarius in-
teger.

Sine omni periculo.

Non superest, omni, ut Erasmus putauit, cum sine
eo senarius non constet: sed uel primo loco est ana-
peustus, ut uult Georg. Fabricius, uel potius secundo
creticus.

Nam quod tu speres, propulsabo facile.

Hunc locum pluribus explicabo, quod eum à per-
multis male intelligi uideam. Nulla hic acyrologia
est, nam speres hic non, timeas, sed, in spe habeas, si-
gnificat. Dauus enim hoc dicit, Nam in quo tu Pam-
phile spem ponere possis, id ego inane esse ostendam.
Deinde per dialogismum spem proponit & propul-
sat. Sperare poterat Pamphilus, neminē fore, qui sibi
in alio amore occupato filiam commissurus esset. Re-
cte enim Interpres ille qui notat in his uerbis, Uxo-
rem his moribus dabit nemo, deesse aliquid, ut sit, his
moribus agenti, aut, his moribus prædito. Dauus au-
tem Pamphili spem ita propulsat, ut affirmet, patrem
Simonem illi inopem uxorem inuenturum potius,
quam commissurum, ut filius meretricio amore pere-
at. Atque ita particula, quàm, est retinenda, quam
Glareanus tollit, creditq; Dauum de Chremete lo-
qui, in qua sententia uideo etiam alios quosdam esse:
quos

IN ANDRIAM.

quos refellit Interpres, qui uerbum, propulsabo, exponit, Propulsabo, hoc est, eam inanem esse monstrabo, id est, ostendam nihilominus te esse ducturum aliam uxorem, etiam si hanc non duxeris. In uersu nihil uitij est, si cum Mureto & Goueano legas, inopem inueniet.

Aliam otiosus quæret.

Sic melius, quàm, Alia. Putat enim Dauus, Simonem, ubi audierit filium æquo animo ferre nuptias, non statim aliam ei daturum, sed animo securo per otium quæsiturum. pag. 26.

Puerum autem ne resciscat,

Legitur etiam, esse ex illa, quod Riuius notauit. Cautio est, id est, cauendum est, ut Adelph. act. 3. scen. 4. Plautus Pseudolo, Ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. Scena 4.

Hic non dubitat.

Ante hunc uersum Dauus persona omissa, apponenda est. Modo ut possim.

Venetus liber antiquus, Modo ut possim Daue, quomodo Georg. Fabric. in omnibus uetustis inuenit. Glareanus scribit, Daue, locum non habere: sed si, mihi absorbeatur à sequente uocali, ut sæpe fit, locum habebit.

Crede mihi hoc inquam Pampile.

Nunquam hodie tecum commutaturum.

Commutare uerba, Interpretes hic, & in Phor act. 4. sce. 3. exponunt, altercari, iurgare, pro bonis dictis

B 5 mala

ANNOTATIONES

mala ingerere. Est antiqua locutio, quam ego idem significare puto, quod sermones conferre, & colloqui. Verba sunt Q. Claudij e primo Annali, putabant eos, qui foris atq; qui in arce erant, inter se commutationes & consilia facere. ubi commutationes, sunt, collationes, cōmunicationesq; ut interpretatur Gellius lib. 17. cap. 2.

Scena 5.

Hem pater.

pag. 27.

Rivius notat in manuscripto esse, ehem pater, ut utrunq; recte dici probat.

pag. 28.

Omnes sibi melius malle esse quam alteri.

Sententia Euripidis est: apud quem in Medea Pædagogus ita,

τίς δ' οὐχὶ θνητῶν ἀρτι γνώσεως τόδε,
ὡς πᾶς ἑς ἑαυτῶν τοῦ πέλους μάλλον αἰεῖ.

Et quis mortalium non? discis hoc modo,

Omnes magis diligere sese, quam alterum.

Notavit hoc P. Victorius in uarijs lectio. & Erasmus in Chiliadibus.

Scena. 6.

Huiusce propter consuetudinem.

pag. 29.

Sic legendum esse Erasmus pridem admonuit. Quæ Rivius affert, nimis coacta sunt.

Etenim eam secum rem.

Eam, in unam syllabam coalescit. Georg. Fabricius notat in manuscriptis omnibus legi, Etenim ipse eam rem secum. Verum si, ipse, recipiatur, delendum erit, secum.

Tu quoq; perparce nimium, non laudo.

Priscianus

IN ANDRIA

Priscianus lib. 17. citat, *pernumium non laudo, & addit, per superuacuum esse uidetur: quamuis amplioris significantiae causa potest accipi.*

Hem illic est huic rei caput.

Legitur & huius rei, in manuscriptis quoque Prisciani libris, lib. 12. Cicero pro Flacco. Caput est omnium Graecorum concitandorum, qui cum accusatoribus sedet, Heraclides ille Tenuites. Antiqui tamen datiuo usi sunt, ut scribit Seruius lib. 11. Aeneid. in il lud, O Latio caput. Sic Terentius Adel. act. 4. scen. 2. Plautus Asinaria, Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.

Actus 3. scen. 1.

Ab Andria est ancilla haec.

simonis persona ascribenda. Ab Andria, id est, Andriae Glycerij. Sic Heaut. act. 3. scen. 3. Quid est quod tam a nobis grauiter crepuere fores? id est nostrae. Demosthenes quoque ἄν παρ' ὑμῶν ἰππαστρον dixit, pro ἄν ὑμέτερον.

Quid hic iensisse ait?

31.

Vulgo addito pronomine, se, uersum corrumpunt. quod etiam Glareanus animaduertit, & abesse a manuscripto Georg. Fabricius notat.

Num immemor es discipuli.

Muretus coniuncte, immemores, legit, quomodo etiam in Palatino esse testatur Georg. Fabricius. Ambiguae lectionis diuersam explicationem habes in Commentarijs Interpretum. In tertia sede huius carminis est, proceleumaticus.

Scena 2.

Adhuc

IN ANDRIAM.

Adhuc Archillis quæ allolent, quæq; oportet.

Oportent esse in ueteribus notauit Muretus. Legitur eodem modo apud Priscianum in libello de metris fabularum Terentij & aliorum Comitorum. ubi notat Terentium hic uti trochaico mixto uel confuso cum Iambico. Quid Erasmus de his uersibus senserit, scripto testatus est, sicut & Glareanus. Gouedanus Iambicos octonarios facit. Mihi simplicissimum uidetur, ut dicamus, quatuor primos esse Iambicos senarios catalecticos: ut in primo, sit quinto loco creticus: in secundo, uideo in duas syllabas contrahatur, eo coeundo in unam syllabam, sicut fit in confiteor, act. 3. sce. 5. in tertio, secundo loco sit creticus. Quartus apud Priscianum non tantum in libro de metris, sed & lib. 17. de Grammatica, ita legitur in libris antiquis, ut à Mureto est scriptus, cum in impressis prodare, modo sit date, modo dari, quæ uarietas etiam in uulgaribus Terentij libris inuenitur. In hoc uersu pronomen, ei, quod in Prisciani libris non legitur, una syllaba est, & cum præcedentis uerbi ultima iungitur.

pag. 32.

Date: mox ego huc.

Dimeter catalecticus est, inquit Priscianus: in cuius libris impressis, Date, male cum quarto uersu iungitur, cum secus sit in Corbeiensi antiquissimo. Apud Priscianum quoque, ut in multis Terentij libris, reuertar, scriptum est: sed in primis editionibus Interpretum legitur, reuertor.

Per,

I N A N D R I A M.

Per, æcastor, scitu' puer natu' est.

In principio huius uersus est diæresis: nam ordo est, Percitus æcastor, ait Interpres. In Prisciani libris impressis lib. 14. mendose, percastor, legitur: cū in omnibus scriptis maximo consensu, Per ecastor, inueniatur.

Tibi uideor esse, quem tam apertè.

In alijs, Tibi uideor, quem tam aperte. Goueanus intellexerat, aliquid deesse: feceratq; Tibi uideor ego. quod ego reposui, in ueteribus libris reperitur. Muretus.

Vt metui uidear certe.

Distingue, ut metui uidear. certe,

Credon' tibi hoc, nunc peperisse.

Placet, ut post, nunc, distinguatur: nam & Priscianus lib. 18. hunc locum citans, aduerbium cum precedentibus non sequentibus iungit.

An tute intellexti hoc adsimulari?

Adsimulari, non adsimularier, quod est in alijs, uersus postulat. Hoc etiam Goueanus & Lolgius receperunt.

pagina 33.

Nam qui istæc tibi incidit suspectio.

Suspicio, quod est in omnibus antiquis, & legitur apud Priscianum lib. 15. etiam retineri potest. de quo Georg. Fabricius.

Quia te noram.

Quiate noui, legitur apud Priscianum lib. 17.

Ne hoc posterius dicas, Dau' factum.

CUM

ANNOTATIONES

Cum uersus non constaret, Georg. Fabricius scripsit, Ne tu hoc posterius mihi, Dauo factum consilio, ut pronomibus expressis, uerbum, dicas, intelligatur: utrumuis horum magis placet, quam ut aut Iambicus inter trochaicos, aut trochaicus hypercatalecticus constituatur.

Multa concurrunt simul.

Peccare illos, qui hæc Simoni tribuunt, uel ex Interprete perspicuum est, qui notat uerba illa, Inuentum est falsum, dici secundum id quod senex credit. Goueanus etiam & Lolgius omnia hæc Dauo tribuerunt.

Nil mouentur nuptiæ.

Sunt nonnulli, in quibus Goueanus, qui, moerentur, legant: uerum Interpres, mouentur, probat.

Tu tamen idem has nuptias pag. 34.

Pronomen, idem, non est omittendum: quod & Interpretes & libri ueteres habent. Monuit hoc etiam Riuus.

Si impetro, Quid alias malim.

In perantiquo Prisciani libro, qui Corbeie fuit, & posteriorem de Syntaxi plane integrum habet, ita citatur lib. 18. Id si impetro, &c.

Atq; adeo in tempore eccum.

Sic etiam Goueanus. Alij ultimo uocabulo sublato legunt, Atq; adeo in ipso tempore. Certe cum in libris antiquis addatur, Chremem, idq; Interpres agnoscat, in principio legendum, in tempore. pag. 35.

See. 3. Te uiso, tunc, an illi insaniant.

Operarum

IN ANDRIAM.

Operarum error est, quod, te uiso, hic legitur: cum,
id uiso, in omnibus libris sit.

Ausculpta paucis.

Donatus Terentij commentator admonuerat, anti-
quos codices habere, Ausculpta pauca. ut scribit Priso-
rianus lib. 18. Georg. Fabricius notat, in Palatino le-
gi, paucas, literæ additione. pag. 36.

Si in rem est utriq;

Sic in Hecyra act. 1. scena 1. Si in rem est Bacchidis.
et act. 2. scena 2. Quod si tu idem faceres, magis in
rem et nostram et uostram id esset. Quare mendo-
se in quibusdam hic legitur, Si in re est.

Id oro te, in commune ut consulas.

Ex manuscriptis hanc lectionem adprobo. Inter-
pres legit, id oro te, in commune consule. Georgius
Fabricius.

Amantium iræ amoris integratio est.

Sic esse in libris manuscriptis testatur Riuus et
Muretus. nec aliter legitur in emendatis Seruij Com-
mentarijs in Eclogam secundã. Apud Charisium est,
reintegratio, sicut et in uetere Terentij libro Vene-
tij edito. Sententiam eleganter explicat Victorius
Variarum lect. lib. 4. cap. 14. Menander ita,

Οργῆ Ἀλούντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον
Amantium iræ exiguo durant tempore.

De hinc facile ex illis sese emerituum.

Ita hoc uerbo usus est Nepos in uita Attici, Ter-
rentium imitatus. Plautus quoq; Menæchmis dixit,
Quando

ANNOTATIONES

Quando in concionem mediam me immerfi miser.

Tibi ita uidetur.

Georg. Fabricius monet ex libris melioribus legendum esse, Tibi ita hoc uidetur.

Si eueniat, quod di prohibeant discessio.

In Commentarijs Donati in lib. 12. Aene. est, quam di prohibeant. Apud Priscianum lib. 18. Non discessio sed dissidium, seu ut est in Corbeiensi, discidium, legitur.

Si istuc animum inducti

Georg. Fabricius mauult, si ita istuc, ut est in Palatino, & reliquis antiquis. Tum istuc primam corripit, liquefcentibus literis.

pag. 37.

Merito te semper maximi feci.

In perantiquis, maximum, legitur, sicut & supra, act. 1. sce. 5.

Sed quid ait. Ais legendum.

pag. 38.

Sce. 4. Cur non accersitur?

In alijs libris est, Cur uxor nō accersitur? Sed Erasmus annotauit, nomen, uxor, redundare in uersu, & uideri additum ab Interprete: idemq; sibi persuaderi Georg. Fabricius ait.

Tandem agnosti, qui siem.

Goueanus scripsit, tandem nosti. Cognosti, quod est in plerisq; libris etiam retineri possit, ut sit proceleumaticus loco secundo.

Narro, quæ tu dudum narraſti mihi.

Lege, Narro huic, quæ tu, ex antiquis. Georg. Fabricius.

Quid

IN ANDRIAM.

Quid nam audio.

In quibusdam, *Quidnam audiam? quod imitatione Menandri dictum uult Interpres, τί δὴ ποτ' ἀκούσω;* Georg. Fabricius. pag. 39.

Dum animus iratus est. *Irritatus, lege.*

Quæ tibi dixi, dicam itidem illi.

Legitur, dicam eadem illi, in uetustis, ut nota Georg. Fabricius. Scripsit ita Goueanus. Interpres utrunq; agnoscit. Scena 5.

Tam nulli consil.

pag. 40.

Lege, consili uel, consilij, quomodo in libris antiquis scribi solet, ut duo ij per σωίχησι in unam syllabam coeant.

Sed inultum id nunquam à me auferet.

Nimum fastidiosus est in hoc probando Riuius, quod ipse quoq; in libris perantiquis inuenit.

Nunci euito hoc malum.

Hanc lectionem uersus comprobat, Quare Goueanus eam iam pridem recepit.

Nec de me equidem.

Sic est etiam in uetere Veneto: pro quo in alijs legitur, nec quidē me. Cicero lib. 6. Att. Quid illo fiet, quem reliquero, praesertim si fratrem? quid de me autem, si non tam cito decedo?

Hem quo fretu' sim.

pag. 41.

Ita plane scribendum, nisi uelis cum Erasmo dicere, hem, extra metrum addi.

Quid meritis es?

C

Sequitur

ANNOTATIONES

Sequitur Muretus antiquos libros Terentij, in quibus hoc modo scriptum est. Priscianus lib. 18. legit, quid meritus? pro, quid meruisti? quod notauit Riuus Donat. in li. II. Aen. quid meritis? cuius nos Geor. Fab. admonuit. Si Mureti lectionem sequaris, quæ est etiam in libris à Goueano & Lolgio emendatis, tota scena constabit Iambicis octonarijs. Alij ex ultimis quatuor trochaicos catalecticos faciunt: sed non sine mutatione quorundam uerborum.

Hei mihi, cur non habeo spatium.

Cum non habeo spatium, etiam legi potest ex Palatino & alijs quibusdã antiquis. Plautus Menæchmis, Hei mihi Cum nihil est, qui illi homini diminuam caput. Actus. 4. Scen. I. pag. 42.

Hocine credibile est, aut memorabile.

Cum primi huius scenæ uersus absq; mutatione incertum genus carminis concludi non possint: neq; inter Erasmus, Goueanum & Glareanum de illis conueniat: Muretus maluit ueterem scripturam cum fide proponere, quàm eam ad uersus rationem mutare.

Quis tu es? qui mihi es?

Qui mihi es, uel, quis mihi es? pro quo etiam, quid mihi es? legi annotauit Georg. Fabricius.

Quid tandem.

Αγανάκτησις quædam Pamphili est, per repetitionem eius quod Charinus dixerat, Tandem inuenta est causa. Georg. Fabricius monet scribendum esse, Quid tandem? ut in prima Tusculana, iam mallem Cerberum

rum

IN ANDRIAM.

num metueres, quam ista tam inconsideratè diceress?
A. qui tandem?

Etiam nunc me seducere istis dictis.

Pro seducere in quibusdam libris est subducere.

Quid istuc? pagina 43.

Quid istuc est? legendum.

Qui tuum animum.

Interpres monet legi etiam, cum tuum animum.
quomodo esse in omnibus fere antiquis Riviis testat
tur.

Non tibi latis esse.

Hoc longe melius esse, quàm, nonne tibi, quod in
alijs inuenitur, non dubito quin omnes perspiciant
ut taceam uersum ita flagitare, qui est octonarius tro
chaicus catalecticus.

Quid istuc tam mirum? de te exemplum.

Non displicet hæc subiectio, quæ ex antiquis libris
descripta est. Interpres tamen, & multa uetusta hæ
bent, Quid istuc tam mirum, de te si exemplum ca
pit. Atq; ita uel d in, quid, eliditur, uel prima in, istuc,
corripitur. Scio: coactus tua uoluntate es.

Si pronomen, tu, quod in multis libris inuenitur,
admittas, & legas, tu coactus; tum loco tertio erit
creticus.

Nondum scis.

Palatinum, Nondum etiã scis. etiam pro adhuc, ut in
Hecyra, Mane nondum etiam dixi id, quod uolui. Si
etiam, recipiatur, tertio loco erit anapestus, & scio,
in unam syllabã cõtrahitur, postea absorbetur. Geor.
Fabricius.

ANNOTATIONES
Ut dicerem esse ducturum.

Me esse ducturum, legitur in Palatino, & ueteri Veneto. estq; quarto loco creticus.

Quis homo istuc? Dauos. Dauos? Dauos oia.

Goueanus cum in ueteri exemplari inuenisset, Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. Dauos interturbat omnia: uerbū, interturbat, quod ex interpretatione irrepsisse uidebat, sustulit: eoq; sublato uersum diuine restituit, etiam Mureti iudicio. pag. 44.

Tuum est, si quid præter spem euenit.

Pronomen, quod in omnibus antiquis additur, non est negligendum. Itaq; in principio, Tuum est, in unā syllabam contrahitur, ut censuit Riuus.

Vel melius tu aliud reperi.

Qui, tute, legunt, uersus rationem minime ducunt.

Hem, st, mane: crepuit à Glycerio ostium.

st, silentij nota à ueteribus auctoribus sæpe usurpata, ab imperitis passim è libris deleta fuit, alia substituta. Nam quemadmodum hic scripserūt, sed, ita in Phormione act. 5. scena 1. pro ea, est, legebatur, ante quam uiri docti ex Velio Longo eam notam restituerent. Apud Plautum quoq; ubi scribendum erat, st, modo at, modo ast, modo si, legebatur. Deniq; apud M. Tullium duobus locis, epist. 24. lib. 16. Fam. & lib. 2. de Orat. Vulgo scriptum est, si, ubi Paulus Manutius, homo ingeniosissimus, nobis hanc silentij notam restituit. Sce. 2. pag. 45.

Quid est? Orare iussit, si se ames, hera, iam ut.

Cum

IN ANDRIAM.

Cum illud, quid est, optime quadret ad finem uer-
sus precedentis: & particula, ut, non solum in opti-
mis Terentij, uerum etiam in omnibus Prisciani li-
bris inueniatur lib. 12. nulla causa est cur frustra in-
geniosus esse uelis.

Siccine me, atq; illum opera tua nunc miseros
solicitarier. Si retineas solicitariier, acatalectus in-
ter catalecticos ponetur. Goueanus, solicitari, scrip-
sit, atq; ita esse in libris antiquis testatur Glareanus.

Valeant, qui inter nos. pag. 46.

Valeant, hoc est, ita, à nobis discedant, ut nunquam
ad nostrum reuertantur aspectum, inquit Seruius in
lib. II. Aen. Graece est, ἐγγέτωσαν quod ueteres quis-
dam Grammatici exponunt,

μὴ φθορᾶς ἀπὸρχέσθωσαν.

Quis uideor?

Quis tibi uideor? citatur à Prisciano lib. 17. ubi do-
cet quis, hic pro qualis dictum esse.

Fortis es. Ita est in libris antiquis. Si uersum ca-
talecticum esse uelis, poteris in dimetiendo elidere s
in fortis, ut sit, forti' es.

Scio quid conere.

Hec uerba à nonnullis Charino, in manuscriptis
Pamphilo tribuuntur. Sed non esse Pamphili, ex sub-
iectis ostenditur, ut Interpres ait. Georg. Fabricius.

Eho impudens, non satishabes. pag. 37.

Alij addito pronomine in principio legunt, Eho
tu impudens. sed cum Mureto faciunt Prisciani librè

C 3 omnes

ANNOTATIONES

omnes, lib. 5. ubi in manuscriptis nostris legitur, non satis est.

Parumper opperire hic.

In alijs est, opperire me hic, ut sit uersus acatalctus. Miror qui Glareano in mentem uenerit, ut scriberet, hunc uersum ante ultimam syllabam habere anapestum quod secus esse uel pueri uidēt. See. 3.

Nilne esse proprium cuiquam? pag. 48.

Ex Lucilij Satyrarum lib. 27. Nonius citat, cum sciam Nihil esse in uita proprium mortali datum.

Scena 4. pagina 49.

Ex ara hinc sume uerbenas tibi.

Verbena proprie est herba sacra, sumpta de loco sacro Capitolij, qua coronabatur Foetiales & Pater patratus foedera facturi, uel bella indicturi. Abusiue tamen etiam uerbenas uocamus omnes frondes sacras, ut est laurus, oliua, uel myrtus: ut Terentius, Ex ara hinc sume uerbenas. nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit. Haec Seruius in 12. Aen. Plura lege apud Georg. Fabricium.

Quia, si forte opus ad herum.

Goueanus primum scripsit, Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi: quomodo plane in uetere Veneto legitur. Verbum, sit, addi in manuscriptis testatur Georg. Fabric. Riuius etiam obseruauit Interpretem legere, iurandum, non iusiurandum. Plautus Cistel. Abi quare ubi tuo iurando satis sit subsidij.

Vt liquido possim.

Interpres

IN ANDRIAM.

Interpres hoc male exponit. est enim liquido iurare,
ita uerè iurare, ut ne peieres. q̄ Græcis est εὐορκεῖν,
Ouidius lib. 4. de Ponto. Te quoq; idē liquido possim
iurare precari. Ne quid uostrum remorer.

Ne quid, est in uetere Veneto, id est, ne in aliqua re,
ὡστε μηδὲν ἐμ ποδῶν ἐῖν τοῦ ὑμῖν συμφέροντι.
In alijs est, ne quod. Eadem diuersitas est in manuscrip-
tis Prisciani lib. 8. Scen. 5. pag. 50.

Quid illic hominum litigant?

Sic plane est in nostris manuscriptis apud Priscia-
num li. 17. Plautus Rudente, Pro di immortales, quid
illic est sceparnio Hominum secundum litus?

Quem igitur rogem?

Pronomen, ego, quod nonnulli addunt, locum non
habet, nisi septenarium facere uelis.

Concede ad dextram. dexteram, scribendum.

Mirum uero, impudenter mulier si facit.

In alijs omnibus additur, meretrix. Est q; comicum
parelcon. Turpilius Demiurgo, Mulier meretrix
quæ me questi causa cognouit sui. Plautus Stichus,
Nimioq; sibi mulier meretrix repperit odium ocys
Sua immundicia, quàm in perpetuum ut placeat mun-
dicia sua. Muretus ideo sustulit, quia uersus id re-
ijcit: Qui retinent, partim septenarium faciunt, par-
tim octonarium catalecticū, producta penultima in,
meretrix. pag. 51.

Vestri. D. Cuius vestri?

Sunt qui legāt, cuius? nostri. quomodo est in libris
C 4 impressis

ANNOTATIONES

impressis Prisciani lib. 17. sed scripti ibi quoque habent, cuius uestri; Goueanus scripsit, cuius nam?

Ut tu scis sciens. sis sciens, legendum.

Audiui iam omnia.

Georg. Fabricius notauit in optimis libris, iam, abesse. quod tamen in uersu fere necessarium est. In ijs quæ sequuntur, ane tu omnia? magna uarietas est. Apud Interpretem in libro antiquo ita legitur, Abne tu omnia. aut, ne pro an legitur: aut, ne tu omnia, ut ne producat, & accipiatur pro non.

Sed est Simo intus? D. intus est. pag. 52.

Ita legendum esse iam pridem Erasmus uidit: cuius sententiam non solum Muretus, uerum etiam Goueanus & Glareanus secuti sunt. Georg. Fabricij censuram de his uersibus in eius Castigationibus legere poteris.

Ne me attingas sceleste.

Octonarius est inter senarios, nisi uelis cum Goueano legere,

Ne me attingas sceleste. si pol Glycerio

Non omnia hæc. D. echo inepta, nescis. M. quid sciam?

Putat enim illud, quid sit actum, interpretis esse, non auctoris. Georg. Fabricius probat, quid sciam? ut sit, qui, pro, unde, uel ex quo. Sce. 6.

Quæ se inhoneste optauit parare.

Probus, parere, agnoscit, ut notauit Riuius. eodem modo in optimis libris antiquis citatū inuenio apud Priscianum lib. 16. quod si recipias, tum, sese, legendum

IN ANDRIAM.

dum erit. Dittas scriptum fuisse à Terentio hic, & in Heaut. bis, primus animaduertit homo ingeniosissimus Antonius Goueanus: ut quomodo à diues diuitias, sic à dis dittas formemus. Certe uersus plane, dittas, requirit nisi duram elisionem facias.

Quam in patria honestè paupera.

Paupera, cum in multis Terentij libris inueniatur, & à Plauto usurpatum sit, non est reijciendum. Probus tamen, & Seruius, & Priscianus, hoc loco fœmininum in er dixisse Terentium scribunt, ut obseruauit Georg. Fabricius.

Nos ne sic ut quimus aiunt.

Particulam, sic, non esse omittendam Riuius, Geor. Fabricius & Glareanus monuerunt. Additur etiam apud Priscianum lib. 18. in optimo exemplari, quod Corbeia fuit.

Haud auspicato huc me appuli.

Attuli, quod Georg. Fabricius apud Priscianum lib. 15. in duobus manuscriptis offendit, ego in septem inueni. Quare non est dubium, quin Prisciani temporibus ita in Terentij libris fuerit, & nostri inde sint emendandi. Plautus Amphitruone, Ego sum Iouis dicto audiens: eius iussu nunc huc me affero.

O optime hospes.

Antea cum hic locus ita legeretur, Optume hospes pol Crito antiquum obtines: Erasmus, qui uersum non constare animaduertit, ex, optume, fecit opportunè. Goueanus addidit morè. Muretus, unica literula

C 5 adiecta

ANNOTATIONES

adiecta (quæ quam facile à librarijs omitti potuerit, nemo non uidet) locum pulcherrime emendauit.

Actus 5. Scena 1.

pag. 54.

Imo enim quâ maxime abs te oro atq; postulo.

Goueanus mutato ordine scripsit, abs te postulo atque oro: quod Georgius Fabricius è manuscriptis probat.

Remittas iam me onerare iniurijs.

Remittes, pro remittas, perperam in antiquis. Remittas autem, pro mittas dictum est. Horat. lib. 2. Car. Oda. II. Quid bellicosus Cantaber & Scythes Hirpinae Quinti cogitet, Adria Diuisus obiecto, remittas Quærere. Georg. Fabric. Sce. 2. pag. 56.

Meo præsidio, atq; hospitis. S. quid ilud mali?

Apud Priscianum lib. 17. legitur, Meo studio, atq; hospitis, etiam in manuscriptis. sed Trochaicus repugnat, qui in nostris libris, in quibus, ilud scribitur, bene habet. Nam auctore Sex. Pompeio, antiqui in hoc pronomine literam non geminabant.

O noster Chreme. Chremes est apud Priscianum lib. 12. Id enim uero hic nunc abest.

Georg. Fabricius legit, hinc nunc abest, ex emendatioribus. Plautus Stichus, Id abest, aliud nihil abest.

Mihi ne? S. tibi ego.

Tibi ergo, legendum. nam & Priscianus lib. 16. notat, ergo, hic expletium esse. & lib. 18. ita scribit. Attici δ' δὲν, πρᾶτωληρωμαλικὸν accipiunt. Plato Ζεμᾶω, σφοδρὰ γὰρ δὲν μέμνημαι.

Nostris

IN ANDRIAM.

Nostris quoque frequenter, ergo repletiui loco accipiunt. Terentius in Andria, Mihi ne tibi ergo. Sic enim locus ille restituendus est nostro Corbeiensi. In dime-
tiendo uersu ultima in, tibi, non eliditur.

Non tu dixti esse inter eos. pag. 57.

Dixti, non, dixtin' quod in alijs est, uersus flagitat.

Nescio quis senex modo venit.

Rinius ex libro antiquo, et Nonio legit, qui senex. idque Georg. Fabricius probat, quod simile sit illi Plautino ex Vidularia, Nescio qui seruus est myrteta pro-
siluit modo.

Sublimem hunc intro.

Georg. Fabricius scripsit, Sublimem intro hoc ra-
pe. ut sit uel generis mutatio, Comicis familiaris: uel,
hoc, aduerbium, ut, Hoc tunc ignipotens caelo descen-
dit ab alto.

Age nunc: iam ego pol hodie.

Potest etiam distingui post, Age: ut nunc iam con-
iunctim hic efferatur, sicut alijs locis permultis.

See. 3. Ingentem confidentiam. pag. 58.

Sic etiam Goueanus, intellecta particula, o, quam alij
addunt.

Num eius color pudoris signum.

Hoc modo scripsit etiam Lolgius, itaque uersus po-
stulat, nisi cum Glareano, Vide num eius, in anapa-
stum cogas. Sed multa passim ab Interpretibus incul-
cata leguntur. Tamen hanc habere. pag. 59.

Manuscripta, habere cupiat. et non paulo grauius
est

ANNOTATIONES

est cupiditatis uerbum, quàm studij. Geor. Fabric.
Sed quid ago?

Scripsit ita quoq; Lolgius. sed Interpres, qui nota-
uit hic eclipsin esse per aposiopesin, legit, Sed quid
ego? Cur meam senectam.

Senectam, non senectutem, uersus omnino flagitat:
quod etiam Goueanus animaduertit. Glareanus, qui
hoc non uidit, huius, monosyllabum facit.

Attamen dicat sine.

Manuscripta, at tandem dicat sine. Tandem pro ta-
men apud Comicos ponitur frequentissime. Georg.
Fabricius.

Hanc amittere.

Hoc etiam Goueano acceptum ferendum. In alijs,
in quibus legitur, hanc uis amittere? syllaba in uersu
redundat, quod Erasmus quoq; obseruauit.

Pro peccato magno paulum.

Paulum, non paululum, uersus trochaicus requirit.

Scena 4. Aecere is est. pag. 60.

In alijs, in quibus est, & certe is est, uersus, qui de-
bet esse trochaicus catalecticus, uitiose legitur: quem
ut emendaret Erasmus, is, detraxit. Goueanus, ecere,
scripsit, quod est aduerbium iurandi, ac si diceret,
per ædem Cereris, ut, ecastor, per ædem Castoris, au-
ctore Sex. Pompeio. Utitur eodem Phor. act. 2. sce. 1.
& Plautus saepe.

Saluos sis Chreme.

Ruius ex Interprete scripsit, Saluos sis Crito.

Mene queris? pag. 61.

Qui

IN ANDRIAM.

Qui men' scribunt, uersum corrumpunt. Quare
Glareanus putauit in fine mutandum esse ordinem,
ut legeretur, ciuem hinc.

Cr. Sanu' un' es.

Sanu' es, legendum, pro, sanus ne es.

Sycophanta. Menander γεργῶν,
καὶ συκοφάντης εὐθύσ' ὁ ῥ' τειβώνιορ
ἔχω καλεῖται, καὶ ἀδικούμι. Ὁ τύχη
Cui uestis squalida, sycophanta dicitur
Statim, quamuis patiatur ipse iniuriam.

Itane uero obturbat. pag. 62.

Quod Interpretes monent subdistingui posse, id
Goueano minime placet, qui uero obturbare expo-
nit, ueritati obstrepere.

Ramnium se aiebat esse.

Ramnium, lege. Græci dicunt, ῥαμνοῦσι ὁ ἦ
δὲ δῆμορ cum aliquem ex Atticæ pago Rhamnunte
significant. Si quis autem à Marathone stadia sexa-
ginta Oropū uersus per litus progrediatur, ei Rhana-
nus occurrit: ubi ὁ hominum sunt ædes, ὁ Nemesis
deæ fanum, auctore Pausania.

Vtinam id fiet.

Erasmus legit, id sit, ὁ putat esse scazontem ca-
talecticum, cum sit octonarius acatalectus. Glareanus
notat, in uetustis libris esse, sit id.

Quid tu? Quid ais?

Hoc non tantum propter elegantiam, uerum etiam
propter uersum placet. Nam si, quid tu ais? legas, ut
est

ANNOTATIONES

est in alijs, uersus iacebit.

pag. 63.

Næ istam multimodis tuam inueniri.

LECTIO Bembi non sine causa à doctissimis quibusq;
recepta est. Veteres enim multimodis pro multis mo-
dis dicebāt. Cicero in Oratore, Sed quid ego uocales
sine uocalibus sæpe breuitatis causa contrahebant,
ut ita dicerent, multimodis, uasargeteis, passicrinibus
tectifragis. & lib. 3. de Oratore citatur ueteris poe-
tae uersus, Multimodis sum circumuentus, morbo, ex-
ilio atq; inopia. Lucretius etiã sæpe hac uoce utitur.

Dignus es cum tua religione odio.

Ita citatum legitur quoq; apud Nonium. Sed, odium,
quod est in libro Palatino, quodq; Interpres agno-
scit, nõ displicet. ut odium per metonymiam pro odio-
oso & inuiso usurpetur. Nam & Plautus Rudente,
senem deorum odium atq; hominum uocat. & Truculento,
Haha, hercle quieuit, quia introiuit, odium.

Cum ego polsim in hac re medicari mihi.

Riuus notat, in quibusdam legi, egomet, idq; magis
probat: sed Geor Fabricius scribit in Palatino etiam
esse, ego: quod in uersum quadrat, etiamsi litera m in-
cum, exteratur.

Quod quæris Pasibula.

Verbum, est, intelligitur, non exprimitur in uersu.

Scilicet. Ch. Dos, Pamphile, est decem ta.

In alijs est, id scilicet: cum Mureto facit Interpres
& Lolgius. Quod sequitur, Dos, Pamphile, est, à mul-
tis male collocatur, ut notauit etiam Glareanus. Hoc

amplius

IN ANDRIAM.

amplius Interpres non legit, Pamphile; sed aut Pamphili, quod est in libro antiquo, aut Pamphilo, ut Goueanus scripsit. Haud ita iussi. pag. 64.

Nescio quem Donatum Glareanus habuerit, cuius testimonio affirmat hic legendum esse, At ita iussi. Ex impressis quidem certe commentarijs quilibet uidere potest, Interpretes sine distinctione legisse, Haud ita iussi. Nam cum Pamphilus dixisset, non recte uinctus est, negans eum iuste uinctum esse, pater cum filio iocans, illud, non recte, refert ad uinciendi diligentiam, atq; ait, se non ita iussisse, scilicet, ut non recte, hoc est, non diligenter uinciretur, cū quadrupedem constringi iussisset, ut illi scribunt. Scen. 5.

Non hoc putare uerum. pag. 65.

Versus hic & in Goueani libro ita scriptus est iambicus octonarius acatalectus. In alijs, in quibus legitur, Non putare hoc uerum, est trochaicus catalecticus. In sequentibus etiam uersibus non eodem ordine semper uerba in omnibus libris collocantur.

Quid illuc gaudi est?

Ex sequentis scenæ initio perspicitur satis hæc non posse Dauo tribui. Scen. 6. pag. 66.

Ego ut quod sum nactus mali.

In alijs legitur, ut, quod sim nactus mali. Nancisci malū hic dicitur, ut apud Græcos τυγχάνειν τιμωρίας deco qui pœnas dat. Deinde in libris antiquis legitur Quam ego illud, quod tibi euenit. Sed Geor. Fab. pro nomē, illud, temere adiectū putat, cū à Palatino absit.

Nec

ANNOTATIONES

Nec mora ulla est quin eam uxorem ducam.
 Georg. Fabricius è Palatino legit, quin iam uxorem ducam.

Age me in tuis secundis.

Sententia sumpta est ex hominum uita, si quem admonemus, ne prosperis rebus elatus, ueterem nostri memoriam abijciat. Sophocles Oedipo Coloneo,

Ευδαίμονες γένοιθε, καὶ ἀπ' εὐπραξία
 μὲμνησθέ μου

Sitis felices, atq; in rebus prosperis
 Memores mei.

Propera, accersite, hinc qui auferant.

In uetere Veneto, & alijs antiquis est, properè, quod Georg. Fabricius putat esse uerius. Sic Heaut. act. 2. sce. 2. Abi dum tu Dromo illis obuiam properè. & Hecy. act. 5. sce. 3. Propere curre ad Pamphilum.

IN EVNVCHVM TERENTII,

M. Antonij Mureti

ARGUMENTVM.

Civis quidam Atheniensis filiam, cui Pamphila, & filium, cui Chremeti nomē erat, habuit. ex ijs Pamphilam adhuc infantulam prædones rapere è Sunio, & mercatori cuidam Rhodio uendere: qui, Rhodum aduectam, meretrici, quā amabat, dono dedit. hæc acceptam puellam pari cura ac studio, cum Thaide filia cœpit educere: nemo ut esset, qui

IN EVNVCH.

qui non utranque ex ipsa genitam esse arbitraretur.
 Thais, quæ grandiuscula erat, cum ad eam ætatem per-
 uenisset, ut uiris placere posset; maternam, ut fit, ui-
 uendi rationem insecuta, cum hospite quodam Athe-
 nas uenit, qui eam postea moriens heredem reliquit.
 interea miles Thraso nomine, ad eam adiecit animū,
 cumq; cum ea per aliquod tempus consueuisset, in
 Cariam profectus est. Thaidis mater per eos dies ui-
 tam cum morte commutauerat: fraterq; ipsius Pam-
 philam uenalem proposuerat, sperans eam, quod &
 formosa esset, & fidibus sciret, præclare à se uendi-
 tum iri. forte accidit, ut eo ipso tēpore Thaidis ama-
 tor miles esset Rhodi: qui, harum omnium rerum in-
 sciis, Pamphilam emit; ut esset, quod amicæ, Athenas
 reuersus, dono daret. Thais, profecto milite, aliam
 conditionem quæsierat, adiunxeratq; sibi Phædriam,
 adolescentem Atheniensem, Lachetis filium. inaudiue-
 rat interim etiam aliquid de Pamphila; iamq; cū frā-
 tre ipsius Chremete aliquoties collocuta, eò peruene-
 rat, ut non dubijs indicijs intelligeret, sororem illius
 esse, quæ secū in maternis ædibus educata foret. Sum-
 mopere cupiebat igitur occasionem sibi aliquam da-
 ri, qua Pamphilam suis restitueret, eodemq; facto &
 puellam summo afficeret beneficio, & propinquorū
 illius amicitia fortunas constabiliret suas. Redit mi-
 les: sed cum cognosset de amore Phædriæ, puellam se,
 nisi eo repulso, daturum negat. Thais, quid ageret,
 nescire: nam & Phædriam amabat ex animo, & Pam-
 philæ

D

philæ

ANNOTATIONES

Phila recipienda gratia quiduis sibi faciundum putabat. tandem, cum speraret, se postea facile consilium suum ei ipsi, cuius animum offenderet, probaturam, Phedriam, ut militi gratificaretur, excludit. postridie accersito ei, atque aegrescenti, tandem se purgat, multisq; precibus ab eo impetrat, ut per biduum, priores partes habere Thrasonem sineret: ubi primum eripuisset puellam, nihil sibi cum illo amplius fore. Phedria, ut huius bidui molestiam equiore animo ferret, rus sibi abeundum esse statuit: itaque abiens, mandat Parmenoni, ut eunuchum & Aethiopissam ad Thaidem, cui eos emerat, duceret. Pamphilam, cum ex aedibus Thrasonis ad Thaidem deduceretur, conspicatus in uia Phedriae frater natu minor, Cherea ita eius amore flagrare coepit, nihil ut pensi haberet, dum ea potiretur: neque prius conquieuit, quam, eius rei causa, ad Thaidem pro eunucho deductus est. quid plura? Thaide ad coenam cum milite profecta, uirgini à Cherea per uim uitium offertur. turbae undique mirabiles, donec, tota re patefacta, Thais à Lachete in fidem & clientelam recipitur, Cherea agnitam Pamphilam ducit uxorem, Thraso diu illusus, tandem in amoris meretricij partem, Gnathonis parasiti opera, admittitur.

ANNOTATIONES.

In inscriptione notatur hanc Comœdiam iterum actã (nam quod in multis libris est, acta secunda, imperitiae ascribendum) M. Valerio, C. Fannio Coss. An. ab V. C. D X C II. Coss. fuerunt, M. VALERIVS.

M. F.

IN EVNVCH.

M. F. M. N. MESSALLA, C. F. ANNIVS. C.
 F. C. N. STRABO. Gellius lib. 2. cap. 24. refert
 elegans S. C. quod his Coss: factū est, & ad ludos Mo
 galenses, quorū hic mentio, pertinet. pag. 69.
 Si quisquam est, qui placere se studeat bonis.

Aemilius Ferrettus Iurisc. Goueanum suum admo
 nuit, quā plurimis, hic duas distinctas esse uoces:
 sensumq; esse, Si quisquam est, qui suum studium eò re
 ferat, ut bonis potius, quā plurimis placeat, & ta
 men multos non ledat, & c. ut particula potius, subin
 telligatur, quemadmodum in illo Plauti Rudente, Cer
 tum est moriri, quā hunc pati lenonem in me gras
 sari. idq; Græcorum imitatione. Homerus Odys. 17.

Ἀντὶ ἔχοντ' ἄσ' ἐπ' αὐτέμῳ, ἢ τινὰ τῶδε.

His te malo frui donis, quā quemlibet horum.

Intelligitur enim ἄλλων, sicut in illo Sophoclis, Aiace,

Ἐμοὶ πικρὸς τίθνηκερ, ἢ κείνοισ' ἄλυκός.

Mihi acerba magis, quā grata mors illis fuit.

Quod item Terentius post singularem infert plu
 ralem, In his poeta hic, id quoq; Græcorum imitatio
 ne factum esse docet Priscianus lib. 17. ubi simile ex
 emplum ex Sophoclis Antigona adducit.

Existimavit esse, sic existimet. Ex glossemate
 alicuius barbari, & inepti magistri irrepserat in
 hūc uersum uox, sciat. id collegi primū ex uetere Ve
 neto, & quatuor manuscriptis: in quibus erat, Existi
 mauit esse, sic existimet, sciat, præsumat. ut, appareret
 primū uerbū Terentij esse, reliqua duo ex eodē fonte

ANNOTATIONES

manasse. Sed & in libro uiri clarissimi Petri Bembi
locus hic totus ita scriptus, uti cum nos emendauimus,
legitur. Hæc Muretus.

Quia læsit prior.

Sic est in antiquis: in quibusdã legitur, prius: quod
esse in Palatino, monet Georg. Fabr.

Et easdem scribendo male.

Legitur aliter, & eas describendo, quod mihi semper
placuit. Nam Terentius aduersarij dispositionem reprehendit,
ut in exemplo subiecto cognoscitur. Describere autem Latini
uocant interdum quod Græcis est. διατάττειν, id est, ordinare,
collocare. Lysander apud Xenophon. in Oeconomico, πολλὸν
μαλ' ἄγαμαι τὸ καταμετρήσαντ' ἑσσι καὶ διατάξαντ'
& ἕκαστα τούτων. Cicero de Senectute, Tum eum dixisse,
mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius,
à quo essent illa dimensa atq; descripta.

Atq; in Thesauro scripsit.

In Thesauro, id est, in Comœdia hoc nomine inscripta:
quam etiam de Menandro transtulit. nam Menander
Ἰπποκράτης non semel à Stobæo citatur. Georg. Fabricius
ex Palatino legit, à thesauro, ut sit genus loquendi simile
illi in Cluentiana, Non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi
quidem potestas erat.

Prius unde petitur.

Illic qui petit, est petitor ὁ δῶκον, is unde petitur,
ὁ δῶκον ὄμιον & reus, cuius res agitur. Cicero li. 1.
de

IN EVNVCH.

de Orat. Ut illi unde peteretur, uetus atq; usitata ce-
ceptio daretur.

Quæ nunc condonabitur.

Sic plane Interpres, idemq; lex carminis requirit.
Genus loquendi antiquum est. Afranius Fratrijs, Id
aurum me condonat. Plautus Rudente, Mihi tribolū
obeam ne duis, condono te. Sic deniq; Terentius ipse
Phorm. act. 5. scen. 8. Argentum, quod habes, condona-
nus te. Quocirca Glareanus sine causa hac locutio-
ne offensus legendum putat, condonabimus.

Act. I. Sce. I. Quid igitur faciam? pag. 71.

Hec è Menandro expressit, ut monuit Interpres.
Fuisse autem Cherestrati uerba ad Dauum cognosce-
bitur ex Persio Sat. 5.

Nil prius neq; fortius.

prius pro melius, utilius, antiquius, inquit Charis-
us. Sic apud Græcos, τὸ βέλτιον καὶ τὸ πρῶτον,
πρῶτον τῆ φύσει δοκεῖ. id est, quod melius est, ac
honore dignius, uidetur prius esse natura, ut scribit
Aristoteles in Categorijs.

Neq; perficies nauiter.

Goueanus & Riuius notarunt legi etiam, pertende-
des: in quam significationem dixit Heaut. act. 5. scen.
5. Video non licere, ut cœperam, hoc pertendere.
Geor. Fabricio bona uidetur lectio, quæ est apud Cha-
risium, neq; pol tendes nauiter. quod tendere, ut ait,
nauticum uerbum proprie usurpetur, cum etiam nau-
iter, auctore Festo, à nauis uelocitate dictum sit.

D 3 Proin

ANNOTATIONES,
Proin tu, dum est tempus.

Muretus continuatam esse hanc Parmenonis orationem non dubitat: ideoq; interiecta personarum nomina sustulit. Totum locum eleganter expressit Horatius lib. 2. Sermonum, Sat. 3.

Suspersiones, inimicitiae.

Ita Goueanus. In alijs est, suspiciones, secunda producta, ut alibi. pag. 72.

Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non.

Priscianus lib. 17. hanc orationem sic perficit, Egone illam digner aduentu meo, quæ illum preposui mihi? quæ me spreuit? quæ non suscepit heri? Interpres paulo aliter.

Sentiet qui uir siem.

Georg. Fabricius ex Palatino legit, sentiat. & scribit minitanti aptiorem esse modum potentialem, & tempus presens. Ita Cicero ad Brutum, Sentiat nec Senatui consilium, nec populo R. deesse uirtutem.

Et te ultro accusabis.

Georg. Fabricius legit, accusabit, ut ad Thaidem referatur.

Indignum facinus.

Aliter, o indignum facinus: sed, o, nisi absorbeatur, superest, & saepenumero intelligitur.

Viuus uidensq; pereo.

Nonne dictum & prouerbij more, quod est imitatus Lucretius lib. 3. Mortua cui uita est prope iam uiuo atque uidenti. Cicero pro Quintio, Huic accubissimum

ANNOTATIONES

Talem mihi meretricem fac, canas dea:
Quæ audax sit, & pulchra, & faciat fidem simul,
Sit iniusta, excludat, petatq; plurima,
Cum neminem amet, id perpetuo fingat tamen.

Actus 1. Scena 2.

Hem, tun' eras mi Phædria, Qui hic stabas?

In alijs, ehem tune hic eras mi Phædria? quæ Senæ
rio conuenire sine elisionibus non possunt. Legitur
etiam, Quid hic stabas? & in, quid, eliditur d.

Cur non recte introibas. *recta, legendum.*

Aut quia sum apud te primus.

Sum primus, id est, plurimi fio, & præ cæteris di-
ligor. εἰώθηται ὅτι οἱ πολλοὶ εὖ ἐνπιμότεροι, καὶ
μᾶλλον ἀγαπωμένοι ὑπ' αὐτῶν, πρῶτερον πρὸ
αὐτοῖς φάσκον εἶναι hoc est, Multitudo consuevit,
quos maiore in pretio, ac præ ceteris caros habet,
eos dicere, apud se priores esse, auctore Aristotele.

Vtinam esset mihi Pars æqua amoris

Simile est uotum illud apud Theocritum Idyllio. 12.

Εἰδ' ὅμαλοι πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔρωτις

Νῶϊν. id est. Atq; utinam spirent in utroq; Cupidi-
nis æstus *Aequales.*

Ne crucia te obsecro anime mi, mi Phæd.

Sic Interpretem legisse uerba eius arguunt. In alijs,
in quibus unum, mi, tantum legitur, uersus claudicat:
quem ut Erasmus perficeret, tete, scripsit: Gouernus,
& iscrucia.

M. lera præ amore exclusit hunc foras.

Georg.

IN EVNVCH.

Georg. Fabricius è manuscriptis, & Interprete legit, exclusisti, quomodo est etiam in uetere Veneto. Apud Priscianum lib. 14. in impressis legitur, exclusisti: sed manuscripti nostri partim, hunc exclusit, partim, hunc excludit, habent. pag. 74.

Proin tu, taceri si vis.

Pronomen, tu, Riuius addidit ex antiquis. In mediendo, Proin, monosyllabum est.

Abreptam è Sunio.

Captam è Sunio, citat M. Tullius epist. 3. lib. 7. Att. ubi Sunium inter δήμους, id est pagos, seu uicos Atticæ numerat, sicut etiam Strabo facit lib. 9.

Docere, educere, ita uti si esset filia.

Educere, non educare, est in uetere Veneto. idque uersum omnino flagitare, Riuius, Goueanus, Lolgius, Glareanus, & Georg. Fabricius animaduertunt.

Te interea loci cognoui. pag. 75.

Interea loci, ἐν τοούτῳ significat, auctore Prisciano lib. 14. utitur eo Terentius infra act. 2. sce. 2. Heaut. act. 2. scen. 3. & alibi.

Is ubi hancce forma uidet honesta.

In alijs est, Is ubi hanc. sed uersus ita non plane constat, nisi in, ubi, uocalem ultimam non elidas. Goueanus scripsit, Is hanc ubi.

Ac non id metuat, ne, ubi eam.

Pronomen, eam, in uersu necessarium est, sine quo ille corrumpitur.

Cupio aliquos parare amicos.

D 5

Parare,

ANNOTATIONES.

Parare, quod est in omnibus libris uersui nihil officit: est enim primo loco proceleumaticus, & creticus secundo. Riuus tamen, & Georg. Fabricius censent legendum esse, Cupio aliquos parere amicos.

Ego quidquam cum istis factis. pag. 76.

Ego, non, Egon^{us}, uersus requirit: quod Goueanus quoque & Glareanus receperunt. Tibi cum istis factis, id est, tibi, quæ ista facis. Cicero pro Cluentio. Quis cum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset?

Et istam nunc times, quæ aduecta est.

Quæ abducta est, quod quædam exemplaria habent, non conuenit: miles enim puellam à Caria aduexerat, Thais illam nondum à milite abduxerat, sed abducere cupiebat, & studebat.

Quid te ergo sollicitat?

Sic recte etiam Goueanus: nam, aliud, quod hic ferre additur, in uersu locum non habet.

Nuncubi meam benignitatē sensisti te caluier.

In alijs, Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier. sed Muretus admonitus à Paulo Manutio, in antiquissimo, optimoque libro Romano aperte legi, Nuncubi meam benignitatem sensisti te caluier? non dubitauit, quin ea uera lectio esset. Est autem caluor antiquum uerbum idem ualēs quod frustror, aut frustra habeo. Plautus, Nam ubi domi sum sola, sopor caluitur manus. Sallustius lib. 3. historiarum, Contra ille calui ratus: calui pro decipi, inquit Prisc. lib. 10. Cas

IN EVNVCH.

ius Iurisc. cap. 233. de uerborum significatione refert
hæc uerba ex duodecim tabulis, Si caluitur, & more
tur, & frustretur. ubi hætenus uulgo legebatur, Si ca
lumnietur. Atq; ut ibi ab imperitis loco motū fuit, ita
& hic. Si istuc crederem sincere.

Sincere nonnulli hic aduerbium accipiunt: alij no
men putant esse neutri generis, ut scribit Charisius
lib. 1. & 2. Merito amo te. P. bene fa. pag. 77.

Georg. Fabricius secutus auctoritatem libri Pala
tini, ex similibus locis Plauti & Terentij, hæc omnia
Thaidi tribuit. Sic enim Plautus Mercatore, O fa
ctum bene, merito te amo. Terentius Adelph. Si uos
tantopere istuc uoltis, fiat. Aes. bene facis, merito te
amo. Dies noctesq; ames me.

Ita est etiã in Goueani libro. Qui legunt, me ames,
tertio loco tribrachyn faciunt, ut uocalis in pronome
mine, me, corripitur non elidatur.

Forſitam hic mihi paruum habeat.

Palatinum, mihi parum habeat fidem. Sic in Phor.
act. 5. scen. 3. Itane parum mihi fidem esse apud te?
Plautus Bacchid. Si pergis parum mihi fidem arbit
trariet. Hæc Georg. Fabricius.

Atque ex aliarum ingenijs nunc.

Verba sunt Turpiliij Demetrio à Nonio citata, Nunc
me ex aliorum ingenijs iudicat, intercapedo quorum
amicitias leuat. Obseruauit hoc Georg. Fabricius, &
Victorius Variarũ lect. li. 21. cap. 4.

Act. 2. Sc. 1.

Ita fac ut iulsi.

pag. 78.

Magna

ANNOTATIONES

Magna uarietas est iudiciorum in distinguendis huius scene uersibus. In plerisque hic legitur, Fac ita, ut iussi. & sic erunt duo primi uersus trochaici octonarij, prior acatalectus, posterior catalecticus. Muretus & Goueanus eos iambicos octonarios acatalectos faciunt, extrema prioris relata ad initium alterius.

Ah rogitare.

Versus est iambicus senarius: alij quaternarium faciunt, & utinam, cum sequenti iungunt: uerum in quaternario syllaba superest.

Hoc quàm peribit.

Versus est octonarius iambicus. Aliter legitur, Quàm hoc peribit, estq; trochaicus octonarius catalecticus.

pag. 79.

Munus nostrum ornato uerbis.

Cicero de offic. 2. Neq; enim uerbis auget suum munus, si quo forte fungitur: sed etiam extenuat. Quod poteris, Helenius Acron, auctore Charisio, interpretatur, in quantum poteris. Priscianus lib. 18. scribit, quod poteris, dictum pro ut poteris, quantum poteris: sicut Attici dicunt, ὅ, τι δύνασαι. Xenophon Oeconomico, καὶ αὐδ' ἴσ' δὲ ὅ, τι δύνασαι, σωφρονέλαι εἰς ταῦτα διδάσκω. Atq; adeo ipse in his docendo, quod potes iuuat.

Memini, tametsi nullus moneas.

Georg. Fabricius monet in antiquis esse, Au memini. Ceterum ultima syllaba huius uersus initium est sequentis, ut hic sit octonarius iambicus, sequens trochaicus

IN EVNVCH.

chaicus, uterq; acatalectus.

Aut mox noctu te adiget horsum

Adiget, rectius legitur, quam adigent: quod memi-
ni me ex Adriano Turnebo, cui multa debeo, Lutetiae
in publica lectione audiuisse. Neq; enim hic de som-
nijs, sed de uigilia agi, ea quae sequuntur apertissime
demonstrant. Insomniam autem pro uigilia saepe di-
xisse Pacuuium & Ennium, locuples testis est Serui-
us. Cecilius Plotio, Consequitur comes insomnia: ea
porro insaniam affert. Hoc refertur à Nonio.

Ingratijs ut dormiam.

Ingratijs postulat uersus, qui est iambicus octona-
rius acatalectus. in quo primo loco est proceleuma-
ticus: id quod alij non attenderunt: quorum nonnul-
li trochaicum faciunt, alij deesse aliquid putant,
alij ordinem commutant. Nec me mouet quod ingra-
tis sit in antiquis. nam etiam Heaut. act. 3. scen. 1. eoz-
dem modo est in illis, ubi tamen uersus ingratijs fla-
gitat. ut apud Plautum Casina, Vobis inuitis atq; am-
borum ingratijs. & Cistellaria, Nunc mihi bonae ne-
cessum' st esse ingratijs. Est autem ingratijs, grauate.
praeter uoluntatem, illibenter. Cicero Verrina. 6. Re-
ticebunt quae poterunt, libenter: dicent quae necesse
erit, ingratijs.

Hoc plus facies. Ph. ah nil dicis.

Sunt qui tradant, hoc plus facies, graecè esse $\omega\lambda\epsilon\sigma$
 $\sigma\upsilon\epsilon\kappa\tau\acute{\iota}\sigma\epsilon\iota\varsigma$. sed cur non $\omega\lambda\epsilon\sigma\mu\ \omega\delta\iota\acute{\iota}\sigma\epsilon\iota\varsigma$? Philemo,
ut est apud Stobaeum, monens lacrymas nihil pro-
desse,

ANNOTATIONES

desse, inquit.

τί δὲ ποιεῖς πλείονος οὐδ' ἐν. ἢ λύπη δ' ἔχει,
ὡσπερ τὸ δένδρον ἄσπερ, καρπὸν δ' ἀκροῖα.

Sed quid facis plus: nihil. habet etenim dolor,
Non secus atq; arbor hæc, lacrymas fructum suū.

Quod deinde in alijs additur, Abi sis, non est in ue-
tere Veneto: cuius fidem Muretus plerunq; sequitur.
eoq; omisso uersus melius constat.

Hoc nemo fuit minus ineptus.

Minus ineptus, pro prudentior, inquit Priscianus
lib. 3. & lib. 18. ubi in impressis ex ingenio scripse-
runt, ἐν ἀρχῇ in principio. & δ' εἰς Ἐκράτης &c. In
antiquo Corbeensi est, Thucydides in principio,
καὶ οὐχ ἠπὸν λησοὶ ἢ ἄλλοι οἱ νεοσώται. ἀντὶ τῆς καὶ
μᾶλλον ἐλήσευο. Terent. in Eunū. Hoc nemo fuit
minus ineptus: pro magis prudens. Confert enim di-
ligens Grammaticus hunc locū cum illo Thucydidis
qui initio historiae legitur, ubi & χ' ἠπὸν pro μᾶλλον
seu ut Scholiastes notat, ἀντὶ τῆς λίσαν usurpatur.

Scæ. 2. Conueni hodie adueniens. pag. 81.

Conuenire hic, auctore Nonio, significat, obuiam
fieri. Sic in Andria act. 2. scæ. 2. Etiam puerum inde
abiens conueni Chremis. Hoc propter Interpretem
admonendum putavi.

Itidem patria qui abligurrierat bona.

Recte hoc uerbum duplicata consonante à Mure-
to hic scriptum est, sicut etiam act. 5. scæ. 4. simplex,
ligurriunt. Nam P. Victorius in doctissimis suis An-
notationibus

IN EVNVCH.

notationibus in Varronem de re rustica lib. 3. capite
16. notat hoc uerbum duo rr habere in optimis exem
plaribus non solū Varronis, uerumetiā Terentij.

Hem quo redactus sum.

versus est Iambicus octonarius acatalectus. In alijs,
in quibus, hem, præcedentem uersum claudit, est tro
chaicus catalecticus.

Viden' me ex eodem ortum loco?

Glareanus putat legendum, uide, sed, si creticum re
cipias quinto loco, uersus bene constat.

Qui color, nitor, uestitus, quæ habi,

Sunt qui legant, Qui color, nitor, qui uestitus. Con
stabit etiam trochaicus catalecticus, si in, quæ habitu
do, nulla fiat elisio.

Atego infelix neq; ridiculus esse.

Ridiculus est γελοιοποιός qui risum captat: qua
lis est in Plauti Captiuis Ergasilus, & in Xenophon
tis Conuiuio Philippus: quorum hic, πρόσθε μὲν
γὰρ τούτῳ ἐνεκα ἐκαλούμην ὡδὶ τὰ δειπνα, ἴνα
ὑφραίνοιντο οἱ ζυώντες δι' ἐμὲ γελῶντες, id est
Antea hac de causa ad conuiuia uocabar, ut conuiuæ
me ridendo lætitia perfunderentur. Ille, Neq; ridicu
los iā teruncij faciunt, sese omnes amant. pag. 82.

Is quæstus nunc est multo uberrimus.

Menander πρὸς τὴν δ' ὀκλόλαξ ἄεισα πάντων id
est, Cum adulate agitur nunc omniū optime, seu ut
Geo. Fab. uertit, Quæstus parasiti primū uberrimus.

Interea loci ad macellum vbi aduenimus.

Lolgius

ANNOTATIONES

Lolgius, & alij quidam, uenimus, legunt: Goueanus, aduentamus. Vtriusq; lectionis meminit Riuus.

Concurrunt læti mi obuiam.

Magna uarietas in his duobus uersibus est. Muretus rationem secutus, uerba sic collocauit, ut sint duo iambici octonarij acatalecti. Cicero lib. I. de off. Minimeq; artes probandæ, quæ ministræ sunt uoluptatum, Cetarij, lanij, coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius.

Vt sibi liceret discere id de me.

Sic Plautus pœnulo, De te quidem hæc didici omnia.

Si potis est.

Sic in uetere Veneto, & alijs. In Phormione act. 2. scen. 2. Si tibi placere potis est, mihi ut respondeas. In quibusdam est, Si pote.

Viden' ossum, & cibus quid faciat.

Cum P. Bembus uir cum magna literarum intelligentia, & fidei plenus testatum reliquerit, in suo antiquissimo libro legi, Viden' ossum; recte Muretus fecit, qui hoc recepit; male illi, qui tanti uiri auctoritatem aspernati sunt. At Probus & Palemon non probant. Scio. sed num ideo negant à ueteribus usurpatum esse. Ne Charisius quidem id probat: & tamen eo Gellium lib. 33. usum esse refert: sicut Priscianus Pacuuium & Accium. Est autem hic denominatio, in qua subiectum pro adiuncto usurpatur, ossum, pro carne, quæ ossi adheret & propinqua est: eam uero
suauiorems

IN EVNVCH.

suaviorem esse. Græcus etiam Poeta affirmavit, cuius
hic versus legitur apud Athenæum,

Ἐπὶ πρὸς ὄσοῦν φασι κρέας εἶν' ἄλυκον.

Adhærens ossi est dulcior, ut aiunt, caro. Plura Vē
storius Variarum lectionum lib. 7. cap. 12.

Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem
video.

pagina 83.

Versum non constare, omnes, ut opinor, vident. ego
verebar, ne Terentius scripsisset, ante ostium meretri
cis: posteaq; ad nomen, meretricis, apposita esset
glossa, Thaidis: quæ deinde irrepsisset in versum. Hæc
Muretus.

Hic hoc munere arbitrantur.

Ita esse in manuscriptis testatur Georg. Fabricius.
Sed Priscianus lib. 12. scribit Terentium hic nomina
tium pluralem, hisce, protulisse. qui etiã apud Plautū
Captivus & Milite inuenitur. Interpres legit, Isce
& addit vetuste dictū, pro is: ut quidem est in libro
ueteri. Nec sursum deorsum cursites.

Rursum pro sursum operarum negligentia irreps
sit, qui pro litera, s, vicinam sumpserunt. Cursitare
sursum deorsum, Menandro est, ἄνω καὶ ἄνω
τῶ. Sic enim ille.

ὦ μὲν ἔγωγε τῶν πλοσίσσων φανία,
οἷς μὴ δ' δανείζεσθαι πρόσεσιν, δ' στένφιν,
τὰς νύκτας, οὐδὲ σρεφομένωσ' ἄνω καὶ ἄνω
οἶμαι λέγην. Versus hi ita recte leguntur in

E Plutarchi

ANNOTATIONES

Plutarchi libris, non modo impressis uerumetiam manuscriptoris duobus, τὰ πρὸ ἐπιθυμίας. nam apud Stobaeum cap. 95. mendose est. ἄνευ νόμου. Nos ita uertimus:

Putabam diuites, o Phania, scenore
Nihil qui sumunt, noctu haud ingemiscere,
Neq; sursum deorsum cursitando dicere,
Eheu mihi.

Tu profectus aliò fueras.

Lolgius, & quidam alij, profecturus, male, ut notauit Riuus. Nam, profectus alio fueras, est, alio proficisci, institueras, uel, ut aliò peruenires iter ingressus eras. Plautus Aulul. Nunc quò profectus sum ibo. Liuius lib. 35. Quinctius, quò profectus erat, Demetriadem contendit. Hæc Riuus.

Tum tu igitur paulum da mihi operæ.

In nonnullis antiquis est, paululum, atq; ita, mihi, totum eliditur. In fine uersus legendum, fac ut ~~ad~~ mittar. pag. 84.

Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis.
Versus hic non constat: Constabit autem, si legas hoc modo:

Qui mihi nunc uno digitulo forem aperis fortunatus,
Næ tu istam faxo. &c. Hæc Muret. Goue. scripsit.

Qui mihi nunc uno digitulo fores fortunatu' aperis.

Glareanus ita legendum censet,

Qui mihi aperis nunc fores uno digitulo fortunatus.
Nequis internuntius clam à milite ad istam.

Goueanus

IN EVNVCH.

Goueanus, cursitet ad istam, ut uersus sit catalecticus, similis reliquis, eliso, s, in internuntius. Tu uide ne Terentius scriptum reliquerit, cursitet.

Miror qui ex Piræo abierit.

Aliter, quid ex Piræo, in quo, d. eliditur. Piræo integrum est, quod per $\sigma\omega\upsilon\acute{\iota}$ $\zeta\eta\sigma\tau\upsilon$ in tres syllabas contrahitur.

Scena. 3.

Quam insistam viam. pag. 85.

Sic Virgilius Georg. 3. iam uitulos hortare, uiamq; insiste domandi. Seruius in illud Aen. 6. sceleratum insistere limen, notat nos dicere, insisto illam rem, non illi rei. Interpres agnoscit hic etiam, quia uia.

Deleo omnes dehinc ex animo mulieres. Cicero pro Sex. Roscio, Deleatis ex animo suo suspicionem omnem, metumq; tollatis.

Ecce autem alterum.

Laurentius Valla lib. 2. cap. 15. uult hic scribendum esse, alter, non, alterum. sed uersus reclamatione, ne dicam, alterum, esse in libris antiquis. quod Georg. Fabricius monet, & locum pluribus explicat.

De amore nescio quid loquitur.

Versus est octonarius Iambicus, similis superioribus. In alijs est, Nescio quid de amore loquitur, ut sit trochaicus catalecticus.

Ludum iocumq; dices fuisse illum alterum.

Ludus iocusq; prouerbialiter dicitur de re abiecta, & parui pretij, quæ contemni ac ludibrio haberi possit. Linius lib. 28. Ne tibi P. Corneli, cum

ANNOTATIONES

ex alto Africam conspexeris, ludus & iocus fuisse Hispaniæ tuæ uidebuntur. Cicero pro Flacco, Græcorum fidem in testimonijs eleuans, Quibus, inquit, iusiurandum iocus est: testimonium ludus. Demosthenes cum idem significare uellet, ὕθλομ καὶ φλυαρίων dixit, ut docet P. Victorius.

Quid tu es tristi? quidue alacris?

Aliter, quidue es alacris? Sed uersus omnes has uoculas non admittit.

Amo. P. ehem.

pag. 86.

Aliter, hem, & ultima uocalis in, amo, nō eliditur. Interpres etiam, em, sine aspiratione agnoscit: quæ particula in libris antiquis sæpe reperitur. Sic in Adelpis, act. 5. sce. 2. in Politiani Terentio, ut P. Victorius testatur, legitur, Em tibi, rescuiit omnem rem. Glareanus hic, quid Interpres uellet, non attendit.

Cum in cellulam ad te patrispenum.

Sic legitur apud Priscianum lib. 5. & 15. in omnibus libris antiquis. eodemq; modo esse in omnibus ueteribus Terentij exemplaribus, scribit Muretus. Plautus Pseud. Nisi mihi annuus penus hic ab amatoribus congeritur.

Siue adeo digna res est, ubi tu neruos.

Parmenonis hæc uerba sunt in Palatino, atq; uulgatis. Mihi rectius ex Chereæ persona legi uidetur. Meminit utriusq; Interpres. Georg. Fabric.

Quas matres itudent Demilsis humeris esse.

De hoc studio Atticarum matronarum quedam
lectu

IN EVNVCH.

lectu digna observavit P. Victorius Variarum lect.
lib. 2. cap. 6.

ut gracilæ fient.

Ita esse in Palatino, scribit Georg. Fabricius: &
Rivius notavit, Probum scribere, Terentium novè di-
xisse, ut gracile fient, à nominativo singulari hæc
gracila. Lucilius Satyrarum lib. 8.

Quod gracila est pernix, quod pectore puro,
Quod puero similis.

Si qua est habitior.

Ex Interprete cognoscitur, fuisse, qui legerent, ha-
bilitior, quod ille improbat. Habitior, id est, pinguior,
inquit Sex. Pompeius apud Plautum Epid. co est, Cor-
pulentior videre, atq; agilior.

Corpus solidum.

Corpus solidum est, quod propter vigorem, opti-
mamq; naturæ & viriū constitutionem amatori pla-
cere posset. Lucilius 29.

Hic corpus solidum iuvenes, hic stare papillis

Pectore marmoreo. Hæc Georg. Fabricius.

P. Victorius arbitratur solidū hic idem valere quod
Græci πυκνὸν uocant. Unde bonum corporis habi-
tum definiētes dicebant esse, πυκνότητι σαρκός.

Anni. C. sedecim.

Aliter, Anni? C. anni? sedecim. sed ita syllaba in
versu redundat. & in uetere Veneto uox, anni, semel
tantum ponitur.

Hanc tu mihi ui, clam, precario.

E 3

Senarius

ANNOTTATIONES

Senarius est cum eo qui sequitur, estq; hoc modo scri-
ptus etiam à Goueano. In alijs, in quibus legitur, uel
ui, uel clam, uel precario: uersus prorsus iacet, quem
ut Glareanus restitueret, Parmeno, addidit. Apud
Priscianum lib. 15. legitur, etiam in antiquis, Seu ui,
seu clam, seu precario. Vi, clam, precario, uerba
sunt solemnia in Prætorum interdiktis, ut cognosci-
tur in Pandectis li. 43. ubi à Iurisconsultis explican-
tur. Utitur Cicero pro Cæcina.

Qua ratione amisisti.

Amisisti recte Muretus, ut sit iambicus octonaria-
us catale. ut superior. Nam qui, id equidem, ad huius
uersus finem apponunt, ij in sequentibus Senarijs hæ-
rent: in quorum numero est Glareanus. Ex Interpre-
tibus tamen sunt qui, amisisti, agnoscant. pag. 87.

P. Quid hoc est sceleris? C. Perij.

Georg. Fabricius ex Interprete, & emendatis ex-
emplaribus, hæc omnia Chærcæ tribuit.

Liquet mihi deierare.

Hoc est, liquido iurare possum. de quo in Andria
δικαίως ὁμόσαι Græcè id dici arbitror. Menander.

ὄρκομ δὲ φεῦ γε, καὶν δικαίωμ ὀμνύης

Fuge iurandum, etsi iurare liquido queas.

Sex septem prorsum non uidisse proxumis.

Ita esse in antiquo & integro Prisciani libro, qui
Corbeie fuit, lib. 18. liquido iurare possum. Recte igitur,
particulam, uel, quæ hic uulgo additur, Erasmus,
Rinius, Georg. Fabricius, & docti omnes reiecerunt:

quano

IN EVNVCH:

quam uersus quoq; spernit.

In nostram hanc plateam.

sic etiam Goueanus. In alijs est, In hanc nostram:
quod cum uersus non pateretur, Erasmus notauit,
hanc, redundare in metro.

Ipsa est scilicet.

Tu cum Bembo lege, Ipsa est, ilicet. eo magis quod
Georg. Fabricius idem probat.

O Parmeno mi, nostin? pag. 88.

Aliter, Eho Parmenoni, atq; ita citatur à Priscia-
no lib. 13. & Agrætius, Eho inquit, aduerbium inter-
rogantis est. Terent. Eho Parmeno nostin? Lolgius ta-
men & Goueanus, O Parmeno, scripserunt.

Huc deducta est ad Thaidem.

Vulgo legitur, ad Thaidem meretricem. Sed pos-
sibilem uocem è glossemate irrepsisse, uel inde co-
gnoscitur, quod, si ita legas, uersus neq; Iambicus,
neq; trochaicus esse possit.

Tum magis id dicas.

Sic est in omnibus emendatis libris. Glareanus ait.
legi in quibusdam, Tum magis dicas, ut eliso, s, in ma-
gis, sit trochaicus.

Homo quatietur certe cum dono foras.

Quatietur, id est excludetur, ut Nonius interpre-
tatur, apud quem male legitur, Nimirum homo qua-
tietur.

Obsecro te hercle.

Aliter, Obsecro hercle, utruq; recte. Sed si, te addatur
uersus poterit esse iambicus octonarius, sicut et sequens

ANNOTATIONES

in quo Muretus adiutabo legit: secus enim esset trochaicus. Hecyra. His onera adiuta.

Pro illo te deducam.

pag. 89.

Sic legit etiam Goueanus, atq; ita paulo ante locus est ipse Terentius. Aliter legitur, ducam: quod non ita conuenit, nisi, pro, corripias, non elidas.

Facile ut te pro Eunucho probes.

Ita hūc locum Goueanus iam pridem restituerat; ut mirer cur alij id neglexerint: cum praesertim non solum uersus ita postulet, uerū etiam oratio. Sic enim Cicero hoc imitatus est, Ver. 7. Cum uulgo loquerentur suppositum in eius locum; quem pro illo probare uelles.

Dixisti pulchre.

In alijs, Dixti: sed, dixisti, uersus requirit, idq; Glaucianus probat.

Abduc, duc, quantum potes,

Legitur in uetustis, quantum potest. quod cum omnibus personis coniungi probat hic Georg. Fabric. Cicero Verrina. I. Dum tuas iniurias, id quod non potest, persequi conaris.

pag. 90.

Vide, ne nimium calidum hoc sit.

Callidum, quod Interpres probat, in uersu locum non habet. Quemadmodū autem Graecis $\Delta\epsilon\gamma\mu\omicron\pi$ idē est quod $\tau\omicron\lambda\mu\eta\rho\omicron\pi$ & $\epsilon\upsilon\kappa\acute{\iota}\nu\eta\zeta\omicron\pi$, id est, audax, praiceps & temerarium, ut docet Erasmus in Chiliadibus, sic latinis, calidum, accipitur. Cicero. lib. I. de Offic. Reperias multos, quibus periculosa & calida consilia quietis cogitationibus splendidiora & maiora uide

ant. 117

IN EVNVCH.

antur. Nam etsi in emendatissimis etiam libris, callis
da scriptum sit: tamen ex Nonio cognoscitur, calida,
legendum esse. Is enim, cum uellet docere, calidum
esse ferox & inconsultum, illum locum citat.

Flagitium facimus.

Georg. Fabricius ex libro antiquo legit, flagitium,
facinus.

Quæ nos nostramq; adolescētiam habent des.

Si legas, despectam, cōstat uersus, inquit Erasmus.
Legit ita Goueanus, idemq; probat Bembus. Sed uer-
sus constat, etiamsi, despiciatam, legas, cum secundo lo-
co sit creticus, ut recte notauit Georg. Fabricius.
Quare à libris non est discedendum. Plautus Casina,
Vir me habet pessumis despiciatam modis.

Aequum est fieri, ut à me ludatur.

Aliter, ludatur, ut ad omnes meretrices referatur.

Sed Georg. Fabricio magis placet, ludatur.

Quid istuc?

Lege, Quid istic? quo Terentium frequenter uti
in confirmatione Priscianus ait lib. 15. ubi etsi im-
pressi uariant, antiqui tamē sine ulla uarietate, Quid
istic, habent.

Si certum est facere, faciam.

Interpres non faciam, sed, facias, legit: sed non ui-
deo, cur prima persona damnari possit.

P. Nunquam defugiam auctoritatem. sequere.

C. diuortant bene.

Defugere auctoritatem, quid sit, uideo etiam ab eru-

E S ditis

ANNOTATIONES

ditis hominibus ignorari, ualet autē, cum ipse rei alicuius faciundae auctor fueris, eiusq; euentum in te receperis, id inficiari postea, & frateri nolle, eam auctore te factam. liquido constare hoc, propositis exemplis, potest. Plautus.

Suspende, uinci, uerbera: auctor sum, sino.

M. Si auctoritatem postea defugeris;

Vbi dissolutus tu sies, ego pendeam.

Hoc enim significat: si tu postea inficiari uolueris, te harum mihi rerum auctore fuisse. Cicero pro Sylla Itaque attēde iam Torquate, quam ego nō defugiam auctoritatem consulatus mei. id est, quam non recussem, quominus ea, quae me consule, in opprimēda coniuratione gesta sunt, ea me auctore omnia gesta esse dicantur. haec illius orationis cum sit uis, puto, hoc quoque loco, illud, Nunquam defugiam auctoritatē, non à Parmenone, sed à Chærea dici, personarumq; nomina ita distingui oportere.

P. iubes ne? C. iubeo, cogo, atque impero.

Nunquam defugiam auctoritatem. P. Sequere, di uortant bene.

Vt interroganti seruo, ita respondeat Chærea: Ego uero iubeo, cogo atque impero: neque unquam recusabo, quominus tu, quicquid huius factum erit, auctore atque impulsore me factum esse dicas. tum seruus: sequere, inquit, di uortant bene. nam haec quoque postrema uerba non tam Chæreae cupido ac confidenti conueniunt, quam seruo dubio animi, & inceptio-

Gans

IN EVNVCH.

tam periculose euentum extimescenti.

Actus 3. Scen. 1. Ingenteis. pag. 91.

Satis, inquit Cicero in Lelio, erat respondere, magnas: ingentes, inquit. & Donatus in lib. 6. Aened. Ille si diceret magnas, qui interrogabatur, non promerebatur patronum, cui placere cupiebat: sed ait, ingentes, ut aestimationem audientis assentationem superaret.

Qui habet salem, qui in te est.

Antea, quod in te est. Sed fieri nullo modo potest, quin aut legendum sit, salem qui, (quomodo & libri ueteres habent, & Priscianus legit) aut certe, sale quod. neutro enim genere sale, recto casu, apud ueteres dicebatur: cuius rei praeter caeteros auctor est Charisius. Haec Muretus. Georg. Fabricius exemplis probat etiam recte dici, qui habet salem, quod in te est.

Gestare.

Aliter, gestire: sed, gestare, est in antiquissimis, idq; probat Bembus. Eodem modo legisse Interpretem ex illius uerbis colligo.

pag. 92.

Imo sic homo Est perpaucorum hominum.

Verbum, est, ita collocatum, uersui melius non conuenit. Charisius li. 2. Sic pro ita. Terent. in Eunucho, Imo sic homo est perpaucorum hominum, id est, τῶν παυρῶν ἀνθρώπων.

Ego non flocci pendere.

Negatio tollenda, quae abest à libris uetustis, ut notat Georg. Fabricius. Tertio loco est tribrachys, non elisa, m, litera.

Quo

ANNOTATIONES

Quo pacto Rhodium tenuerim.

Tangere hic est ledere. sicut apud Græcos
ἄπαιδα. Φαμί δ' ἐνίοτε τὸν λυποῦτα ἄπαιδα
ἔρω, inquit Aristoteles lib. 1. de ortu & interitu.
Dicimus interdum, eum nos tangere, qui molestus
est, & ledit.

Nunquid tibi dixi?

Georg. Fabricius notat, in uetustis omnibus legi
Nunquam tibi dixi?

Cœpit ad id alludere.

Ita citat etiam Priscianus lib. 18.

Quid ais, inquam, homo impudens.

Rivius emendauit, Quid agis. atque ita scripsit
etiam Goueanus.

Lepus tute es, & pulpamentum quæris.

Vopiscus in Numeriano. Ipsi deniq; Comici ple-
runq; sic milites inducunt, ut eos faciant uetera die-
ta usurpare. Nam &, Lepus tute es & pulpamen-
tum quæris, Liuij Andronici dictum est. pag. 93.

G. Dolet dictum imprudenti adolescenti.

In alijs hæc male Thrasoni tribuuntur, cū à parasito
dicantur, ut Interpretes aperte indicant: id quod Lol-
gius & Goueanus etiam animaduenterunt.

Quod eam me amare suspicatus.

Aliter, suspicata est.

Vbi nominabit Phædriam.

Cicero epist. 9. lib. 1. Fam. Sed tamen defendendi
Vatinij fuit etiam ille stimulus, de quo iniudicio, cum
illum

ANNOTATIONES

illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in
Eunucho parasitus suaderet militi: Vbi nominabit
Phaedriam. &c.

Comellatum intronittamus.

Aliter, Intronittamus comessatum: ut prima syl-
laba huius uersus, ab ultima superioris absorbeatur.
Politianus ex Bembi libro, commissatum, scripsit:
quomodo esse etiam in Mediceo antiquissimo testa-
tur P. Victorius.

Par pro pari referto, quod eam remordeat.

Miror cur Georg. Fabricius maluerit hic lectio-
nem ab alijs excogitatam, quam libri Palatini scri-
pturam sequi. Primus uersum hunc ex uetustissimo
codice Epist. Ciceronis restituit Paulus Manutius. P.
Victorius etiam testatur in Mediceo codice legi, Par
pro pari eandemq; scripturam inuenit in uetusto ex-
emplari Terentij, quod in diui Marci Florentia est:
quare, inquit Victorius, quamuis alij aliter emenda-
rint, hanc ueram esse puto Terentiani carminis re-
stitutionem. Genus loquendi me nihil offendit, qui
scio, prepositionem pro, ut apud Grecos $\alpha\upsilon\tau\iota$ in
renumeratione passim usurpari. In eodem uersu Aemi-
lius Ferrettus, pro, mordeat, reposuit remordeat:
quod Riuus quoq; in libris antiquis inuenit: nec ali-
ter legit Seruius in 1. Aeneid.

Scena 2. Ehem Parmeno. pag. 94.

Aliter, hem Parmeno. Sed illud uerum est.

Bene fecisti hodie itura.

Aliter

ANNOTATIONES

Aliter, Bene pol fecisti, quod Riuus recepit, qui hodie in duas syllabas contrahit: sed potest quarto loco esse creticus.

pag. 95.

Hem eunuchum tibi.

Georg. Fabricius notat in Palatino esse, em, sine aspiratione. de qua uoce nos diximus ad pag. 86.

Fac periculum in literis, Fac in palæstra.

Chærea est liber adolescens, qui ex instituto Atheniensem his artibus informatus est, quibus fere ciues Athenienses suos liberos imbuebant. Sic enim Aristoteles li. 8. πολιτικῶν. ἐστὶ δὲ τέτραρα χερδ' ὄν, ἃ παιδὲν φη εἰ ὠθασι, γράμματα, καὶ γυμναστικὴν, καὶ μουσικὴν, καὶ τέταρτον ἐνίοι γραφικὴν.

Quatuor fere sunt, quibus pueros instituere solent, literæ, palæstra, musica, & quarta, quæ à nonnullis additur, pictura.

Quem esse ego puto infra omnes infimos.

Huius uersus uerba in diuersis libris uariè collocata sine mutatione sententiæ inueniuntur. Quomodo Riuus ea ex libris antiquis collocauit, ita leguntur apud Priscianum lib. 14.

E flamma te petere cibum.

Interpres notat antiquum esse, Cibum è flamma petere. Dicebatur uulgo de mendicis infimisq; hominibus. Vnde manauerit, querit Victorius Variarum lect. lib. 21. cap. 9.

Domini similis es.

pag. 96.

Ita citat aliquoties Priscianus. Quare domino, in quibus

IN EVNVCH.

quibusdam hic mendose legitur, quamvis utrunq; sit
usitatum. Ut sint domi parata omnia.

Interpretes absq; uerbo, omnia, legunt, ut sint do-
mi parata. atq; ita esse in manuscriptis testatur Ri-
uius. Plautus tamen in *Asinaria* dixit, Quantum pos-
test, parata fac sint omnia. Cicero *epist.* 20. lib. 14.
Fam. Ibi fac sint omnia parata. Georg. Fabric.

See. 3. Ait rem diuinam fecisse. pag. 97.

Ruius pronomen, se, recte sustulit: Goueanus ma-
le, facere se, scripsit. Rem diuinam facere, & sacrifici-
care idem significant. L. Plautum in initio *Rudent.*

Misit porro orare.

Misit orare, pro, misit, qui uel quæ oraret. Cicero
Verr. 2. Ut is quoq; domum mitteret, qui uxori sua
nuntiarent. Sic enim legendum, non, ut is quoq; do-
mum pueros mitteret. Idem *Philip.* 1. Misit, pro amicitia
qui hoc ediceret. pag. 98.

Malam rem abis hinc.

Aliter, Malam rem hinc ibis: quod uersui melius
conuenit. Legitur etiam in quibusdam uetustis, Ma-
lam in rem hinc abis? quod Goueanus recepit. Plaut.
Captiuus, I in malam rem. ludis me. Scen. 4.

Heri aliquot adolescentuli.

Apud Ciceronem lib. 18. Att. ita legitur, Heri ali-
quot adolescētuli coimus in Piræeū. Varro li. 7. de lin-
gua latina ad Marcellū sic dicit. Aut in extremū sen-
tū totidē semipedibus adiectis fiat comicus quadra-
tus, ut hic, Heri aliquot adolescētuli coimus in Piræo.

sic

IN EVNVCH.

Sic enim legimus etiam in antiquo Rufini libro. Atque ita primus uersus & secundus erunt acatalectici. quanquam in Terentij libris & apud interpretem legatur, Piræo.

Idque adeo uisam, si domi est. pag. 99.

Libri meliores, & in his Palatinus, Ibo ad eum, uisam si domi est. In Hecaut. Ibo, uisam si domi est. Plautus Bacchid. Ibo, uisam huc ad eum, si forte domi est. Bembus repetit uerbum, uisam: sed repugnat carmen. Georg. Fabricius.

Nisi quidquid est, procul hinclibet.

Citat hunc uersum Priscianus lib. 8. in quo, nisi, pro sed usurpatur. ut in Adelph. act. 1. sc. 2. Nisi quid quid est, uolo scire, atque hominem conuenire. Plautus in Sticho. Miror quid fiet, nisi ut periculum fiat, uisam quid uelit. Cicero epist. 1. lib. 13. Fam. Nec cur ille tantopere contendat uideo, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quam illi, laborare sine causa. Scena 5.

Iamne erumpere hoc licet mihi. pag. 100.

Iam ne rumpere, legit Nonius Marcellus, ubi docet, rumpere esse retentum proferre, & diu tacita dicere. Nunc tempus profecto est.

Versus hic & sequens una cum superioribus duobus sunt trochaici octonarij catalectici. Alij omisso, tempus, hunc fecerunt iambicum catalecticum una cum sequente. Quo quò eam.

Id est, quocunq; eam. In uetustis quibusdam est, quique

IN EUNUCH.

quique iam rogitando obtundat. Georg. Fabricius ex Palatino scripsit, quoque eam, pro, & quò eam. Certe in libris antiquis sæpe, quoque & quoquo inter se loci commutarunt.

Quid sibi hic uestitus quaerit.

In quibusdam est, aut quid sibi, in alijs, quid ue: sed uersus neutrum patitur.

Nemo omnium est, quem ego magi' nunc.

Hoc amplius in libris fere additur, quam te. quod apertum glossema est, nec in uersu locum habet. Alij qui id retinent, tollunt uerbum, uidere. quod tamen Interpres agnoscit. ne dicam, id quod maximum est. uersum ita non constare.

Quidam erat eunuchus. pag. 101.

si legas, Erat quidam eunuchus, tum prima syllaba ad superiorem uersum pertinebit, ut monet Eras.

Quod ego arripui.

Cicero libro 2. de Orat. Magistrum autem quem uellet eligeret, me quidem si audiret, L. Crassum, quod iste arripuit, & ita se facturum confirmauit.

Tacitus, citus audies.

Sic etiam Lolgius scripsit: in alijs est, tace sis, citius audies. quod Riuus probat.

Vt uestem cum illo mittem, & pro illo iubeam me illuc ducier.

Ita legitur hic uersus in uetere Veneto. in quibusdam est, cum eo, in quo nihil eliditur. Georg. Fabric. ex Palatino scripsit, iubeam me illò ducier.

F Terram

ANNOTATIONES

Terram intuens modeste. pag. 102.

Vel blanditur socio atq; amico suo Antipho: uel se miserum uocat Chærea, exultans letitia explenda libidinis. In utroq; dicto ironia est. Prius probant exemplaria, alterum Interpretes, qui ista omnia uult à Chærea pronunciari. Georg. Fabricius.

Paucae, quæ cum illam essent.

Muretus secutus illas editiones Interpretum, in quibus legitur hic eclipsin esse, uocem, puella, omisit, ut sit trimeter iambicus.

Continuo hæc adornant.

Hæc pluraliter pro hæ, inquit Interpretes. Plautus Mostellaria. Madent in corde parietes, periere hæc opipidò ædes.

Iouem quo pacto Danaæ misisse.

Sophocles in Antigona de Danaæ, καὶ Ἰωὺς τὰ μὲν εὐερονε πύλῃς χερσοῦ ἔγυτρε. Et Iouis custodiebat fœtum qui aureo imbri defluxerat. De tota hac re lege Victorium Variarum lect. lib. 1. cap. 15.

Fucum factum mulieri.

Eodem modo hic uersus legitur in Goueani libro, eamq; lectionem carmen approbat: sed in alijs libris, quæ hic prior, ibi posterior uersus pars est.

Ego uero illud feci.

Lege, Ego uero illud ita feci, ut sit octonarius.

Hæc dum mecum reputo.

Citatur hic locus à Prisciano lib. 9. ubi in omnibus libris antiquis magna consensione legitur, Hæc dum

IN EVNVCH.

*dum mecum puto. Sic infra, Dum hæc puto, Præterit
imprudens uillam. pag. 103.*

Deinde illam in lecto illæ conlocarunt.

Collocarunt è libris antiquis & Interprete repo
suit Muretus: quod uersum postulare. Gla. etiã uidit.
Status quis esset.

Qui esset status, scripsit Riuius ex libris uetustis:
quod si retineas, initio nulla elisio fiet. et flabellũ hic
primam producit, ut apud Propertium 2. Et modò
pauonis caudæ flabella superbæ. Erant autem flabel
la, quibus sibi uentulum faciebant æstate maxime in
publicum euntes mulieres, ut notat Georg. Fabri.

Pessulum ostio obdo.

Sic Heaut. act. 2. sce. 3. Anus foribus obdit pessu
lum. ubi nota significatio. Quare faceffat Rhodogiz
nus cum suo acumine. Mihi ostentatam tam.

In Palatino est, Mihi ostentatam, tantam, tam bre
uem. Quare cum Interpres etiam agnoscat, tantam,
id plane addendum. & ostentatam, pro quo in qui
busdam est, ostentam, recte retinetur, nec uersus id
respuit: in quo, mihi monosyllabum fit & absorbetur
& quarto loco est creticus.

Sed tanto ocyus properemus.

Quod Riuius hic de personis censuit, id recte neg
lectum in Georg. Fabricij libro puto, quocum faciunt
reliqui libri emendati. Actus 4. Scena 1.

Ita me dij bene ament.

Huius parvæ scenæ uersus in alijs libris tam cona

ANNOTATIONES

fuse leguntur, ut difficile sit de uersus ratione iudicare. Qua in re Glareanus laborauit. Muretus parua admodum mutatione uersus omnes fecit Iambicos octonarios acatalectos.

Rogat, illum admitti ut iubeat.

Ita scripsit etiam Goueanus: Nam, militem, hic inculcatum fuisse ratio uersus arguit: quamuis illud apud Interpretem etiam legatur.

Quia illa quæ cupiebat.

Lege, cupiebat, ut ultima syllaba ad sequentem uersum referatur.

Illa cum illo sermonem illico.

In alijs est, Illa cum illo sermonem occipit. In plerisque antiquis, in quibus uetus Venetus, legitur, Illa cum illo sermonem illico occipit. ut non sit dubium quin aduerbiū sit retinendum, & uerbum ex Interpretatione irrepsit. Geor. Fabricius etiam nostram lectionem elegantiolem iudicat, propter ἔμφατον & ἀπόμολον.

Tun' in conuiuium illam?

Pronomen, quod initio ponitur, ab alijs pretermisum Goueanus reposuit ex Interprete, qui notat hæc ἔμφατικῶς dici, ut illud Virgilij, Cantando tu illum? Virgo autem de conuiuium abdicatur, ideo quod maiores nostri, ut scripsit Varro, uirginis acerbæ aures Veneris uocabulis imbui noluerunt. De Romanorum conuiuijs lege quæ Athenæus refert ex Nicolai historia.

Sese illinc subducet.

Apud

IN EVNVCH.

Apud Nonium legitur, se illi subducet. nempe militi, qui postea obijcit, Clam te subduxti mihi. forte esse scriptum fuit illim, quod mutatum est in illinc: de quo aduerbio uir diligentissimus P. Victorius in Ciceronem agit. Georg. Fabric. Scena 2.

Cœpi egomet mecum inter uias. pag. 106.

Antiquè, pro inter-eundum. Turpil. Philopatro, Me miseram, quid agam? inter uias epistola excidit mihi. Plautus Aul. Egomet mecum cogitare inter uias cœcœpi. Georg. Fabricius.

Extrema linea amare.

Extrema linea est ἡ ἀκρὰ γραμμὴ summa linea & extremus terminus. ut hic summus amor significetur, quomodo Euripedes cum extremum terminum malorum & miseriarum intelligeret, ἐπ' ἀκρὰ ἴκον ἢ γραμμὴν τῶν κακῶν dixit.

Sed quid hoc, quod timida.

Versus est iambicus senarius, ut reliqui omnes: in quo primo loco est creticus. Alij, Sed quid hoc est, legunt, & faciunt trochaicū, quod non placet. Sce. 3. Hoccine tam audax facinus facere. pag. 107.

Verbum, facere, in uersu redundat, quem, illo sublato, Goueanus restituit. & ultima huius carminis syllaba ad sequens pertinet. Georg. Fabricius personam Phædræ post uerbum perij collocat, ut, perij, à Pythi adicatur: reliqua sint Phædræ.

Eam ipsam capillo conscidit.

Lege, tū ipsam. Cicero pro Flacco. Reddat misero

F 3 patri

ANNOTATIONES.

patri filiam: nam membra, quæ debilitavit lapidibus, fustibus, ferro: manus, quas contudit: digitos, quos confregit: nervos quos cōscidit, restituere nō potest.

Profecto nescio quid.

Hoc modo adducitur apud Priscianū lib 18. in Corbeïensi, estq; iambicus octo. acat. In alijs legitur, Nescio quid profecto, & est trochaicus catal.

Abi hinc quò dignu' es.

Georg. Fabricius ex Palatino scripsit, hinc. qui in dimensione cum Mureto & Goueano facit.

Vtinam sic sint, qui mihi male uolunt

Plautus *Asinaria*, Vtinam, male qui mihi uolūt, sic rideant.

Ego illum nescio qui fuerit pag. 108.

Figuratè pro, ego nescio quis ille fuerit. sic scult. Scin' me in quibus sim gaudijs. Est autem figura Græca. Sophocles *Electra*,

καί τοι τοσοῦτόν γ' οἶδα καὶ μουτῶ, ὅτι
ἀλγῶ πὶ τοῖς παροῦσι.

Atqui scio tantum me, de presentibus
Quod doleo malis.

Quo abire ignauus ille possit.

Ita postulat iambicus octonarius, nisi in quo, nihil elidas. Nisi domum Forte ad nos redijt.

Hæc est ueteris Veneti lectio. Geor. Fabricius etiã, redijt, non redierit probat ex Palatino, exposcente iambico.

Scena 4.

At etiam restitas? Fugitiue prodi. pag. 109.

Assentior

IN EVNVCH.

Assentior Geor. Fabricio, ut distinguatur, At etiā
restitas Fugitiue? & singula uerba singula sequātur
maledicta. Nam apud Nonium quoq; ita adducitur,
Exi foras sceleste, at etiam restitas fugitiue?

Paulum si cessassem Pythia.

Paululum, quod in alijs est, senarium corrumpit.
Ita iam ornabat fugam.

Adornabat fugam, quod Interpres agnoscit, & in
libris antiquis, in quibus Palatinus, inuenitur, Glarea
nus non putat locum habere, nisi particula, iam, omit
tatur, sed Georg Fabricius mauult ultimam in, domi,
corripere. Adornare fugam est idem quod parare.
Cicero lib. 7. Att. Itaq; fuga quæ parabatur, repres
sa est. Quid ni? Py. o factum bene.

In alijs est, quid ni habeam? sed Goueanus putauit
elegantius esse, si uerbum habeam, intelligatur, quam
si exprimat, præsertim cum senarius id respuat.

Nostrarum nunquam quisquam uidit.

Nostrarum quisquā, dixit antiquè pro, quæquā, ut
scribit Priscianus lib. 13. Plautus Amphitr. Neq; no
strum quisquam sensimus cum peperit. pag. 110.

Ne comparandus hic quidem ad illum.

Apud Priscianum lib. 15. legitur. Ne conferendus
hic quidem cum illo est. Sed cum Terentij libris fa
cit Nonius et lex carminis. Præpositio ad, hic in com
paratione, ut apud Græcos πρὸς usurpatur. Plautus
Milite, Mars haud ausit dicere, neq; equiparare suas
uirtutes ad tuas. Nunc tibi uidetur fœdus.

ANNOTATIONES.

Aliter, Nunc eo tibi uidetur fœdus. sed senarius non patitur, ut, eò, addatur: quod Goueanus & Glareanus recte censuerunt tollendum esse. Nam etiam apud Nonium Marcellum, Nunc tibi uidetur fœdus, sine, eò, legitur.

Eò redigis me, ut quid egerim.

In uetere Veneto, & apud Interpretem est, quid emerim. cuius meminerunt Riuius, & Georg. Fabric.

Respondeat. Ph. roga.

Erasmus notauit Iambicum esse pedum septem. Videtur aliquid superare in uersu. Glareanus expungit aduerbium, & legit, uenisti ad nos? Goueanus scripsit, Respondeat. rogo, uenisti hodie ad nos? negat.

Primum unde habes istam.

Si legas, Primum istam, quam habes, unde habes uestem? m, in quam non elidetur, ut iudicat Riuius.

Fraterne? Do. ita est.

Muretus addito uerbo, est, uersum perfecit, qui in alijs libris uacillat. Citatur locus à Prisciano lib. 15.

Nec, quis esset, unquam audieram dicier.

In libro Aldino hæc uerba omissa fuerunt. Itaq; Riuius cœsuit ea adulterina esse. Verũ cū sint in omnibus antiquis, nulla causa est cur deleantur, præsertim cū negatio, Non, in sequente uersu locum nõ habeat.

Etiam paululum, sat est. pag. III.

Aliter, etiam nũc paululum. sed trochaicus aduerbium non recipit, nec est in Goueani libro.

Et ea est indutus.

MANM

IN EVNVCH.

Manuscripta, eam est indutus. Priscianus lib. 18. legit, ea est indutus, & supra, Meam ipse induit. his enim duobus exemplis utrunq; dici probat, indutus uestem, & indutus ueste. Georg. Fabricius.

Etiam nunc non credis indignis nos.

Esse, quod in alijs additur, in uersu locum non habet, nisi in, credis, elidas s. quod fecit Goueanus.

Possumne ego hodie ex te exculpere uerum?

Pronomen, ego, Riuus ex manuscriptis addidit; & heus, in principio huius uersus à superiore elidunt, qui putant esse trochaicum, cum superior & hic & sequentes aliquot sint iambici octonarij acatalecti.

Quomodo hinc nunc abeam.

Aduerbum, nunc, Muretus addidit, quod Erasmus deesse uidit.

Quod scis nescis. pag. 112.

Nescias, quod est in Palatino, non placet: est enim nescis, pro, nescieris. Plaut. Milite. Posthac etiam illud, quod scies, nesciueris.

Hac re & omni turba euolues te, & ili gratum.

Lege, euoluis, quod est antiquè positum pro euolueris: sequitur enim, feceris. Hoc Ad. Turnebo magistro nostro acceptum ferimus.

Aufer aurum hoc.

Georg. Fabricius addito pronomine, tu, ex antiquis legit, Tu aufer aurum hoc. Scena 5.

Neq; pes, neq; mens latis suum of. pag. 113.

Recte pedē nominat. Nam ut ait Plautus Pseudo.

F 5

Magnum

ANNOTATIONES.

Magnum hoc uino uitium est, Pedes captat primum.
Virgilius Georg. 2. Tentatura pedes olim, uincturaq;
linguam.

Videre, quàm dudum. Py. certe quidem tu pol.

In alijs, Videre mihi, quam dudum. sed uersus rea
pugnat: quare Goueanus & Muretus pronomen su-
stulerunt. Alacrior etiam Muretus, non hilarior bene
scripsit, quod Interpres probat.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Georg Fabricius scripsit, frigit ex Palatino. Ci-
cero li. 2. de Nat. Itaq; illud, quod erat à deo natum,
nomine ipsius dei nuncupabant: ut cum fruges Cere-
dem appellamus: uinum autem Liberum: ex quo illud
Terentij, Sine Cerere & Libero friget Venus.

Sed eccam ipsam uideo.

Verbum, uideo, quod est in libris antiquis, non est
omittendum in uersu, qui hic est iambicus octonarius,
ut huic, sit dissyllabum. Scena 6.

Credo equidem illū iam affuturum. pag. 114.

In uetere Veneto legitur, Credo equidem illum iam
affuturum, ut illam à me eripiat, quomodo Goueanus
scripsit, & trochaicus patitur.

Vsq; eò ego illius ferre possum ineptias.

Alij usq; adeo, legunt, & tollunt pronomen ego:
sed contra fidem librorum.

Ego iam dudum hic adsum. Georg. Fabricius ex
uetustis, pro adsum, scripsit, sum: & pro expectabam
expecto. sed uulgata lectio in uersu commodior est.

Scin.

IN EVNVCH.

Scin' tu turbam hanc propter te. pag. 115.

Rivius monet se alicubi reperisse, te propter. Legitur ita in libris impressis Prisciani lib. 18. sed in manuscriptis est, propter te. idq; iambicus octonarius catalecticis flagitat, in quo est creticus loco quarto. Ehem. Th. quid est?

Quaternarius postulat, ut ehem legatur, non hem. Goueanus scripsit, hem. Th. quid id est?

Et habetur & refertur à me Thais.

Ita citatur à Prisciano lib. 18. extremo. ubi exemplis Demosthenis et Isocratis, qui in nostro Corbeien si integra leguntur, docet græcos dicere, ἔχω σοὶ χάριν, & οἶδα σοὶ χάριν, ut latini dicunt, ago & habeo gratias. Quare nihil hic mutandum.

Cistellam Pythias domo effer.

Affer est in uetere Veneto. itaq; legit P. Victorius Variarum lect. lib. 2. cap. 3.

At at at. Th. num formidolosus.

At at at, quod nusquam in Terentij libris inueniebatur, pluribus locis restituit Goueanus. Glareanus etiam hoc loco id probat. Atq; ita opu' est.

Atqui, legitur apud Priscianum lib. 16. & in plevisq; manuscriptis, atquin. quod si recipiatur, uersus erit iambicus. pag. 116.

Sed tu, quod cauere possis. Translata de Menandro sententia, cuius hi citantur à Stobæo senarij,

Εὐκθία μοὶ φαίνεται ἰδρυμένη,
Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττειν δ' ἃ δεῖ.
Apertana

ANNOTATIONES.

*Apertam stultitiam equidem esse iudico,
Videre quid ex re sit, sed non cauere idem.*

*Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba
Georg. Fabricius, cum in manuscripto inuenisset
geminatum, mane, mane, quod est etiam in uetere Ve-*

neto, hoc recepit, & pronomen, nobis, sustulit.

*See. 7. Male multabo ipsam. pag. 117.
Petrus Victorius ex libris antiquis legit, male mul-*

cabo ipsam: quomodo in Palatino scriptum inuenit

Georg. Fabric. Plautus Mostellaria, Sed eo magis cau-

to est Opus, ne, huc exeat, qui male me multet.

*Peniculon' pugnare, qui istum huc portes.
Aliter, qui istunc huc portes; quomodo esse in an-*

tiquis scribit Georg. Fabricius: ut sit primo loco ana-

pestus propter, gn. Erasmus elidit d in quid.

*Qui abstergerem uulnera.
Abstergerem hic est secunde coniugationis, et pe-*

ultimam producit. Est enim quaternarius iambus,

qui stare non potest, nisi penultima abstergerem pro-

ducatur, auctore Prisciano lib. 9.

Solus Sannio seruat domi.

*Sic Plautus Aulularia, Redi nunc iam intrò, atq;
intus serua. Sta. Quippini ego intus seruè, an ne quis*

ædes auferat? Idem Mostellaria, Foris ambulatis, na-

us nemo in ædibus seruat. Quibus locis confirmatur

hæc Terentij locutio, quam uulgo mutauerant.

Idem hocce Pyrrhus factitauit. pag. 118.

Georg. Fabricij coniectura, qui putat à Terentio scri-

ptum

IN EVNUCH.

ptum fuisse, Diem hoc iam Pyrrhus factitavit, à vero non longe abesse videtur. quare illius hic studiosos admonere uolui.

Omnia prius experiri uerbis, quàm armis.

Ita scripsit Muretus ex uetere Veneto & libro manuscripto Bernardini Lauredani. Quare cum sine illo uerbo uersus claudicet, miror id à Riuioreiectū esse, praesertim cum sententiam quoq; iuuet: sic enim Menelaus apud Libanium Sophistā, ut ipse notauit, πρῶτον μὲν ἢ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πρῶτον λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὄπλοις ἐπιπλεῖν ἀνδρῶν πινώτερον δὲ τῷ θυμῷ. id est, Primum experiri uerbis ius suum obtinere, & non armis irruere, humanius profecto est. In quibusdam antiquis pro, uerbis, est, consilio: quod etiam retineri potest, ut legatur, Consilio omnia prius experiri, quàm armis sapientem decet.

Nunquam accedo ad te, quin abs te abeam.

Versus est iambicus octonarius acatalecticus, quib hoc modo legitur in uetere Veneto, & apud Priscianum lib. 17. in omnibus libris. Alij scribunt, Nunquā accedo, quin abs te abeam doctior, & faciunt trochaicum catalecticum.

pag. 119.

Quid cum illo ut agas?

causam quaerit, cur eum sibi ante oculos adduxerit. In alijs haec Thaidi tribuuntur: quibuscum facere uidetur Interpres.

Nisi ui manus eripi.

Georg.

ANNOTATIONES

Georg. Fabricius cum in Palatino inuenisset, nisi si ui mauis eripi: putauit ablatiuum omittendum esse, ac scripsit, nisi si mauis eripi.

Faciam, huius loci, dijꝫ.

Lege, Faciam ut huius loci: est enim iambicus octonarius acatalectus. in quo dij, pro diei more antiquo dictum est. Sic Virgilius Aen. 1. Munera letitiamq; dij. quod imperitiores Dei legunt. Plura Gelli. lib. 9. cap. 14.

Hic furti se alligat.

Plautus Rudente, Nam illic cum seruo si quo congressus foret, Et ipsum sese & illū furti astringeret.

Iam dimitto exercitum. pag. 120.

Hoc Cicero in orat. pro Deiotaro ita imitatus est, Quid postea? an Deiotarus re illo tempore non perfecta, continuo dimisit exercitum?

Iam dudum est animus in patinis.

Poeta hic seruiuit mirifice personæ coqui, qui inuitus in prælium abductus fuerat: mente enim in culina restiterat, ubi artificium ipsius ualebat. Idem prolatum fuit ab Alexide, cuius hi senarij leguntur apud Athenæum lib. 1.

ὣς ἐσι κατακείθαι πρὸ δειπνῶν συμφερά:
οὔτε γὰρ ὑπνῶ δῆπρθερ οὐδ' ἐν' ἄν λάβοι,
οὔδ' ἄν λέγη τις οὐδαμῶς μάθοιμεν ἄμ,
ὄνοῦς γὰρ ἐσι τῆς τραπέζης πλῆσιον.
Accumbere ante cœnam quanta calamitas
Est, cum nec ullum certe somnus opprimat,

Nec

IN EVNVCH.

Nec intelligere queamus si quid dicitur:

Namq; animus haud ita longe tunc à mensa abest.

Act. 5. sce. 1. Quid is obsecro ad nos? pag. 121.

P. Bembus hoc modo legit et distinguit, Quid is obsecro ad nos quamobrem adductus est? Particula, aut, quam alij addunt, in senario locum non habet, & recte omittitur. Quem lupo commisti.

Commisti, pro commisisti senarium postulare Geor. Fabricius monuit. Goueanus & Glareanus retinent, commisisti, & legunt, Lupo ouem commisisti. Plaut. Pseudolo, Malis lupos apud oues linquere, quã hos domi custodes. Cicero Philip 3. O præclarum custodem ouium, ut aiunt, lupum. Plura Erasmus.

Quid hominis illic est.

Illic pro ille hic corripitur. uel potius lege, quid illic hominis est, ut legitur in uetere Veneto. In sequente uersu Erasmus putauit, tace geminandũ esse, idq; Riuius secutus est: sed Muretus aliter uersum restituit. Quid illi facies stulta?

Ex Prisciani li. 17 legendũ, Quid illo faciemus stulta? & est creticus loco quarto. In Palatino est etiam illo, pro illi. Sic Heaut. act. 2. sce. 2. Quid illo facias? Pomponius Pracone posteriore, Neq; illo quid faciam scio. Triplici modo genus hoc effertur. Cum datiuo, Cicero pro Cæcina, Quid tu huic homini facias? Cũ ablatiuo antiquè Plautus Milite, Quid illa faciemus concubina, quæ domi est? Additur etiam nonnumquam aliqua ex præpositionibus, cũ uel de. Geor. Fab.

Th. non

ANNOTATIONES

Th.non.Py. tum quæ eius confidentia.

Sic etiam Goueanus recte: nam ut, non est, legatur.
Senarius non patitur. Scena 2.

Ego me in pedes, quantum queo. pag.122.

Legitur etiam, egomet in pedes: quæ uarietas apud
hunc auctore frequens est, meminitq; eius hic Riuus.

Credin' te impune habiturum? pag.123.

In alijs, Credin' te impune abiturum? ego cur hoc
maluerim, in causa est, quod infra quoq; Terentium
ita locutum uideo, Siquidem istuc impune habueris.
Muretus.

Vnam hanc noxiam mitte: si aliam unquam.

Georg. Fabricius legit ex Palatino, Vnam hanc
noxiam Amitte, si aliam admisero unquam, occidito:
quam lectionem in suis manuscriptis libris inuenit
etiam Riuus. Plautus Mostellaria, Tranioni remitte
quæso hanc noxiam.

Paululum quiddam. Py. eho paululum.

Erasmus putauit uersum non constare, nisi paulu-
lum, legatur, itaq; Goueanus scripsit. Verum diminu-
tiua pertinent ad crimen eleuandum. & uersus con-
stat, in quo tertio & quinto loco est creticus, ut rea-
te Glareanus censuit.

At tu indignus qui faceres tamen.

Facere contumeliam ante Terentium dixit etiam
Plautus Asinaria & Bacchid. Verum Ciceronis æta-
te nemo sic loquebatur; cuius ipse locuples testis est
Philip. 3. pag.124.

TUM

IN EVNVCH.

Tum pol ab isto tibi hera.

In antiquis fere est, quomodo Lolgius scripsit, Tum pol tibi ab isto hera: sed uersus ita non constat, nisi. aut post, cauendum, addas, esse, quod est in uetere Veneto: aut, istoc, legas, quod in quibusdam inuenitur.

Nihil tibi quidquam credo. Th. desinas.

Optatius uel subiunctius pro imperatiuo usurpatur, desinas pro desine. Priscianus lib. 18.

Quid? ah uolet, certo scio.

Ita haec distincta sunt non solum in Mureti libro, uerum etiam in eo quem à Lolgio emendatum Paulus Manutius impressit.

In cognoscendo tute ipse aderis.

Georg. Fabricius addito aduerbio loci legit, tute ipse hic aderis, & scribit praepositionem, in, à fine uersus antecedentis absumi. pag. 125.

Optime. adest ipse frater.

Sic etiam Goueanus. In alijs est, Adest optime ipse frater. in quo Erasmus & Glareanus putant primam syllabam ad uersum praecedentem referendam. quam potest esse creticus loco secundo.

Scena 3. Bene aepol narras. pag. 126.

Aepol scribendum esse putat Goueanus: alij, edes pol, prima correpta hic & alibi scribunt, leguntq;.

Vide ut otiosus sit.

In uno ex manuscriptis, Viden' ut otiosus it. ipso enim incessu securitatem quandam seruulus praese ferebat. Georg. Fabric.

Scena 4.

G Que

ANNOTATIONES

pag. 127. Quæ dum foris sunt, nihil uidetur.

Petrus Victorius Var. lect. li. 9. cap. 15. similem locum apud Aelianum obseruauit, ubi Chremes infimulans studium, artemq; meretricum, inquit καὶ λάθρα μὲν ἀλλ' ὄσι πάντα, καὶ κατὰ πίνυσιμ ὑπὲρ τῶν ἐργασίας τῶν ἐν ἀγρῶ παρόντων δὲ ἰμάδω ὠραίζονται. id est, Clam excutiunt & deuorant omnia supra operarios, qui ruri opus faciunt: presentibus nobis compositæ & elegantes sunt. Quos acrio ex iure hesterno.

P. Victorius citat, ex iure externo. quod si, ut puto, in libro antiquo Politiani inuenit, negligendum non est. Eo enim inopia meretricum significantius exprimitur, cum ius etiam foris & aliunde sumendum sit.

Scen. 5. Pro deum fidem. pag. 128.

Trochaicus est hypercatalecticus, cum reliqui sint catalectici. Erit hic etiam catalecticus, si aut, pro fidem deum, legas, ut deum in unam syllabam contrahatur, aut tollas fidem. quod sepe irrepsit, ut in And. act. 1. sc. 5.

In quem exempla fient.

In quem, pro in quo, auctore Prisciano li. 18. Exemplati ni pro maximis grauissimisq; pœnis dixerit: quæ ideo adhibentur, ut ceteri à similibus peccatis metu cognite pœnæ deterreantur, seu ut Plato in Gorgia scribit, ἵνα ἄλλοι οἱ ὄραντες πᾶσιν ἴα φοβούμενοι βελτίους γίνωνται. Gel. li. 6. ca. 14. pag. 129.

Conligauit? hem. In alijs, hem, Conligauit? atq; ita, hem, extra metrum est, ut notauit Erasmus.

Nunc minatur porro sese id.

IN EVNUCH.

Legitur etiam, minuitur. οὕτω δὲ εὖ αὐτὸν ἄλόντας ποίη-
 χος ἢ κίζοντο. ῥαφανίδας λαμβάνοντες καθίεσαν
 εἰς τὸν περικτὸν τούτων, καὶ πᾶσι μὲν τις αὐτῶν,
 τέφρα δὲ μὲν ἐπέπασσον, βασάνους ἰκανὰς ἐργα-
 ζόμενοι, ut scribit Interpres Aristophanis νεφέλαις.

Ne neq; illi profis, & tu pereas.

Ita recte ex uetustis emēdauit Riuus. Neq; hic pro,
 & non, ponitur semel, contra Asconij sententiam, qui
 scribit, neq; semper postulare ut rursus inferatur. Ita
 Sulpicius ad Ciceronem, Si istic affuissem, neq; tibi
 defuissem, coramq; meum dolorem tibi declaraf-
 sem. & Cicero ad Attic. epistol. 17. lib. 1. Idq; neq;
 amoris mediocris, & ingenij summi ac sapientiae iu-
 dico. Eadem ratio est apud Græcos: quod qui non ani-
 maduerterunt, corruerunt locum illum Xenophon-
 tis in Oeconomico, ubi Socrates, πᾶσας μὲν δὲ τὰς
 ἐπισήμας οὔτε μαθεῖν οἰόντε κμῖ μὲν δόκει, συναπεδο-
 κιμαζόμεντε τᾶις πόλεσι τὰς βανκωσικὰς καὶ τε-
 μνὰς τέχνας. Ita enim recte est in manuscripto, &
 apud Stobæum, ut docebo cū Xenophontis scripta emē-
 data in apertum referam.

pag. 130.

Tu isti narrato ordine, vt factum fiet.

Ita Terentius & Plautus passim locuti sunt, itaq; po-
 stulat trochaicus catalecticus. Riuus ex antiquis le-
 git, Tu isti narrato omnem ordinem. sed ita de tro-
 chaico fieret iambicus acatalectus. Scen. 6.

Lach. Par. Lachetis nomē nō est in uetustis, sed tan-
 tū senis, ut notauit Geo. Fa. idēq; agnoscit Interpres:

G 2

Quid

ANNOTATIONES
Quid est quod trepidas?

Georg. Fabricius ex antiquioribus emendat, Quid est? quid trepidas? satis ne saluè, dic mihi? Legit eodem modo Interpres, qui similem locum ex Plauti Trinummo adducit. pag. 131.

An in astu uenit?

Eadem uoce usus est & M. Tullius in 2. de legib. Vestri Attici, prius quàm eos Theseus demigrare ex agris, & in Astu, quod appellatur, omnes se conferre iussit, & cet. quæ Plutarchus in uita Thesei exponēs inquit, σὺν ὅλῳ τῷ Ἀττικῷ κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, id est, Coegit omnes Atticæ incolas in unam urbem, siue astu.

Sed istud, quidquid est, primum expedi, lege. Cesson' huc intro irrumperè?

In alijs, in quibus legitur, cesso huc intro irrumperè reuersus non plane constat. quod cum Erasmus animaduertent, putauit pro, reliquom, legendum esse, relictum. Nonius Macellus legit intro rumpere, quo modo est in uetere Veneto, & alijs quibusdam antiquis.

Quamobrem insigne aliquid faceret ijs: nunc.

Ita emendauit Bembus, eumq; secutus Riuus. Greci dicunt, τῶν ἄλλων πρὸς φάσεως δρόμου τῶν νῦν τῶν τῶν ἑλαβε. Scena 7.

Mihi solæ ridiculo fuit. pag. 132.

Solæ, datiuus antiquus est pro soli. atq; Cicero pro Tullio, unæ rei, dixit pro uni, auctore Prisciano. In fine

IN EVNVCH.

fine uersus, scibam rectius legitur, quam sciebam.

Non pote satis narrari, quos ludos

In alijs est, Non possum satis narrare. in uetere Veneto, Non satis potest narrari: quod Georg. Fabricius se in omnibus antiquis inuenisse testatur. Pote ueteres dixerunt, quod posteriores, possibile. quod hic agnoscit etiam Glareanus.

pag. 133.

Ehem quid dixti pessuma.

Ehem flagitat uersus, nisi cum Goueano legas, Hem quid dixisti.

Tu iam pendebris.

Id est, uapulabis. Horatius lib. 2. Epist.

Semel hic cessauit, et, ut fit,

In scalis latuit metuēs pendētis habena. Vbi Acron notat Romanos seruos suos suspensos ad trabem flagellasse. Plautus Casina, Nulla causa est, quin pendentem uxor uirgis uerberes

Scena 8.

Quid nunc? qua spe.

pag. 134.

Huius scenæ uersus, quos alij faciunt trochaicos catalecticos, Goueanus et Muretus ita collocarunt, ut sint iambici octonarij ac catalecti. Certe primus, in quo libri ueteres habent inceptas, itemq; secundus et quartus iambos habēt, ut trochaici esse nō possint.

Qui minus huic, quam Hercules seruiuit.

Lucianus in Dialogo de scribēda historia, de Hercule ita inquit, ἑωρακέναι γάρ τ' ὅσ' εἰκὸς γεγραμμένον, τῆ Ὀμφάλῃ δ' ἄλεοντα, πάνυ ἀλόκιστον σκλήρ' ἐσκυασμένον; ἐκείνη μὲν τὸν λέοντα αὐτὸς

G 3

περιβε-

ANNOTATIONES.

πειβεβλημένω, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχοντα,
ὡς ἡ ἀκλέα δὴ δένουσαν, αὐτὸν δὲ ἐν κροκωτῷ καὶ
πορφυρῇ διέειο ξοίοντα, καὶ παιόμενον ἕως τῆς
ἐμφάλης τῶν ἑλδάλω. Credibile est te uidisse alia
cubi Herculem, qui Omphale seruiret nouo admo-
dum & inusitato ornatu: ita ut hæc leonis pelle ami-
cta clauam in manu gestaret, nō secus ac si Hercules
esset, ille in crocota & ueste purpurea lanam tracta-
ret, & ab Omphale sandalio uerberaretur. Lege præ-
terea Victorium in Varijs lectionib. lib. 14. cap. 15.

Sec. 9. Qui tam subito tot congruerint.

Lege, cui tam subito tot congruerint commoda.
Pro congruerint, in plerisque antiquis est, contigerint:
quod annotauit Riuus. pag. 135.

Audin tu illum, quid ait?

Ita postulat uersus, & sic Goueanus scripsit. In ue-
tere Veneto & alijs quibusdam antiquis totus uersus
ita legitur, Ita me dij ament, bene factum. Gn. Audin'
tu, hic quid ait? Ch. tum autem Phædria. quam lectio-
nem Glare. probat. Visam domum.

Georg. Fabricius notat legi etiam posse, uisam do-
mi. quod ipse in manuscripto se inuenisse, & Glarea-
nus testantur.

Aut quem laudem maxime?

Sunt qui particulam, quem, omittant, propter uer-
sum, opinor. quem à præpositione, sine, male incipia-
unt, cum ea ad præcedentem pertineat, ut est in libro
Goueani & Lolgij. Quem, absq; detrimento sententiæ
præter-

IN EVNVCH.

praetermitti non potest.

pag. 136.

Dij uestram fidem, incredibilia.

Novae scenae in uetustis initium. Mihi uidetur posse cum reliquis coniungi, ait Georg. Fabric.

Præsto est. Ph. gaudeo.

In alijs est, præsto adest, eoq; uersum claudunt, quem uolunt esse trochaicum octonarium catal.

Nilil est Thaide hac frater tua dignius.

Hunc uersum quidam sine causa mutare uoluerunt: quod nescient uocem, nihil, etiam producta posteriore syllaba enitiari. Exemplum autem est & apud Ouidium, Morte nihil opus est, nihil Icarotide tela. Muretus. Ut hæream aliqua in parte tamen.

In alijs est, tandem: quod Interpres ait non esse ad uerbum temporis, sed nunc saltem significare.

Quoduis donum præmium à me optato.

Hec uera est lectio. Menander.

Εὐξαι τὶ Βούλει, πάντα σοὶ γυνήσεται.

Elige quod optes, optata feres omnia.

Ouidius sæpe & uariè hanc sententiam effert. In 14. Metamorp. Elige ait uirgo Cumæa quod optes, Optatis potiere tuis. Rursus. 5. Fasto. Si quid fert impetus opta, Omne feres. Item II. Meta. Nec tempora perde precando, Quod petis omne feres. Georg. Fabricius.

pag. 137.

Si in platea hac te offendero post vnquam.

Ex glossemate aliquo in ordinē uerborū Terentij defluxerant uoces duæ, nihil est: quas cum alijs de causis

A N N O T A T I O N E S

tum quia uersum manifesto corrumpebant, Muretus
sustulit. Est autem particula, quod, ita posita, ut in il-
lo Plauti, (mian

Quod ille gallinam, aut columbam se sectari, aut si
Dicat: perijstis, nisi usq; ad mortem multatis mak.

Et in illo Terentij supra, Sane, quod tibi nunc uidea-
tur esse, hic nebulo magnus est. Vbi Interpres omni-
no hanc lectionem agnoscit, & exponit, non est quod
dicas mihi. Tale est illud Ciceronis in Pisonem, Nam
quod uobis iste tantummodo improbus, crudelis, olim
furunculus. & cet.

Tu concede paulum istuc Thraso.

Paululum, hic & septimo uersu post, in plerisq;
libris inuenitur: sed ratio trochaici posulat, ut pau-
lum scribatur utroq; loco.

Principio ego uos credere anbos.

Hæc lectio est in libris antiquis, & olim impressis.
Quidam legunt, Principio ego uos anbo credere hoc
mihi uehementer uelim. Terentius hunc accusatiuum
utroq; modo extulit, ut probat Chirifius.

Neq; tu istum metuas ne amet mulier.

Versum hunc, qui in alijs libris nec trochaicus nec
iambicus est, Goueanus restituit: cuius iudiciũ in his
rebus libenter sequimur. pag. 138.

Accipit hominem nemo melius.

Palatinum, Accipit homo nemo melius prorsum:
quam lectionem etiam in antiquo Seruij codice inue-
nit Geor. F. brianus Aen. 3. Accipere hic est inuitare
facillime

IN EVNVCH.

facillime atq; ampliter, & ut græci dicunt, ἐστὶν ἡ
 γαμικῶς Plautus Pseudo. Magnificè uolo summos
 uiros accipere.

Ch. idem arbitror.

Potest etiam addito pronomine legi, idem ego ar-
 bitror. quod in libris Chæreae tribuitur, cū interpres
 hoc à Phædria, superiora à Chærea dici aperte in-
 dicet.

Hunc comedendū & deridendū uobis præbeo.

Quia facile suspicor, fore permultos, qui me à
 peruulgata huius loci lectione recessisse mirentur:
 iccirco hanc emendationem meam diligenter mihi
 constituendam, ac constabiliendam puto. ante me igi-
 tur ita in impressis pene omnibus legebatur:

Hunc comedendum, & deridendū uobis propino.
 atque ego mirabar equidem, qua ratione dictū esset,
 propinare aliquem comedendum: cum in ipso propi-
 nandi uerbo, bibendi sit, non comedendi, significatio.
 nam si solū illud alterum fuisset, poterat fortasse ita
 dictum uideri, propinare aliquem deridendū, ut apud
 Demosthenem, πρὸ πίνευ τὴν ἐμάδα. certe quidē,
 comedendum propinare, satis lepide dici non posse
 opinabar. uiderat hoc nescio quis, qui libros Sebastia-
 ni Gryphij, anno M. D. XLIII. impressos, corre-
 xerat. itaque in illis scriptum reperias:

Hunc comedendum, & bibendum uobis propino.
 at eum oportet ualde imperitum dimetiendorum uer-
 suum fuisse: profecto enim, si aliquid in hoc genere
 ualuisse,

IN EVNVCH.

ad Q. Fratrem: Sponsalia Crassipedi præbui. quin & eum qui præbet, pro epuli domino, dixisse Horatium, homines eruditissimi affirmant, qui ita legunt illud è primo sermonum:

E quibus unus auct quavis aspergere cunctos,
Præter eum qui præbet, aqua.

non, ut uulgo legitur,

Præter eum, qui præbet aquam. Hæc Muretus.

Nil præter omisum est.

Lege, Nil præter promissum est. Sic enim scripsit Muretus, & Geor. Fabricius ex Palatino. quibus uerbis Phædria confirmat per iocum id, quod de Thrasone dictum à parasito erat.

M. ANTONII MURETI IN HEAV-
ton Timorum non Terentij

ARGUMENTVM.

CHREMES Sostratæ uxori grauide præceperat, si puellam pareret, ut eam statim interficeret. fuit hæc immanitas in ueterum moribus, ut, cum fera nulla sit, quæ foetus suos non diligat, ipsi, quos alere nollent liberos, eos recens natos aut interficere, aut exponere fas putarent. Sostrata puellam enixa, (ut est maternus semper animus clementior) uitam ei adimere non sustinuit. sed paupercule cuidam anui Corinthiæ, Philteræ nomine, exponendam dedit; etiamque, muliebri quadam
supers

ARGUMENTVM

superstitione, anulum de digito detractum suo, iussit, ut una cum puella exponeret. id, quod tum stulte factum uideri poterat, postea puella saluti fuit. eius enim anuli ope tandem agnita est à suis. anus acceptam puellam, Antiphilam nominat, educatq; ut suam. eam, cum adoleuisset, anusq; illius filia putaretur, Menedemi filius, Clinia perditè amare cœpit: prope iam ut pro uxore haberet. quod ubi rescivit pater, ita uolenter tulit, ut filium, assiduitate iurgandi, clam, militatum in Asiam abire coegerit. tum uero qui filij amorem iniquo animo tulerat, multo iniquiore eiusdem absentiam ferre cœpit. Itaque ut de se supplicium absenti filio daret, qui cum saeuitia sua exegisset ex aedibus, aedes, suppellectilem, familiam uendit, præter, qui serui ad opus ruri faciundum utiles erant: ingentemq; sibi agrum comparat, ubi à prima luce ad noctem non seruos modo exerceret, uerum etiam, homo sexagenarius, senectutem miseris modis excruciet suam. profecto Clinia, Philtere, quæ ut dixi, Antiphilæ putabatur mater, extremum uitæ diem morte confecit. Clinia, cum iam menses tres abfuisset, amicæ desiderio reuersus, non ausus est patri se in conspectum dare, antiquam illius asperitatem ueritus: sed ad Clitiphonem, Chremetis filium, diuertit, quicum magna ipsi à puero familiaritas intercesserat. Clitipho, sodalis reditu lætus, Syrum & Dromonem seruos (iam autem ad uesperascebat) in urbem, ad accersendam Antiphilam, mittit. exposuerat eo ipso die

Mene

IN HEAVTON.

Menedemus Chremeti, quanto sibi desiderio esset filius: parum ut absuerit, quin Chremes, cum primum de reditu Cliniae accepit, mitteret, qui ei nunciarent. continuit tamen se in diem posterum, quod ita magis e re illius fore censeret. Syrus, summa seruus & audacia, & astutia, qui Antiphilam tantum accersere iussus esset, etiam Bacchidem adduxit: erat haec meretrix procax, potens, sumptuosa, nobilis, cuius se amore haud ita pridem irretierat Clitipho. quo autem res Chremetem lateret, hoc consilium capiunt, ut Bacchidem quidem amicam Cliniae, Antiphilam uero unam de illius ancillis esse simularent. postridie mane Chremes ad Menedemum diluculo proficiscitur, & rediisse Cliniam nunciat. ille gaudio amens, filium iam iam uidere, iam iam amplecti, iam iam ei se suaque omnia permittere cupiebat. at Chremes, caue, inquit, faxis: istoc enim modo & te, & eum, & rem una perdidideris tuam. simul ei ostendit, quot incommoda capturus sit, si tam molli esse se, tamque infracto animo ostenderit. Cliniae amicam (eam enim Bacchidem existimabat) non iam pauperculam esse, aut paruo contentam, ut antea: sed sumptuosam, gemmis atque auro collucentem, cum familia numerosissima. una inquit, mihi nox tantum non paupertatem attulit; nedum tu te censeas oneriferundo fore, si te illi perpetuo sumptibus suppeditare oporteat. quin tu ita potius agito. humane quidem & comiter excipito filium: istud tamen tam impotens illius desiderium occultum habeto. tum si ille, quod amicae
det,

ARGUMENTVM

det ut habeat, machinam aduersum te aliquam struet, falli te finito. ita & eum commodius retinebis apud te, & sumptuum facies minus. hæc Chremes, nescius (ut sunt humana) oculatū foris esse se, cæcū domi. in terea enim meditabatur Syrus, decē minas, quas Bacchidi pollicitus erat dare, eas quomodo illi à Chremete ipso conficeret. iamq; inibi erat, cū eū Chremes arreptum blande compellat, hortaturq;, aliquam ad Menedemum fallaciam moliatur. iniecit in sermone Syrus mendacium à se pro tempore confictum, anam Corinthiam, Antiphilæ (ita enim putabatur) matrem, mille drachmarū mutuo accepisse à Bacchide: ea mortua, puellam pro pecunia illa arraboni relictam. dum hæc aguntur, annulum suum agnouit Sostrata, eiusq; indicio, Antiphilam filiā suam esse cognouit. gaudio exiliens, omnem rem defert ad uirum; qui, ea leuiter obiurgata, repertam tamen filiam, ipse quoque gaudius est. iam omnia in tranquillo erāt, absq; Bacchide fuisset. sed & illi quoquomodo decē excuāde erant argenti minæ; & periculū erat, ne aliqua eam Chremes filij amicam esse rescisceret. ibi Syrus audax consilium iniecit, quomodo & utrique seni rem, ut erat, patefaceret, & commode se è tam impedito negotio expediret. primum igitur Chremeti, Reperi, inquit, quomodo argentum à Menedemo eripiam. dicemus ei, Bacchidem hanc tui Clitiphonis amicam esse: orabimusq;, ut eā domi suæ dies aliquot esse patiatur, teq; id celatum uelit. porro Clinia filie tuæ, quæ modo reperta

reperta

IN HEAVTON.

reperta est, formam sibi cōplacitam esse dicet, eamq; petet uxorem. Quid tum? pecuniam, inquit, petet à patre suo, qui novæ nuptæ ornamenta cocmat: eam pecuniã numeraturus est Bacchidi. iam autē ad Menedemũ, Syri hortatu, transierat Bacchis; et cō pompam omnem suam traduxerat. Chremes primo nō satis cōsiliũ illud probare. at illã certe, inquit Syrus pecuniã, pro qua filia tua opposita erat pignori, quin dissolvas, facere honeste nō potes. Ego uero, inquit Chremes, & libēter quidē. Imo uero, inquit Syrus, dato eam Clitiphoni, qui ad Bacchidē deferat. ita enim facilius credet Menedemus, eam illius esse. Sit ita sane. numeratur à patre Clitiphoni pecunia, quam ad meretricē perferret. interea tota res detegitur. indignari Chremes, & fremere, & minitari se omnia atrocissima exempla editurũ. tandem, cum prius Antiphilã Clinia collocasset, partim Menedemi, partim uxoris precibus delentus, ignoscit. Clitipho se, relictis meretricijs amoribus, uxorem ducturũ pollicetur. Cum autem ceterarum fabularum argumentũ uno die contineri soleat, huius, non nisi biduo explicari potest.

ANNOTATIONES.

TI. SEMPRONIO, M'. IUVENTIO COS.

Ita recte hi Consules anni ab V. C. DXC. describuntur: qui in antiquis lapidibus sic nominantur, TI. SEMPRONIUS. P. F. TI. N. GRACCHVS. II. M' IUVENTIVS. T. F. T. N. THALNA.

Hodie

ANNOTATIONES

Hodie sum acturus *Heautontimorumenon*.

Menander ἐαυτὸν τιμωροῦ μύθου scripsit: cuius meminit *Stobæus* λόγῳ. λθ. *Cicero* *Tuscul.* 3. Quid ille *Terentianus*, ipse se puniens, id est, ἐαυτὸν τιμωροῦ μύθῳ? Quod autem genus poenæ sit τιμωρία explicat *Gellius*. pag. 141.

Duplex quæ ex argumento facta est.

Duplicem ait hanc comœdiam maxime propter actionis tempus: quòd non uno circuitu solis absoluitur. Plura *Georg. Fabricius*.

Fecit seruo currenti in uia.

Sic inuenio in omnibus libris, excepto eo quem *Geor. Fabricius* emendauit, in quo est, Qui nuper fecit seruo currenti uia Decesse populum. *Plautus* *Amphitr.* Quamobrem mi magis par est uia decedere & concedere. pag. 142.

Assidue agendi sint mihi.

Geor. Fabricius ex *Palatino* scripsit, assidue agendi sint seni.

Laboriosa si qua est, ad me curritur.

Muretus parua & facili mutatione uersum restituit, qui in alijs libris, in quibus scribitur, Si qua laboriosa est, uitio non caret, cum in iambico sit trochæus Actus I. Scena I. pag. 143.

Quanquam hæc inter nos nupera notitia.

¶ Nupera notitia, est recens, quæ non ita pridem cœpit: quomodo *Plautus* in *Captiuis*, nuperum pro recenti posuit, ab eo quod est nuper, id est, ante non multum

IN HEAVTON.

*multum temporis, auctore Nonio Marcello. In pleris
que libris Terentij & Ciceronis lib. 2. de finib. est,
nuper notitia, ut sit simile illi in Andria, heri semper
lenitas. de quo ibi diximus. uersus utrunq; recipit.*

Tamen vel virtus tua me.

*Virtus tua facit me, ut te audacter moneam. pro,
uirtus tua facit, ut ego te audacter moneam: de quo
genere diximus in Eun. quare accusatiuus, me, non
abundat, ut quidam scribunt.*

Proinde quasi nemo fiet.

*Obiurgantis est, ut in Phormione, Proinde expis-
care quasi non noffes. Perperam igitur in alijs, per
inde, id quod magis similitudinis est. Geor. Fabric.*

Aut aliquid ferre deniq;. pag. 144.

*Deniq; in extrema sententia positum, ut citatur
etiam à Cicerone lib. 1. de finib. Terentianus, inquit,
Chremes non inhumanus, qui nouū uicinum nō uult,*

*Fodere, aut arare, aut aliquid ferre deniq;
non illum ab industria, sed ab illiberali labore de-
terret. Adducit eodē modo Interpres in Phormione.
At enim me, quantum hic operis fiat, pœnitet.*

*Impressi, ut opinor, oēs, præter eos, quos aliquot
abhinc annos ediderat Manutius, habent, At enim, di-
ces, me quantum hic operis fiat, pœnitet. Miror au-
tem ne Goueanum quidem ipsum uidisse, detracto
uerbo, dices, multis partibus uenustiore m orationem
fieri: recepto autem, uersum constare non posse. hæc
Muretus.*

H Quod

ANNOTATIONES

Quod in opere faciundo, lege. In Phormione act.
2. scen. 1. Opus ruri faciundum.

Tantum est ab re tua otij tibi.

Cicero lib. 12. Att. Tantum ne ab re tua est otij tibi, ut etiam Oratorem legas?

Humani à me nil alienum puto.

Cicero lib. 1. de Officijs. Est enim difficilis cura rerum alienarum. quanquam Terentianus ille Chremes humani nihil à se alienum putat.

Si quid laboris est, nollem: sed istuc quid.

Neq; constat uersus, neq; sententia mihi quidem satis aperta est. cum aliud, hoc quidem tempore, nihil possem, quod in ueteribus libris erat, cum fide proponere satis habui. Muretus.

Heu hoi.

In alijs, heu, tantum est, in alijs, eheu. sed uersus ita claudicat.

Istos rastros tamen interea depone.

Carmen uocum inuersione deprauatum est. Tu lege, at istos rastros interea tamen. Pro, depone, Geor. Fabric. ex manuscriptis, legit, appone, quo uerbo & Plautus utitur de onere ex parte alleuato, in Poenulo, Vrget onus. Mi. at tu appone & respice ad me. Apponere est, non plane deponere, quasi opere aliquo perfuncti faciunt, sed apud se ponere tanquam idem sis statim adgressurus. Hæc Georgius Fabricius.

Sine me, vacuum tempus ne quod duim mihi.

Duim

IN HEAVTON.

Duim, antiquum est, pro, dem: quod hic uulgo legitur: sed ita syllaba deest in uersu, quem Glareanus perficit adiecto ad principium, ah. Georg. Fabricius legit, Sine, sine, uacuum tempus ne quod dem mihi.

Ah quid dixi habere me? pag. 145.

Aliter, at quid dixi: sed, ah, esse in manuscriptis notauit Riuus.

Cœpi non humaniter.

Humaniter est in uetere Veneto, itaq; citatur à Diomede. In quibusdam legitur, humanitus: quo de Riuus.

Aetate me putauit & sapientia.

In alijs, Et aetate putauit me, & beneuolentia: quæ lectio neq; inconcinna est, & ueterum librorum testimonio adiuuatur: in quibus tamen perpetuo scribitur, beniuolentia. ego Petri Bembi auctoritatem ac testimonium sequi malui. Muretus.

In Asiam ad regem militatum abiit.

Ad regem, πρὸς τὸν βασιλέα, est ad regem Persarum, quem graeci cum significant βασιλέα, & μέγαρον βασιλέα dicunt. Plato in Gorgia, δῆλον δὲ ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαρον βασιλέα γινώσκεν φήσεις εὐδαίμων ὄντα. quod M. Tullius Tusc. 5. uertit, Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatus ne sit?

Tot mei solius solliciti sunt causa.

Mei, non mea, ut est fere in libris Terentij legit Laurentius Valla lib. 2. ca. 1. cuius iudiciū Goueanus

ANNOTATIONES

☉ Muretus secuti sunt.

Nam vsq; dum ille uitam illá incolit.

Vitam illam colet inopem, legendum esse ex Nonio monuerunt Io. Riuius ☉ Georg. Fabricius. Sic Plautus Casina, Faciam uti proinde est dignus, uitam colat. Idem Mostellaria, Vino ☉ uictu, piscatu probo, electili uitam colitis. ☉ Trinummo, Nec quicquá hic tibi sit, qui uitam colas.

Facile uictum exercerent suum.

Eleganter, opere faciundo uictum exercere, id est, ruri laborando uictum quærere. in alijs est, sumptum exercerent, quod ego exponere soleo, qui suo labore tantum acquirerent, quantum sumptus in ipsos faciendum esset.

Inscripti illico ædes: mercedem quasi talenta.

Hæc est Bembi lectio ☉ distinctio, quam hic, ut alijs locis libenter amplectimur. etsi non ignoro Nonium hunc locum ita adducere, ut alteram lectionem agnoscere uideatur.

pag. 147.

Vlla me voluptate hic frui, lege.

Hoc ubi fit, ibi non vere uiuitur.

Sic etiam Goueanus scripsit: in alijs est, hoc ibi fit, ubi non uere uiuitur.

Qui illum ad laborem impulerim.

Hunc uersum integrum non esse nemo est quin uideat. Quidam, ut ei mederentur, impulserim scripserunt. alij, impeggerim legendum esse existimant: sed contra fidem librorum non ausim aliquid mutare.

169

IN HEAVTON.

Ibo, ut visam si domi est.

Ut particula abijcienda, quæ sepißime elegantia
gratia omittitur. Georg. Fabric. pag. 149.

Quid est? Cl. hunc Menedemum.

Rinius legit, Quid id est? atq; id carminis rationem
exigere ait: quod ille cum alijs trochaicum esse pu-
tat. Sed ut in Mureti libro uersus scribuntur, primi
quatuor sunt iambici octonarij catalectici, quibus se-
narius distinguendi gratia subiicitur. reliqui deinde
sunt octonarij acatalecti.

Venientem, è nauì egredientem adduxi.

Aduenientem, quod est in alijs, in carmine sine eli-
sione locum non habet. Adduxi legitur etiam apud
Priscianum lib. 7. in impressis: ubi in manuscriptis an-
tiquissimis est, abduxì, quod ego probo. Solebant au-
tem amicis peregre aduenientibus cœnam dare. Plau-
tus Bacchid. Saluus cū peregre aduenis, cœna detur.
Pro, pueritia, Georg. Fabricius scripsit, pueris.

Vt nobiscum esset hodie amplius.

Aduerbiū hodie in Palatino non est, neq; apud
Nonium in omnibus libris, ubi de uerbo Inuitare agit.
Versus & cum illo & sine illo probè constat. Geor.
Fabricius. pag. 150.

Amicos, genus, cognatos, ditias.

Hic unus est ex illis locis, in quibus ditias, pro di-
tias à Terentio scriptum fuisse Goueanus animad-
uertit, ut diximus in Andria. act. 4. scen. 6.

Quod illum insimulant durum.

ANNOTATIONES

Ita scripsit Muretus, ut non ad unum Cliniam, sed ad plures referatur. Apud Nonium tamen etiam, insimulat, legitur. Plautus Amphit. Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitum fiet Meo viro, sic me insimulare falsum facinus tam malum. pag. 151. Periculum ex alijs facere, tibi quod ex usu.

Huc pertinet illud Menandri.

Βλέπωρ πεπαί δευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλωρ κακία.
Mala intuens aliorum doctus ego fui.

Quam iniqui sunt patres.

Miror inquit Muretus, quid sibi uoluerint, qui actus principium hoc loco fecerunt. cum enim Chremete solo ingresso domum, Clitipho in proskenio remanserit, nemo profecto non uidet, eorum duntaxat, quibus comica ratio non penitus ignota est, non modo nouum actum, sed ne nouam quidem scenam hoc loco esse posse.

Næ ille facili me utetur patre.

Ita legitur etiam in uetere Veneto: estq; hæc uera lectio facili me utetur patre, id est, facilem me & lenem patrem experietur: quod græcè dicitur, ἔα' οὐ πατρί μοι χρεῖσται. Demosthenes Olynth. 1. ἔα' οὐ καὶ πολὺ ταπεινότερων ἢ ἂν ἐχρώμεθα τῷ φιλαίπῳ. id est, faciliore iam et multo humaniore uteremur Philippo. Cicero Catili. 2. Locupletioribus his & melioribus ciuibus uteremur. Idem pro Sex. Roscio, Ne bestijs quoq; quæ tantū scelus attigissent, immanioribus uteremur.

Ne

IN HEAVTON.

Næ ille haud scit, quam mihi nunc furdo.

Contemptum hunc paternarum admonitionum mirificè expressit Theocritus Idylli. 9. ubi pastor, cum æstatem à se non metui indicare uellet, ait tanti eam à se fieri, quanti à liberis patrum matrumq; uerba fiunt. Versus hi sunt,

τὸ δὲ θεῖον φύροντος ἐγὼ τόσῳ μὲν δαίνας,
ὄσῳ ἐγὼντι πατρὸς μύθων, καὶ μητρὸς ἀκούειν.

Torrída ego æstatis tam curo tempora, quantum
Audit amans patris seu matris uerba monentis.

Nam Clinia hic, etsi is quoq; pag. 152.

Ex omnibus manuscriptis, et quibusdam impressis ita legendum, Nam hic Clinia, etsi is quoq; suarum rerum satagit, attamen Habet, & cet. Apud Charisium lib. 2. legitur. Etsi suarum rerum satis agit, attamen Habet. ubi docet satis usurpari pro intente, sicut apud Catonem dierum dictarum de consulatu suo, iam apud uallū nostri satis agebant. Act. 2. sce. 1.

Ne me ablente mulier. pag. 153.

Ruius traicta uoce, mulier, è manuscriptis legit, ne mulier me absente hic corrupta sit. atq; ita est in uetere Veneto. quare aduerbium, hic, in multis non recte omittitur.

Iam hic adessent. Clit. iam aderunt.

In uetere Veneto, & alijs antiquis legitur, iam hic adesset. Clit. iam aderit. ut de sola Antiphila intelligatur, cuius Geor. Fabricius meminit. Sed Goueanus & Lolgius hæc etiam in plurali scripserunt.

H 4 Non

ANNOTATIONES.

Non cogitas hinc longius abesse.

Glareanus & Georg. Fabricius notarunt in quibusdam legi, hinc longulè abesse. quo aduerbio Plautus usus est in prologo Menæchmorum.

Dum moliuntur, dum comuntur.

Cum in Palatino & Aldino legeretur, dum conantur, Georg. Fabricius ex libro V Verteri, & ex Sersuio in 4. Aeneid. itemq; Interprete in Hecyram scripsit, dum comantur. uetustiores enim comare dixerunt, ubi posterius comere. Scen. 2. pag. 154.

Verum interea dum sermones cædimus.

Querit Glareanus quomodo hic cædimus scribendum sit: uerum ex Prisciano constat, Muretum recte illud cum diphthongo scripsisse. ille enim libro 18. monet hoc genus loquendi ductum esse à Grecis, qui λόπιδυ τὰ ῥήματα, pro differere dicunt.

Minime mirum: adeo impeditæ. pag. 155.

In antiquis fere hæc Syro tribuuntur, quæ Georg. Fabricius sequitur. Glareanus non dubitat, quin hæc sint Dromonis uerba, quibus respondeat illis Syri, illæ sunt relictae. quicum Interpres facere uidetur.

Quam cum una hic ancillula Ego reliqui.

Aliter hæc uerba ab ijs collocantur, qui hos uersus trochaicos esse uolunt: sed cum proxime præcedens sit plane iambicus, et hic initio iambum habeat, Mureti collocatio uera est, quam Goueanus etiam secutus est. Quod sequitur, unde ea esse censes, est in libris antiquis, & apud Interpretem. quanquam Ri-

uius

IN HEAVTON.

uius magis probat, unde esse censes?

Et meo patri minu' sum obsequens.

*In uoce, minus, eliditur s, nisi cum Riuius omisso
uerbo legas, minus obsequens. pag. 156.*

Neq; potuisse unquam me.

*Glareanus & Georg. Fabricius addito pronomin-
ne legunt, Neq; cum potuisse: quomodo est in uetere
Veneto.*

Quæ hic sumus locuti.

*Hæc uerba non leguntur in eo libro Pauli Manutij,
quem Lolgius emendauit. Georg. Fabricius quoq; il-
lius libri fidem secutus hæc omisit.*

Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.

*In alijs est, coniecturam cepimus, quod Riuius re-
cepit. Vtrunq; usitatum, & in uersu locum habet.*

Vt ne quid huius ignores.

*In alijs omnibus est, ut ne quid huius rerum igno-
res: quod Glareanus per ἀρχαϊσμόν dictum ait, ut il-
lud in Eunucho, absente nobis.*

Hoc ipsa in itinere alteræ Dum narrat.

*Apud Priscianum lib. 6. etiam in manuscriptis om-
nibus mutato numero legitur, Hæc ipsa in itinere al-
teræ dum narrat.*

Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi.

*Ita esse in Palatino testatur Georg. Fabricius, &
recte hoc enim dicit. Nisi ex studio Antiphilæ conie-
cturam facias de eius uita, aliunde eam rem sciri non
posse.*

pag. 157.

H 5 Textentem

ANNOTATIONES

Textentem telam studiose ipsam offendimus,

In libro Politiani contra hunc uersum appositus
est græcus huic respondens,

ἔξ ἰσορίης γὰρ ἐκρέματο φιλοπόνως πάλυ.

Pendebat ipsa ex tela studiose admodum.

quem manifesto uersum esse Menædri hic expressam
scribit Victorius Var. lect. lib. 9. cap. 15.

Nulla re malas expolitam.

In alijs, Nulla malam re expolitam. sed uersus ita
non constat, nisi dicamus loco tertio nullam fieri eli-
sionem, ut notarunt Glareanus & Georg. Fabricius.
Sunt qui contra fidem librorum, & Calpurnij senten-
tiam legant, Nulla mala re esse expolitā muliebri.

Præterea una ancillula Erat.

In Politiani libro, ut testatur Victor. hic ascriptus est,

καὶ θεραπυνίς ἤρμια:

αὐτὴ σωύφαινε γυπαρῶς διακείμενη.

quod Terentius hic ad uerbum expressit.

Scin hanc quam dicit sorditatam.

Sordidatam, lege. Riuus initio uersus addito pro-
nomine legit, Scin tu hanc.

Nam disciplina est eisdem.

Præceptum hoc ita complexus est Ouidius in arte:

Sed prius ancillam captatæ nosse puellæ,

Cura sit. accessus molliet illa tuos.

Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando:

Quod cupis, ex facili, si uolet illa, feres. Ex Mur.

Sy. heus Tu non fit sine periculo. pag. 158.

Pronos

IN HEAVTON.

Pronomen, tu, ex libris antiquis recte additum est à Io. Riuio & Georg. Fabricio. sed, heus, ad superiorē rem uersum pertinet, quod Glareanus non uidit.

Multimodis iniurius Clitipho est.

Hic quoq; multimodis ut legas, ipsa uersus ratio cogit. quod neminem antea animaduertisse, mirum est, inquit Muretus pag. 159.

Nam tua apud patrem amica.

Ita scripsit etiam Goueanus, flagitante id trochaico: qui in alijs libris, in quibus legitur, Nam apud patrē tua amica, non constat. neq; potest, d, in apud elidi sequente consonante.

Age, age, cedo istuc tuum consilium.

Deinceps sequuntur octo iambici octonarij, quos Glareanus uarijs rationibus trochaicos facere conatus fuit.

Tibi si narrem, quam ob rem id faciam.

Distingue, Tibi si narrem. quam ob rem id faciam, uera causa est. Nam, longum est tibi si narrem, idem est quod, Longū est tibi narrare. Causa quam ob rem; id est, propter quam, uel, cur, apud Terentium frequens est, ut in Andria act. 5. sce. 1. Eun. act. sce. 2.

Clin. tune? quod boni. pag. 160.

In alijs omnibus, tūne? quod boni est. mirumq; quā ridicule locum hunc interpretentur literatores, illius igitur sentētia aperiēda est. Dicturus erat Clinia cōtinuata oratione, Tune? quod boni datur modo, fructu, dū licet, nam nescias eius sit potestas posthac, an nunquam.

ANNOTATIONES.

nunquam, tibi. Sed cum, eo loqui exorso, pergeret abi-
re Syrus, interrupit illius orationem Clitipho, & Sy-
rum inclamauit: deinde ad Cliniam conuersus, dic mo-
do uerum, inquit. at Syrus indignabundus, age, inquit,
modo: hodie sero, ac nequicquam uoles. tum demum
interruptam orationem Clinia persecutus est. Muret.

Ridiculum est, istuc me admonere.

Sic est in libris emendatis fere omnibus: in quibus-
dam, te additur.

Huic homini verbera.

ἄφρων ὅς ἡ ἐξ ἑαυτοῦ ὁμιλοῦσιν, inquit in-
terpres. Sic apud Plautum in Epidico. Quid uerba fa-
cimus? homini huic opus est quadraginta minis. & De-
ianira apud Sophoclem Trachinijs, cum seipsam de-
signaret, inquit,

μηδ' εἰ π' ὀφείσεις, τῆς δὲ γε ζώσης ἐπι.

Nec si facies quid, hac uiua etiam feceris.

Neutiquam hæc res neglectui est mihi, lege.

Merito amo te Clinia.

Sic postulat uersus, nisi in, te, uocalem corripere,
non elidere uelis. pag. 161.

Nam misere quendam offendi.

Misere, scripsit etiam Lolgius: pro quo in alijs, mi-
serum, legitur. quo de hic Georg. Fabricius.

Noctem orare.

Græcè est πειράμ. Aristophanes Pluto,
ὅταν μὲν αὐτὰς τις πένης πηράμ τύχη.
Si noctem earum pauper quis rogauerit.

Platse

IN HEAVTON.

Plautus Poenulo, Dat aurum, ducit, noctem rogat.

Eademq; ut apud te esset ob hoc.

Haec duae particulae non sunt in Palatino. quare Geor. Fabricius eas tanquam superuacaneas sustulit.

Eo. quid istic? S. manebit.

In alijs libris, in quibus, quid istic, principium est ultimi uersus, penultimus claudicat. id quod Gouedanus & Glareanus etiam uiderunt. Sce. 3.

Id cum studuisti, isti formæ. pag. 162.

Studuisti, isti, Comica est παρέχησις, facta ad finem adiectione. Quare qui datiuum, isti, tollunt, & ornatui detrahunt & carmini. Versus huius scenæ à Mureto & Goueano ita scripti sunt, ut sint iambici, octonarij, acatal. quibus duo trochaici catalectici inseruntur.

Nam mihi quale ingenium haberes.

Huic uersui respondet ille senarius Graecorum.

Ἄνδρὸς χαρακτήρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

Viri nota ex oratione noscitur. quem contra hunc in Politiani libro scriptum esse testatur. P. Victorius Varia. lect. lib. 9. cap. 6. pag. 163.

Me quidem semper fecisse sedulo.

Omissum hic uerbum incuria. quare lege: me scio quidem.

Qui intuitur nos?

Intuitur, pro intuetur legit Bembus: atq; ita esse in Palatino testatur Georg. Fabricius. Sic Lucretius

✦ In somnis cum saepe figuras Contuimur miras,
pro

ANNOTATIONES

pro contuemur.

O mi expectate Clinia, salue.

Sic est in uetere Veneto, & in alijs omnibus antiquis, ut scribit Georg. Fabricius. Atq; hinc incipiunt senarij: quoniam illud, salue anime mi, ad superiorem uersum pertinet, qui est tetrameter. pag. 164.

Act. 3. sce. 1. Luciscit hoc iam.

Luciscit, non lucefcit, agnoscit hic etiam P. Bem- bus in suo dialogo de fabulis Terentij. In omnibus uero libris, exceptis ijs quos Paulus Manutius impressit, hic locus male interpunctus est hoc modo, Luciscit: hoc iam cesso pultare ostium. Est enim imitatio Plauti: apud quem Mercurius in Amphitruone, Eamus Amphitruo: luciscit hoc iam. qui locus deprauari distinguendo non potuit. pag. 165.

Sed ipsum egressum foras uideo: adibo.

Tertio loco est creticus: atq; ita, adibo, retineri potest, pro quo Glareanus ex uetusto codice, & Geor. Fabricius ex Palatino, ibo, legunt.

Quæso, ubinam? C. apud me domi.

Quæ hic ab alijs adduntur, ea uersum plane corrumpunt. quare hæc lectio retinenda est.

Commeare filium Quàm paterere. pag. 166.

Ordine uerborum inuerso, Goueanus ingeniose hos uersus restituit. Nam si legas, ut in alijs libris descripti sunt, trochæus erit in iambico.

Quàm ea nunc instructa pulchre.

Loquendi ratio à Plauto, ut uidetur accepta: cuius est

IN HEAVTON.

est uersus ille Bacchidib. Omnium ad perniciem in-
structa domus opime, atq; opipare. Muretus.

Est ne ea intus? Ch. sit rogas?

Rinius & Glareanus scribunt in uetustis legi, si
sit rogas? Habebit locum si, ea, in unam syllabam con-
tractum elidas. Si pro an, & ei posuit etiam supra in
itio. & Caesar ad Ciceronē, Si cogitata præclare elo-
qui possent, non nulli studio & usu elaborauerunt.

Omnes habui sollicitos.

Carmen hoc modo bene constat. Plautus Menech-
mis, Qui neq; leges, neq; æquum bonum usquam Co-
lunt, sollicitos patronos habent. pag. 167.

Consilia adolescentes.

Versus non constat, nisi abq; elisione uocalium se-
cundo loco sit tribrachys. Muretus suspicatur legen-
dum, adulescentes: & ita scripsisse ueteres, cum uel-
lent secundam huius nominis syllabam producere.

Somnum hercle ego hac nocte oculis.

Suspikor, inquit Muretus, fuisse in græco Menan-
dri ὕπνον οὐχ ἰώρακα. siquidem ὕπνον ὄρα μ, eodem
sensu, pure admodum & proprie dicitur. Aristopha-
nes Vespiis.

ὕπνος δ' ὄρα τῆς νυκτὸς οὐδὲ πᾶσπ' ἀλημ.

Somni uidet noctu ne tantillum quidem.

Ne nos inter nos congruere. pag. 168.

Versum hunc imperfectum Goueanus & Glarea-
nus addito pronomine, illi sic perfecerunt, Ne illi
nos inter nos. Muretus in uerbo, congruere, penulti-
tima

ANNOTATIONES.

penultimam producit: ut sit hic congrueo à Terentio dictū, quomodo ueteres dixisse, uiueo, diceo, claudo, pro uiuo, dico, claudio, grammatici testantur.

Aliena melius ut uideant.

In hanc sententiam Menander,

Οὐθὲς ἐπ' αὐτοῦ τὰ κακὰ σωροῦ πάμφιλος
σαφῶς: ἑτέρου δ' ἀχρημονοῦντο ὄφεται,

Aperte sua mala uidet nemo Pamphile:

Sed alterius peccantis conspiciabitur.

Dissolui me, otiosus operam ut tibi darem.

Antea legebatur, Dissolui me ocysus, operam ut tibi darem. Sed Io. Pierus primus ex antiquissimo libro Vaticanae bibliothecæ emendauit, Dissolui me, otiosus operam quomodo deinde ex eodem libro scripsit Geor. Fabricius. Muretus eandem lectionem inuenit in duobus alijs libris antiquis, ex ijs, quibus usus est.

Scē. 2. Numnam hæc audiit? pag. 169.

Sunt qui ut uersui consulant, hæc, omittant: quia, audiuit, legunt: sed in, audiit, duo iij per Synizysin in unam syllabam coeunt.

Mulier commoda, & faceta hæc est.

Sic est in antiquis. Nonnulli uerbum, est, abijciunt: alij ordinem inuertunt. sed mutatione opus non est, cum senarij bene constant, si in posteriore loco quarto creticum recipias.

At quasi is non ditius abundet.

Hoc etiam Goueano debetur, ut monuimus act. 1. sc. 2.

Hæc facta ab illo oportebant. pag. 170.

Antiquæ

IN HEAVTON.

Antiquè dictum, ut in Andria act. 3. sc. 2. Quæ asso-
lent, quæq; oportent. Sic enim esse in ueteribus libris
ibi diximus.

Quippe quia Magnarum sæpe id.

Georg. Fabricius notat in Palatino esse quippe
qui. quod Plautus sæpe usurpat. Si, quia, retineas, aut
in unam syllabam contrahetur, aut tribrachys erit
pro iambo. Particula, id, à quibusdam non absq; de-
tractione uenustatis sublata est.

At te adiutare oportet, lege.

Non est mentiri meum.

Lucilij imitatio, Homini amico & familiari nõ est
mentiri meum. pag. 171.

Nec cum malefacere crederem.

In alijs, malefacerem. nemo autem non uidet, una à
nobis detracta literula, quàm commodum, quamq;
apertum sensum effecerit, qui obscurus antea, & per-
turbatus fuerat. Muretus. Scen. 3.

Quid istuc quælo? qui istic mos. pag. 172.

Quid istuc, pro quid istud, accipiendum: neq; enim
hic, quid istic, scribitur: de quo diximus in Eun. act.
2. sc. 3. In primo uersu, qui cum sequentibus aliquot
est iambicus octon. acat. prima in, fieri, producitur,
ut alijs locis pluribus apud Terentium & Plautum.
quod Goueanus et Glareanus non animaduertunt,
sed Muretus notauit, ac probauit.

Acta est res, perij.

In alijs, Acta hæc res est. Sed, acta est res, legit Cal-
purnius,

ANNOTATIONES.

Purnius, qui notat uerbum desperantis esse. ne dicant quod uersus ita flagitet.

Vel here in uino quam immodestus.

*Ita in quatuor manuscriptis inuenit Muretus, in uno Riuius, in suis antiquis omnibus Georg. Fabric. In uino, est $\pi\tau\alpha\ \pi\acute{o}\tau\omega\pi$, uel ut Sopho. ait, $\pi\tau\alpha\ \rho\acute{o}\ \acute{o}\iota\upsilon\epsilon\alpha$. Plautus Truculento, *Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in uino ad rem suam.* Cicero Verr. 5. *Nisi forte existimatis eū in uino, ac luxu non risisse, qui nunc in periculo, ac exitio suo risum tenere non possit.* Idem Catil. 2. *Quod si in uino & alea comestationes solum & scorta quærerent, & cet.* Catullus, *Marrucine Asini, manu sinistra Non bello uteris in ioco atq; uino.* Ultima syllaba huius uersus pertinet ad sequentem, qui est senarius, & habet initio creticum.*

Noui ego animos amantium.

*Georg. Fabricius ex Palatino & alijs antiquis legit, *animum.* sed Muretus, *animos* retinuit propter octon. iambicum.*

Ego de me facio coniecturam.

*Hic uersus iusto longius excurrit. Glareanus tollit, *amicorum:* ut sit trochaicus octonarius catal.*

Hominis es frugi & temperantis. pag. 173.

Sic uideo equidem à Mureto scriptum: sed de his uersibus, amplius, pronuntio.

Pergin' Sy. Herde uerum dico.

Ita hæc sunt distincta etiam in Lolgij libro. Ultima syllaba

IN HEAVTON.

syllaba huius uersus est prima sequentis. atq; ita
uterq; est iambicus octo. acatal.

Sy. quo? quò lubet: da illis locum.

Antea cum hic semel, quo, legeretur, uersus claudē
cabat: quem Muretus ita restituit, ut ad sententiam
non parum uenustatis addiderit.

Qui me istuc extrudis. Sy. at tu pol tibi.

In Palatino, ut Georg. Fabricius monet, extrudas,
scribitur. atq; ita iurandi particula, pol, quæ ab codē
libro abest, recte omittetur. pag. 174.

Quantum dii dant tibi opis.

Dij dant opis tibi, lege: quod uersus postulat.

De fallacia? Inuenta est.

In alijs est, De fallacia Dicis? est: inueni nuper quara
dam. Sed facile qui uis perspicit; uerbum, dicis; incul-
catum esse ab aliquo. reliqua mirificè exprimūt cogi-
tationē serui cogitātis qd se inuenisse dicere posset.

Hoc uide, quod inceptet facinus.

Ita scripsit Muretus ex uetere Veneto & tribus
manuscriptis. Probat idem Geor. Fab. admonēs, Hoc
uide, δεικτικὸν esse eius rei, quā animo quis cōcepit.
Vsus est eo etiam supra act. 2. sce. 2. pag. 175.

Illi tamen Post daturum mille nummū. poscit.

Hac distinctione & obscuritas huius loci tollitur,
& Calpurnius à reprehensione uindicatur. Nam cum
Clinia sibi filiam arraboni relictam ita dari pete-
ret, ut diceret se meretrici tamen, ne omnino gra-
tuitum donum esset, post mille nummum daturum,

ANNOTATIONES.

Syrus fingit, meretricem id iam poscere.

Quod tam à nobis grauius crepuere fores.

Sicut in eunucho act. 2. sce. 2. forem, pro fores legendum cēsuit Muretus: ita hic idem suspicatur scriptum fuisse à Terentio, crepuit foris: secus enim uersus non constat. Act. 4. Scen. I. pag. 176.

Dixi equidem, ubi ostendisti.

In alijs legitur, Vbi mihi ostēdisti. sed uersus hanc lectionem probat, quam Goueanus quoq; recepit.

Et mihi te magnopere interminatum.

Georg. Fabricius ex uetustis legit, Et mihi te maximo opere. Sic Phorm. Quod nos ambo opere maximo dabamus ut fieret operam. Plautus Mostel. Nunc te hoc orare iussit opere maximo.

Sustulisti. Sy. Si sic factum est domina, ergo heru' damno auctus est.

Ita Muretus se in omnibus calamo notatis libris inuenisse testatur: à quo non dissentit Georg. Fabric. Lolgius ex Bēbi auctoritate scripsit, Sustulisti. So. sic est factum. Ch. domin' ? Sy. ergo herus damno auctus est. In alijs legitur, Sustulisti. So. sic est factum. Sy. domina, ergo herus. Sed nostram ueram esse constat. Nam cum uir dixisset, Sustulisti: & Syrus reliqua interposuisset: tum Sostrata uiro respōdet, Minime. sed erat & cet. Quiduis satiu' est, dum uiuat.

In uetere Veneto est, quiduis? satis est, dum uiuat modo. atq; ita scripsit Georg. Fabricius. Riuius in manuscripto inuenit, quiduis satius est, quod Lolgius eti

IN HEAVTON.

recepit. Sentētia eadem in utraq; lectione manet.
Ut stultæ & miseræ omnes sumus.

Id est, ut nos stultæ & miseræ mulieres omnes sumus religiosæ. Sed Georg. Fabricius stultē & miserē legit, ut utrunq; sit aduerbium, nec aliter citat Pet. Victorius in Varijs lectionibus, lib. 2. capit. 3. ubi de hoc more exponendorū puerorum infantium disputat.

Seruandum mihi dedit anulum.

Georg. Fabricius ex Palatino legit, Servandum mihi dedit. Animum non aduertere primo. Animum aduertere quam frequens sit apud Comicos omnes sciunt. Dolobella quoq; ad Ciceronem ita scribit, Quamobrem quid aut ille sperare possit, aut tu, animū aduerte pro tua prudentia. Quod si, animum, legas, uersus requirit, ut scribatur, sed postquam.

Nostra est, ita si est.

Ita postulat uersus, non, si ita est.

Nisi fallit me animus.

Hæc, cum in alijs separentur, in meo manuscripto continuantur cum superioribus: neq; causa est, cur separari debeant. Muretus.

Ita hercle in angustum oppido.

In angustum oppido meæ coguntur copie, εἰς στενὸν ὀπίδο μὲν αἱ δυνάμεις ἐμοὶ κειθίσανται. Demosth. Oly. α. ἂν δὲ τούτων ἀποσερῆθῃ τῶν χρημάτων εἰς στενὸν ὀπίδο τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῶ κειθίσανται. id est, Si hac pecunia destituatur, in angustum oppido cōmeatus mercenariorum illius militiæ

1 3 cogetur.

ANNOTATIONES

cogetur. Hoc ideo admoneo, quia in Chilia. est praetermissum. Silicet me latere te cto abcedere. pag.

Persistit in translatione à re militari. in qua & te Etū latus de ijs qui armis & praesidio muniti sunt, & apertū, de ijs qui periculo expositi sunt dici omnes sciunt, qui historias & res gestas Romanorū legūt.

Nil tam difficile est, quin quærendo.

Menander apud Stobæum., λόγος. κθ.

ἀλφτα γίγνετ' ἐπιμελεία καὶ πόνος
ἀπαντα. id est.

Omnia queunt labore, & diligentia

Comprehendi. Nihil est. si sic? tantundem.

In alijs legitur, Nihil est. quid si sic? sed iamb. octo. repugnat.

Sec. 2. Cui æque audisti commodi pag.

Commodi, est etiam in libro Goueani, & Lolgi, idemq; Riuus in suo antiquo inuenit. Glareanus probat, cōmode. Mihi, commodius, placet, quod est in uetere Veneto, & à Geor. Fab. receptū fuit. qui notauit æque cōmodius παρέλασσε esse, ut apud Plaut. Captiuis, Nec quisquam est mihi nunc, æque melius cui uelim. Quo pertinet etiā hoc ex eadē, Quin nihil unq; inuenies magis hoc certo certius. Siccine me in.

Antiqua hæc est lectio, eamq; ex suis manuscriptis Riuus annotauit. Me aut pro mihi dixisse antiquos Ennij Lucilijq; exemplis probat Sex. Pomp. Geo. Fab., Frustra operam hanc opinor. Geor. Fabr. auctoritate libri Palatini sustulit pronome hāc. Plaut. mer

catore

IN HEAVTON.

atore, Certum est exequi, Operam ut sumam ad per-
uestigandum ubi sit illec. Quin nolo mentiare.

In manuscriptis, Quid? nolo mentiare. Sed, quin,
probat Interpres in Eunuch. Geor. Fabr. pag.

Tu fortasse, quid me fiat, parui curas. In alijs,
parui pendis. ego omniū ueterum librorū consensum
secutus sum. Muret. Quid, malum, me ætatem.

Ætatem, auctore Nonio positū pro sæpe ac diu:
est enim antiquū aduerbiū habens significationē tem-
poris diuturni atq; perpetui. Plaut. Amphit. Ut pro-
fecto uiuas ætatem miser. Scen. 3.

Obiectans, ut veniam, frustra veniet pag.

Glareanus addita particula, aut, legit, aut frustra ue-
niet. quod ego in nullis bonis libris inuenire potui.

Quid inceptat? B. dic me hic. In alijs est, Quid
hec inceptat? sed uersus repugnat, nisi d elidas in-
quid. Glareanus contra fidem librorum particulas,
esse, & atq; expungit. de quo Geor. Fabricius.

Quin maneo. In alijs legitur, quin ego maneo.
sed pronomen in uersu locum non habet.

Sperabit sumptum sibi senex esse harū abitu.

In Palatino est per apostrophū, harunc' abitu, pro
harunce. In Phormione etiā ille liber habet, Horunc'
ea ad hos redibat lege hæreditas. Geor. Fab. Sce. 4.
Te mihi ipsum iam dudum optabam. pag.

Optabam, non exoptabam, quod est fere in libris,
uersus postulat. E quo non puto commode posse tolli
pronomen mihi. De illo quod dictum dudum

ANNOTATIONES

Lege ut est in omnibus libris, De illo quod dudum dictum ac factum reddidi. In Andria act. 2. sce. 2. Dictum ac factum inuenerit Aliquam causam, quamobrem eijciat oppido. Ne tu id perlentisceres.

Præsentisceres, mendose legitur apud Priscianum lib. 8. in impressis, cum in manuscriptis omnibus sit, persentisceres. Hui tardus es. pag.

Ita est in uetere Veneto, & alijs antiquis, ut annotauit Georg. Fabric: cum in alijs sit, uah, tardus es.

Atqui tum maxime uolo te dare operam.

Atqui cum maxime, legendum. Nam auctore Prisciano lib. 18. quod græci ὄλε μάλιστα, latini, cum maxime, dicunt. Terent. Atqui opus est nunc cum maxime. In Hecyra, Bacchidem amabat, ut cum maxime tum Pamphilus. Cicero pro Cluentio, Quæ multos iam annos, & nunc cum maxime filium interfectum cupit. Ius summum sæpe summa

Cicero lib. 1. de offic. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone pro- uerbum. Muretus testatur etiam hic in suo manuscripto legi, summa iniuria est. Menander apud Stobæum λόγος μβ.

ὁ δ' ὄραρ τὸν νόμον

λίαν ἀκρίβως συνοφύτης φαίνεται.

Qui leges intuetur optimas

Nimis accurate, ille sycophanta prorsus est.

Omnes in lauta te & bene parte aucta.

Malo, & parte bene aucta, Nam etsi in libris est,
& bene

IN HEAVTON.

¶ bene aucta parte: tamen sine ordinis mutatione
uersus non constat. Scē. 5. pag

Cum tuo isto inuento.

Tuo, est in libris antiquis, ut notauit etiam Geor.
Fabricius. quare non est omittendum, cum praesertim
uersus id admittat, qui primo loco habet creticum.

Ishinc quo dignus es?

Ita legit hic Bembus, cum in alijs libris sit, I tu
hinc quo dignus es.

Sed icin' vbi nunc sit tibi bacchis?

In alijs additur pronomen, tua, & legitur, **Tua**
Bacchis. sed uersus repugnat, & recte id à Goueano
sublatum fuit. Erasmus putauit, apud, redundare in
uersu.

Sed pater egreditur. caue quicquam admiratu
sis, Qua causa id fiat. obsecundato in loco.

Antea prepostero ordine legebantur hi uersus,
ita ut qui iam sequitur praecederet. sed nullus sensus
illo modo extorqueri poterat, qui nunc & optimus
est, & uel pueris perspicuus. Scen. 6.

Hei, quid stas lapis. pag.

P. Bembus legit, ij, quid stas lapis? ut sit, ij, pro, i,
more antiquo.

Quam multa iniusta ac praua.

Georg. Fabricius legit, Quam multa iusta iniusta
sunt moribus, ut sit simile illi in fine Adelporum,
Quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsec
quor. Mihi nunc, relictis rebus.

I S IO

ANNOTATIONES

*In alijs, relictis omnibus, non male. sed in omnibus
manuscriptis quod repereram, id representandum cu
raui. Est autem ita locutus & in Andria, Herus me,
relictis rebus, iussit Pamphilum & cet. Muret.*

Scen. 7. Erraui res acta est. pag.

*In Palatino sic legitur, Erraui. Ch. & quidē hæc,
quæ apud te est, Clitiphonis est. suntq; alterius ma
nu ad marginem ascripta uerba reliqua, quæ possunt
abesse, ut nihil decedat sententiæ, nihil carmini. Ge
orgius Fabricius.*

Perfice hoc mihi perpetuum.

*Perpetuum uice abduerbiij ponitur, ut postremum
in Andria, maximum in Heaut. sempiternum in Plau.
Aulularia.*

Sed hæc ita ut sunt.

*Tu ex antiquis lege cū Riuio, Sed hæc ut ut sunt,
id est, qualiacunq; sunt, quoquo modo se habent. Scri
psit ita etiam Goueanus.*

Nam te scientem faciam.

*Ita est in meo manuscripto, & in uetere Veneto.
est autem dictum, te scientem faciam, pro, te consu
lam, te certiozem faciam. Muretus. pag.*

Act. 5. Sce. 1. Neque ita perspicacem esse id.

*Goor. Fabricius annotat in antiquis omnibus esse,
id certo scio. sed lex carminis id non recipit, nisi hy
percatalecticum facias.*

Nam exuperat eius stultitia omnia hæc.

In meo manuscripto pro stultitia, legitur, astutia.

IN HEAVTON.

In libro Lauredani legitur quidem stultitia, sed aut eadem, aut certe alia non minus antiqua manu emendatum, astutia. in uno Antonianorum eadem uarietas ad marginem libri annotatur. Videbunt alij, ecquid ironia illa uenustatis habeat. Muretus.

Nisi idem dictum est centies.

Georg. Fabricius e manuscriptis legit, nisi si idem. Sponsæ vestem, aurum, atq; ancillas. pag.

Ita emendavi e meo manuscripto: cum ab alijs abesset particula, atq; uersusq; idcirco claudicaret. Muretus.

Sed tuum ille quoque Syrus.

Varie hic uersus descriptus inuenitur. Glareanus triplici modo eum collocat. In Mureti libro bene constat. Georg. Fab. reliquit, Sed ille tuus quoq; Syrus. Quenquam ne animo tam comi esse. pag.

Ita plane est in uetere Veneto. a manuscriptis abesset particula, ne. in iisdem ita legitur, comi: quod utrum ualeat, comi, an, ut in alijs, communi, satis liquido affirmare non possum. Muretus.

Tibi non posse auxiliarier.

Georg. Fabricius ex Palatino legit, Tibi non posse te auxiliarier.

Imo abeat potius multo. pag.

Hec lectio bona est, ut per *εματιν* uerbum intelligatur: Geor. tamen Fabricius scripsit, Imo abeat potius malo quouis gentium. atq; ita in Palatino fuisse suspicatur. Plautus in Stichus, Malint potius.

Quot

ANNOTATIONES

Quot incommoda tibi in hac re capies.

Ita emendavi ex omnibus antiquis libris: cum antea contra rationem uersus legeretur, Quot incommoditates in hac re accipies, nisi caues? Mur.

Quid hoc, quod uolo.

In alijs, quod rogo. sed, uolo, est in omnibus ueteribus. ualet autem, cupio, ut non uoluntatem modo, sed desiderium etiam declaret. Sic in Andria, Sin eueniat, quod uolo, In Pamphilo ut nil sit moræ.

Qui sibi me pro ridiculo.

Pro deridiculo scripsit Georg. Fabricius ex Palatino. Utuntur ea uoce Plautus in Pseudolo, & Lucretius lib. 3.

Scena 2. pag. 189.

Volgo id faciunt.

Georg. Fabricius annotat in antiquis omitti pro nomen, id, cum lepore.

Cepi rationem, ut neque egeres.

In plerisque addito pronomine legitur, ut neque tu egeres. itaque legitur etiam in Nonij libris, qui docet uerbum, capere, hic pro inuenire usurpari.

Nec tu aram tibi.

pag. 190.

Tranio seruus in Mostellaria inquit, Ego interim hanc aram occupabo. & Leonida ad Libanum in Asinaria, Siquidem hercle nunc summum Iouem te dicas detinuisse, Atque is precator asiet, malam rem effugies nunquam.

Quid istuc Syre?

In Palatino, Qui istuc Syre? ut sit aduerbium, pro unde aut quamobrem. Georg. Fabricius.

VERUM

IN HEAVTON.

Verum. quid ergo nunc faciam Syre? pag. 191.

In alijs, Verum dicis. Goueanus & Muretus uerbum, dicis, tanquam subdititium sustulerunt, & uerum recte clauserunt, qui in alijs libris claudicat.

Suspensionem quære ex illis istam.

Ita fecit Goueanus, sed si legas, suspensionem istane ex illis quære, ut est apud Priscianum lib. 12. et secundam in, suspensionem, producas, in uersu nihil uitij erit. *Scena 3. pag. 192.*

Idque adeo miror, qui tam ineptum.

Vulgo in libris est, quomodo tam ineptum. Georg. Fabricius putat scriptum fuisse more ueterum, quomodo, unde factum sit quomodo.

Quid est quod peccem.

In quibusdam etiam antiquis additur aduerbium, hic in nonnullis omittitur pronomen, id. sed uersus respuit aduerbium, & pronomen est in uetustis.

Quam quidem redeat ad integrum eadem.

Erasmus non putat uersum constare nisi tollatur, eadem, pro quo Goueanus legit, hæc. Tu dic quinto loco esse proceleumaticum sexto dactylum ita ut, eadem, sit dissyllabum. *pagina 193.*

Subditum se suspicatur.

Versus est trochaicus octo. catal. post quem sequitur iambicus quaternarius, qui tertio loco habet creticum. quod qui non attenderunt, multa contra fidem omnium librorum mutarunt. Sequuntur deinde iambici octo, acact. octo, & unus quaternarius. *Sec. 4.*

Vt

ANNOTATIONES

Vt ex me atque hoc natus es. pag. 194.

Lege, ex me, atque ex hoc. quomodo scripsit Goueanus, & Georg. Fabricius legendū esse admonuit. Nam trochaicus etiam ut præpositio iteretur requirit.

Di istæc. Ch. nescio Deos. pag. 195.

Verbum, prohibeant, quod in alijs libris additur, in uersu locum non habet. Quare merito sublatum est à Goueano & Mureto. Glareanus hoc retinet, & putat uerbum, enitar, ex glossemate irrepsisse.

Neque quod principium incipiam.

In impressis omnibus, quod principium inueniam: sed in omnibus antiquis, quod principium incipiam. idque lepidius uidetur. Hæc Muretus. Georg. Fabricius etiam obseruauit in Palatino esse incipiam, pro incipiam.

Scen. 5. Sine te exorem. pag. 196.

Georg. Fabricius legit ex Palatino, Sine te exorent, ut & ad matrem & ad filium referatur. pag. 197.

Nate mi, ego pol dabo puellam lepidam.

Antea cum legeretur, ego pol tibi dabo puellam. uersus æquo longior erat. quare Erasmus notauit, Nate mi, esse extra uersum: Glareanus. Sustulit, mi. Goueanus & Muretus, tibi. Malim cum Georg. Fabricio ex libris antiquis legere, ego pol tibi dabo illam lepidam.

Nunc laudo te gnate.

Pronomē, te, Muretus addidit ex libro Lauredani, & uetere Veneto. Idem notat, in Archonidis, penultimam

IN HEAVTON.

*timam produci: ut tale sit, quale illud apud Sidonia-
um, Orchestram quatit alter Euripidis. Priscianus
lib. 6. legit, Archonidi, pro, Archonidis.*

M. ANTONII MURETI IN

Adelphos Terentij

ARGUMENTVM.

MICIO, & Demea, duo dissimillimo fratres
ingenio fuere. ille urbanam uitam secutus
est, hic rusticam: ille cœlebs uixit, hic uxore duxit.
ille ingenio lenissimo, hic asperrimo: ille mitis etiã in
alienos, hic sœuus etiam in suos: ille etiam in ira pla-
cidus, hic etiã citra irã ferox. Erant Demeæ filij duo:
ex quibus natu maiorẽ Aeschinũ sibi adoptauit Mi-
cio, eumq; secum in urbe liberalissime, indulgentissi-
meq; educauit: minorem Ctesiphonem ruri secũ seue-
re imprimis, ac restricte habuit pater. Aeschinus mul-
tas meretrices, patre ad omnia conuiuẽte, adamauit;
multa conuiuia celebrauit, quæ deniq; iuuẽtus fert,
ea omnia nõ libere modo, sed etiam licẽter exercuit.
postremo usque eò progressus est. in uirginẽ pauper-
culam quidem, sed bonam, bonis prognatam, Pamphẽ-
lam nomine, quã mater Sophrona uidua sancte secũ,
& pudice, ut poterat, educabat, noctu temulẽtus cũ
incidisset, uim ei attulit, grauidamq; fecit. uenit po-
stea ad matrem illius, ueniam petens, pollicensq; se
puellam uxore ducturum. ea fide data, & ignotũ est
& tacia

NES
pag. 194.
scripsit Gouea
admonuit Nam
requirit.
pag. 195.
libris additur,
in merito sublatum
hoc retinet, &
corruptiss.
incipiam.
incipiam inueniam.
incipiam.
Georg. Fabria
incipiam, pro
pag. 196.
ut exorent,
pag. 197.
lam lepidam.
dabo puellam.
notauit, NA
Sustulit, mi.
cum Georg. Fa
pol tibi dabouit.
libro Leonardi,
archonidis, penula
timam

A R G V M E N T V M

Et tacitum. Ctesipho, cum in urbem interdum uentia-
 taret, ipse quoque citharistræ cuiusdam amore cor-
 reptus est. totam eius rei famam, ne quâ emanaret, ac-
 perueniret ad Demeam, in sese Aeschinus transfere-
 bat. tandem, cum leno, puellæ dominus, aut pecuniam
 sibi, quanti ea erat, ueliet in manum dari, aut se eam
 alij uenditurum minitaretur; adductus in summam de-
 sperationem Ctesipho, iam de relinquenda patria cogi-
 tabat: cum Aeschinus, re intellecta, qui nullo neque
 pudore teneretur, neq; metu, domũ lenonis per uim
 ingressus est, & ipsum, & familiam cõtudit pugnis,
 puellamq; per uim abreptam tradidit fratri. Spargi-
 tur tota urbe rumor. uenit Demea, Micionẽ obiurgat
 inclamat, testatur deos atque homines, quòd dissolu-
 tus, quòd intemperans, quòd uinosus, quòd scortator,
 quòd nullius bonæ rei Aeschinus foret, omnẽ in Mi-
 cione uno hæere culpã: dijs gratias agere, quòd ille
 saltem, quem ipse ruri haberet, frugi, ac temperans
 esset; rei studeret, & famæ, illarum rerũ nihil ne co-
 gitaret quidem: tantum uidelicet interesse inter suã
 & fratris disciplinam. placat hominem, quantum in
 se est, Micio: iamq; se ab eo expediuerat, cũ superue-
 nit aliud, quod maiores etiam tumultus excitaret. ra-
 ptam ab Aeschino citharistriam, perfertur ad matrẽ
 Pamphilæ, quæ quidem Pamphila ita erat ad parien-
 dum uicina, ut iam è dolore laboraret. quid faceret
 misera? mutatum Aeschini animum, se uero, filiamq;
 suam proditas per summam perfidiam, ac desertas
putabat

IN ADELPH.

putabat. Getam seruulum, qui pauperē familiā solus,
 ut poterat, alebat, mittit ad Hegionem, puellae cognā
 tum, iubetq; ei rem, ut erat, exponere. interea audie
 rat Demea, suum quoque Ctesiphonem in raptione
 affuisse: iamq; totus in fermento, ut aiunt, erat, cū eū
 Syrus, seruus uaferrimus, mendaciolum aspergit: ue
 nisse quidem rure Ctesiphonem sed uenisse obiurga
 tum Aeschinum, multa ei medio foro mala dixisse, de
 inde rediisse rus in praefecturā suam. lacrumare gaud
 dio Demea, & gratulari sibi, quod unum saltē habe
 ret, in quo extaret paternae seueritatis exemplū. dum
 rus redit, incidit in Hegionem, à quo de constuprata
 per uim ab Aeschino Pamphila intelligit. denuo com
 motus, dum fratrem, ut in eum iram euomeret, qua
 rit, obuium habuit mercenarium à uilla, ex quo scisci
 tatus de filio, accipit, non esse ruri. redit ad Syrum; à
 quo ei rursus nouum mendacium, uelut offa in os, ne
 latraret, obijcitur. quærit, ubi fratrem reperire pos
 set. id uero ita indicauit Syrus, ut infelix senex, dum
 illius uerbis fidem habet, nequicquā omne oppidum
 perrepta uerit. interea Mitio omnium ab Hegione cer
 tior factus, ipsemet ad mulieres profectus, iacentes
 iam & afflictas erexerat, labātes & dubias confirma
 uerat, tristitia ac mœrore confectas recreauerat, pol
 licitus, se Aeschino Pamphilā uxorem daturū. uenit
 Demea. clamor, iurgium, conuicia. etiam eo praesente,
 seruulus quidam Ctesiphonem per imprudentiam no
 minat. ille cum subito per uim in aedes irrupisset, quæ

K

1418

ANNOTATIONES

iam pridē putabat ruri fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique, cum accubantē cum amica, & suaviter potitantem deprehendit. ibi uero tanta iracūdia incitatus est, ut arderet. satis diu uociferatus cum esset, tandem placida et cōposita Micionis oratione eō perducitur, ut, deposita uetere seuitia, benignus, affabilis, lepidus esse meditetur. itaque ipso non permittente tantum, sed etiam iubente, puerpera domum traducitur: fiunt nuptiæ, lenoni numeratur argentum; Micio ipse Sophronam ducit uxorē, Hegioni datur, unde uiuat; Syrus una cum Phrygia uxore manumittitur. cum Micio, ceteriq; omnes, sed tamē precipue Micio illam tantam, tam insperatam, tam subitam mutationem admiraretur, graui & cordata oratione claudit fabulam Demea; si omnia profundero, si in omni libidine ac nequitia uiuere, si totam rem belluationibus, scortationibus, largitionibus consumere libeat, nihilo id sua magis, aliquanto etiam minus, quo sibi minus ætatis supersit, quàm aliorū interesse: sin corrigi se in loco, & modice coerceri, atque admoneri uelint, eum esse se, qui id prestare possit. permittuntur ei omnia. ita fabula concluditur.

ANNOTATIONES.

pag. 199.

P. CORNELIO AFRICANO AED. CVR.

Muretus cum animaduerteteret, neq; ludos funebres pertinuisse ad ædilium curam; neq; ab illo traditum

IN ADELPH.

ditum esse, hos duos L. Aimilij Paulli filios simul *adulteratam* curulem gessisse: immo contra constare, P. Cornelium nunquam aedilem fuisse: recte hic asterisci notam apposuit, quæ corruptum locum indicaret. Cum autem in libro antiquo inuenerit, Q. Fabio Maximo: P. Cornelio Africano aedilibus curulibus quos fecere, suspicatur legendum esse: ACTA LVDIS FVNEBRIBVS L. AIMILII PAVLLI, QVOS FECERE Q. FABIVS MAXIMVS. P. CORNELIVS AFRICANVS. Quam coniecturam Donatus plane confirmat in *Πολυμύνοις* in Hecyram.

MICIO senex.

μικίων Grecis est, ut cognoscitur apud Athenæum lib. 6. Dipnosop. Quare Micionis nomen litteram c, non t, habere debet. quomodo in uetustissimo libro P. Bembi semper scriptum esse testis est, et quidem locupletissimus P. Victorius. pag 201.

Prolog. Qui lenoni eripit Meretricem.

Georg. Fabricius etiam ex Palatino pro, eripuit, quod est in alijs, legit, eripit. idq; uersus approbat.

Æquanimitas Vestra poetæ.

Pronomen, uestra, Interpres non agnoscit: sed nisi addatur, uersus claudicat. Act. I. Scen. I.

Qui aduersum ierant. pag. 202.

Sic apud Plautum in Mostellaria Phaniscus aduersitor, Solus nunc eo aduersum hero ex plurimis seruis. Quenquamne hominem in animo instituere.

in animum instituere, quod est in Palatino, mihi

K 2 quidem

ANNOTATIONES

quidē minime displicet. Sic enim ueteres locuti sunt.
Plautus Mostel. Argumenta in pectus multa institui.

Atqui ex me hic non natus est. Pag. 203
Geor. Fab. pro atqui, scripsit, atq; ex palatino. et Charisio, qui refert Acronem hic ita notasse, Argute: nā per hanc coniunctionē transitū fecit ad narrationē.

Venit sæpe ad me clamans

In alijs libris, & apud Ciceronem lib. I. Rhetor. legitur, Venit ad me sæpe clamitans. Interpres etiam clamitans agnoscit. quare puto commodius propter uersum scribi, quid agi' Micio. ut d & s liquefiant, quam contra tot auctoritates aliquid mutari.

Vestitu nimium indulgis.

Indulgis, pro indulges more antiquo repositum
hic ex libro Bembi.

Rursum ad ingenium redit. pag. 204.

Cicero Diuinat. in Verrem. Redit ad se, atq; ad mores suos. quod Aeschines in Ctesiphontem dicit, πάλιν ἡκε φερόμεν & εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. Synesius Epi. καὶ προῦ λεγον, ὡς ἐκ τῆς τυχούσης αἰτίας εἰς τὴν φύσιν ἐπανελεύσεται. Prædicebam, eum qualibet de causa ad ingenium rediturū. See. 2.

Mulcauit usque ad mortem. pag. 205.

In Palatino hic etiam scribitur, mulcauit. de quo dictum in Eunu. act. 4. sce. 7. pag. 206.

Rediges tu homo me ad insaniam.

Ita restitutus hic uersus à Mureto est, qui in alijs omnibus libris claudicat. Rediges autem, non adiges, est

IN ADELPH.

est in uetere Veneto, & alijs quibusdā antiquis. Constat etiam uersus, si legas, ut à Charisio libro secūdo extremo adducitur, Tu me homo adigis ad insaniā.

Ego illi maxumam partem feram.

illi, ibi ubi ille peccat. nam, illi, aduerbium hic est ut alibi sepe. quod notat Interpres, & nos inferius dicemus.

Vbi erit commodum; vbi non erit.

Concinna & elegans est geminatio, quæ aures fecit. Verum quia in omnibus Terentij libris inuenio, dum erit commodū: itaq; citatur ab Asconio in quartam Verr. ubi, dum erit cōmodum, exponit, quamdiu libuerit, uide num illud, à me, sit tanquam ab aliquo inculcatum, tollendum. ut quarto loco sit dactylus absq; elisione. quod puto uoluisse Erasmus, cum notauit primam syllabā huius uersus pertinere ad præcedentem. neq; enim trochæum probasse uerisimile est. Fores effregit; restituentur.

Cicero pro Coelio, Leni & clementi patri, cuiusmodi est ille: Fores effregit; restituentur: discidit uentem; resarcietur; Coelij causa est expeditissima.

Te plura in hac re peccare.

Palatinū, in hanc rem peccare. Sic Victorius apud Ciceronem in Lælio scripsit, Ne existiment, ita se allegatos, ut ab amicis in magnam rem aliquam peccantibus non discedant. Scena sequenti est, In istam partem potius peccato. quod Cicero pro Sex. Roscio imitatus est. 27, b.

ANNOTATIONES

Pater esse disce ab alijs.

Ita Ruvius ex Interprete, cum antea male legeretur, ab ijs. Legitur etiam, ab illis, quod est in uetere Veneto.

Tun' consulis quidquam?

Bembus legit, Tun' consilijs. Sed interpres probat, consulis. de quo hic Georg. Fabric.

Tibi si istuc placet, lege. pag. 207.

Iste tuus ipse sentiet Posterius.

Ita hæc distinguuntur ab Interpretibus, & à Prisciano lib. 17. cuius meminit Ruvius. Charisius lib. 2. hunc locum citans, posterius, iungit cum sequentibus, quod notauit Georg. Fabric.

Nec nihil, neque omnia hæc sunt.

Neque omnia hæc sunt, id est, neque omnia quæ dicuntur uera sunt. Cicero Verr. 6. Sunt ista: Veruntamen abducuntur homines nonnunquam ab institutis suis magnitudine pecuniæ. & de Amicitia, Sunt ista Leli. quod à Platone sumpsit, qui, ἐστὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἐν ἄσσηντι ἐνδοῦ & confirmando crebris sermonibus usurpat.

Sperabam iam deferuisse adolescentiam.

Deferuisse legit Priscianus lib. 9. Apud Cicero nem pro Cælio est, Cum adolescentiæ cupiditates deferuissent. Act. 2. Scen. 1. pag. 208.

Obsecro, populares ferte misero.

Populares more Atheniensium sunt οἱ δημόται, qui sunt eiusdem δήμου, id est, populi, pagi, siue curiæ. Sic enim Cicero li. 2. de Offi. Theophrastus quidem

I N ADELPH.

dem scribit Cimonem Athenis in suos curiales La-
ciadas hospitalem fuisse. Plutarchus in Cunone ean-
dem rem narrās inquit: τῶν δημοτῶν αὐτῶν λακίαι
δῶν πρὸς κενόσετο τῶ βελόμενῳ ῥο δῆϊπνομ.

Audi Aeschine, ne ignarum.

Parua mutatione hos uersus suae integritati resti-
tuit Muretus: in quibus alij nimium sibi permiserunt.
Meum, pro meorum, usitatum fuisse apud ueteres tes-
tatur Cicero in Oratore.

Tu quod te posterius purges. pag. 209.

Usitata haec purgatio, et iniuriae satisfactio apud
Romanos fuit. Nam et apud Liuium lib. 29. legimus,
Locrensibus coram senatum respondere: quas iniurē
as sibi factas quererentur, neq; senatum, neq; populū
R. factas uelle.

Intro nunc iam.

Georg. Fabricius monet in antiquis esse, i intro
nunc iam tu. ut sit carmen trochaicum octo. catal.

Hei misero mihi.

Varia lectio hic est in antiquis: in quorum non nul-
lis, hei miseriam, legitur, quod Riuius recepit. atq; ita
s in facinus non eliditur: Nam in sententia uarietas
nihil mutat.

Iam intro arripere. pag. 210.

Legitur in quibusdam non male, abripere. uerum,
arripere est in plaribus.

Egon' debacchatus sum in te.

Lege cum Bembo et Geor. Fabricio ex libris anti-

K 4 quibusdam

ANNOTATIONES

quissimus, Ego debacchatus sum autem, an tu in me?
Citat eodem modo Ant. Augustinus lib. 4. Emendationum cap. 11.

Nam hercle etiam id restat.

Hanc Ironiam Cicero lib. 13. Att. sic imitatus est,
Illud utiq; scire cupio, quem intellexeris ab eo ἢ ἄρα
 τυπᾶνθαί . nisi forte Brutum. id hercle restabat.

Argenti tantum tibi dabitur. pag. 211.

Rivius pronomen, tibi omittit, & statim legit, si
ego tibi illam nolo uendere. sed Mureti scriptura
concinnior est, mea quidem sententia. qui arbitror in
terpretem posteriore loco non legisse, tibi.

Homini mihero plus quingentos colaphos.

Hic uersus in alijs libris præpostero ordine collo-
catus est. Enumerat enim leno omnes iniurias ab Aes-
chino sibi factas, ac deinde infert, Ob male facta hæc
tantidem emptam, & cet. Dixit autem, tantidem em-
ptam, quantitatem similem pretij ostendens, inquit
Priscianus lib. 12. Scen. 2. pag. 212.

Tace egomet conueniam iam ipsum.

Conueniam iam, complosionis genus est, quo aures
etiam mulcentur. Plautus Pseudolo, Nostri amores,
mores, consuetudines.

Concertationem comparatam.

Georg. Fabricius mauult simplex certationem. In-
terpretes utrunq; agnoscunt. pag. 213.

Quin hodie usque os præbui.

Quin, melius est his quã, qui. Os præbere dicitur,
qui

IN ADELPH.

qui se presentem contumelijs affici patitur. Cicero lib. I. Att. Milliesq; dignus, qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie prebeat. Idem pro Sex. Roscio. Os suum tibi tradidit. & Verrina. 4. Et ijs tacitum os tuum prebere malueris. Tacitus lib. 19. Prebebant ora contumelijs, & posita omni ferocia cuncta uicti patiebantur.

Quali quidquam tibi sint uiginti minæ.

In alijs, Quasi iam usquam tibi sint uiginti minæ. Interpres id quod Muretus scripsit exponit.

Vbi illinc rediero, actum agam. pag. 214.

Alij inuerso uerborum ordine legunt, actum agam, ubi illinc rediero. Sed uersus ita claudicat: quod Glaucianus etiam uidit.

Diuiduum face.

Plautus Rudente, Diuiduum talentum faciam.

Etiam insuper defrudet?

Defrudet pro defraudet, antiquè, ut in Phormione, Suum defrudans genium compar sit miser.

Sec. 3. Cum est opus, beneficium. pag. 215.

Interpres monet incertam esse distinctionem. Nam uel ante, beneficium, distinguere potes, ut fecit Muretus. uel post, ut opus cum accusatiuo iunctum more antiquo. quomodo Plautus in Truculento dixit, Puerum opus est cibum.

Fratrem homini nemini esse.

Interpretes legunt, hominem neminem. quod cum in libris antiquis inueniatur, querendum qua ratione dictum sit. Certe quod Goueanus & Muretus

scripserunt.

ANNOTATIONES

scripserunt, apertum est, & Bembi auctoritate nititur. pag.216.

Omnia qui sibi post putaris.

Lege, Omnia sibi qui. quomodo Muretus scripsit, & uersus requirit. Alij legunt, Qui omnia sibi. ut primo loco nulla sit collisio. In antiquis etiam legitur, Quin omnia sibi post putauit.

Sed quis nam foris crepuit.

Varie hic legitur, in quibusdam est, quisnam foris, ut sit, quisnam more antiquo, pro, quenam. in alijs, quidnam fores, quod notauit Riuus. Mureti lectio ideo placet, quia Ctesiphon gaudio exultans non attendit, quae fores crepuerint.

Sec. 4. Ego illam facile uero pag.217.

Ita emendauit e manuscriptis libris, cum antea legeretur, Ego illam hercle uero omitto. uersus autem quomodo constet, non uideo, nisi legas, qui te fratrem habeam quidem. Muret.

Ah, vereor coram in os te laudare

In os laudare, κατὰ σῶμα ἐπαινεῖν, est presentem laudare. ἢ δὲ ἐπαινεῖν πρῶντα, κολακείας, id est, presentem laudare, absentationis est, Aristoteles lib. 2. Rhet. Apud Platonem lib. 9. de legib. est. κατὰ τὸ σῶμα τῶ διώκοντι & καὶ φεύγοντι, pro in conspectu, & coram. In Euthydemo. εἶπον ἄν σοι εἰς κεφαλὴν. dixissem tibi in os. Xenophon Hierone. οὐδὲς ἐθέλει τυράννου κατ' ὀφθαλμοῦς κατηγορεῖν. nemo uult Tyrannum in os accusare. Priscianus lib. 18. in

IN ADELPH.

os laudare, accipit pro in ore.

Quasi nunc non norimus nos inter nos.

Sunt qui omissa negatione legant, quasi nunc norimus nos. Sed ita uersus non constat, nisi cum Glareano legas, *ὦ Ctesiphō. Citatur locus à Prisciano lib. 17. Vbi in libris olim impressis legitur, quasi nunc nō norimus inter nos. In Corbeiensi est, quasi nunc non norimus inter nos Ctesiphō, pro, οὐ γινώσκουμεν ἢ ἀλλήλους. ut nescias, utrū, nō norimus, an, nos norimus, scribendum sit. in alio manuscripto est, quasi nos nūc norimus inter nos. Illud, nunc non norimus nos inter nos, sic accipe. quasi ne nunc quidem nos norimus inter nos.* Ego ad forum ibo, ut.

Plautus Bacchid. Ego ad forum hinc ibo, ut soluam militem.

Si magis iritatus fiet. pag. 214.

Iritatus, scribe. In Lolgij libro est iratus, errore puto operarum: nā & uersus & Interpres, iritatus probant. Hilarem hunc sumamus diem.

Quid Hilenius Acron hic notauerit & obseruauerit, inuenies apud Charisium lib. 2. Act. 3. Sce. 1.

Obsecro mea tu nutrix. pag. 219.

Sic est in plerisq; libris. Georg: Fabricius censet melius esse, obsecro te mea nutrix. Versus huius scenae in Goueani & Mureti libris sunt omnes iambici octonarij acat.

Nec habeo quem ad obstetricem.

Si interpretem sequaris, uerbū, habeo, intelligendū,

NON

ANNOTATIONES

non addendum erit.

E re natae melius fieri haud potuit.

Sic est in libris antiquis, ut sit, e re natae, pro, ex usu filiae, ut Ruvius quoque annotavit. Legimus tamen cum Interprete, et uiris doctis, e re nata. Cicero lib. 7 et 14. ad. Att. pro re nata dicit, de euentu.

Tali genere, tali animo.

In alijs est, tali genere, atque animo. uerum hoc non modo lex carminis, sed et aurium iudicium probat. See. 2. Neque ulla misericordia. pag. 220.

Sic est in uetere Veneto, et alijs antiquis. Interpretes legit, neque illum misericordia: notatque secundum esse parelcon. pagina 221.

Quam illam totam familiam mihi obuiam dari.

Qui uerbum, dari, aliter collocant, in precedentem uersum aequo longiorē faciunt. Vnde factum ut alij pronomen, illam, tollendū putauerint, alij aduerbium, obuiam, duas ultimas syllabas ad sequentem uersum retulerint.

Satis mihi id habeam supplicij.

Satis hic, auctore Charisio, idem est quod par. Lucilius, Cui si cum iure populus uix totus satis sit. In quo nostrae spes opesque omnes. pag. 222.

Ita esse in uetustis annotavit Georg. Fabricius. Versus hic cum sequentibus tribus similis est superioribus. Qui in suo gremio.

In suo gremio, rectum est ex uetere Veneto, et alijs antiquis. Receptum tamen magis hic est, in sui gremio, ut sit primitiuum pro possessiuo, εν τῷ ἐαυτοῦ κόλπῳ.

Cicero

IN ADELPH.

Cicero in Timæo, Cum accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem & effectorem sui. quod Plato per possessiuum dixit, λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζώου, μιμούμενοι τὸν σφίτερον δημιουργόν.

Patrem ita obsecraturum.

Geor. Fabricius ex Palatino legit, patreis, ut uterq; significetur, naturalis & adoptiuus, ut Iurisconsulti dicunt.

Quod ad hanc rem opu' porro est, prospice.

Prospice, non, consule, esse in omnibus ueteribus Muretus & Riuius annotarunt. pag. 223.

Quoquo pacto tacito est opus.

Variant hic exemplaria: in quibusdam est tacito, in alijs, celato. Versus & sententia utrumuis patitur, ut notauit Georg. Fabricius.

Quam in hoc, quo nunc sita est.

In alijs, in quibus non est, hoc, uersus claudicat, quem Glareanus aliter perficere conatus est.

Postremo, quando ego conscia.

Sequentes uersus, qui in alijs libris ualde perturbati sunt, Muretus feliciter sane restituit.

Quid istuc? accedo ut melius dicas.

Ex omnibus antiquis libris Prisciani legendum, Quid istuc? de quo diximus in Eun. act. 2. sce. 3.

Et nos coluit maxume, lege.

3cc. 3. Qui alicuius rei est. pag. 224.

In alijs fere legitur, Qui alicui rei est, sed alicuius est.

ANNOTATIONES

est etiam in uetere ueneto, & apud interpretem.

Sec. 4. Mihi qui dedissem consilium. pag. 225.

Georg. Fabricius ex uetustis legit, qui id dedissem consilium.

Congrum istum maximū in aqua finito ludere

Ludere, id est, moueri, interprete Seruio in illud

Geor. 1. Aut summa nantes in aqua colludere plumas

Hæccine fieri flagitia? pag. 226

Non placet ut octonarius inter senarios hic ponatur. Quare cum Georg. Fabricio ex Palatino lege, Hæccine fieri? ut flagitia, uel atrocius uerbum, quod nimia perturbatione impeditus senex exprimere nō potuit, intelligatur.

Ille futili' somnium.

Somnium, in duas syllabas contrahitur. deinde, si ueres uero illū, abs q; pronomine, tu, uersus flagitat.

Aut non sex totis mensibus Prius olfecissem.

Ita perspicue legitur in meo manuscripto, & alio qui scripturam hanc agnoscit, & approbat Priscianus. Hæc Muretus. In nonnullis libris est, an non sex totis mensibus. sed apud Priscianum lib. 10. in omnibus manuscriptis, & lib. 18. etiam in impressis legitur, ac non sex totis

Sic fiet modo, ut nunc est.

Verbum, quæso, hic ab alijs additum, recte etiam à Lolgio omissum est, cum in uersu locum non habeat: in quo Glareanus laborat.

Sati' scis ibi eum esse.

Rini

IN ADELPH.

Rivius sustulit, eum, quod ab antiquis fere abest.

Iterum sic memento. pag. 127.

Georg. Fabricius numero multitudinis legit, meo mentote, eritq; creticus loco quinto. Memento etiam bene retinetur, & refertur ad unum aliquem e conservis, qui recte quid fecerit.

Et moneo quid facto usu sit.

Glareanus legit, opus, pro usus, propter uersum, ut arbitror. Sed Georg. Fabricius monet in suis exemplaribus esse, usus, quod Comicum est, & pro opus usurpatur. Plautus Menechmis, Ut aetas mea est, atq; ut hic usus facto est. fiet, uersus non patitur.

Tu rus abis hinc? pag. 228.

Si hoc retineas, quod est in libris, necesse est ut quinto loco, tu hic, sit iambus, ut scribit Glareanus. sed Georg. Fabricius legit, Tu rus hinc ibis?

Procul quem uideo? estne hic Hegio.

Procul quem, est non tantum in Palatino, sed etiam uetere Veneto. In fine uersus pronomen, hic, redudat.

Antiqua homo uirtute.

Qui haec aliter collocant, uersum corrumpunt. Antiquitas, auctore Cicerone, proxime ad Deos accedit itaq; antiquos omnes uiros bonos appellamus. Sic homines antiqui à Cicerone dicuntur pro Sex Roscio. & pro Quinctio, Tu aliquem patronum inuenies hominem antiqui officij? Sce. 5. pag. 229.

Facinus indignum. Geta Quid narras?

Legitur etiam, facinus indignum Geta quod narras,

quod

ANNOTATIONES

quomodo est in Prisciani lib. 18. extremo impresso.
Sed ibi etiam in Corbeiensi est, quid narras? quod
Georg. Fabricius non sine causa probat.

Te quærebam ipsum.

Vetusta, Oh, te quærebam ipsum, quod est in *An-
dria* act. 3. sce. 3. Georg. Fabricius.

Mensis hic decimus est. pag 230.

Plautus *Cistellaria*, Tum illa, quam compresserat,
decimo post mense exacto hic peperit filiam. Menan-
der Plotio, γυνὴ κνεί δεινὰ μωρα.

Vt captus est seruolorum.

Seruorum, est in omnibus libris Prisciani. Versus
utrunq; patitur. Cicero *Tus.* 2. Græci homines non
satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, sa-
tis. *Cæsar.* lib. 4. de bel. Gal. Ad alteram partem suc-
cedunt *Vbij*, quorum fuit ciuitas ampla atq; florens,
ut est captus Germanorum. pag. 231.

Hoc tu facito cum animo cogites.

Cum ita sit in Palatino, nescio cur id Georg. Fab-
ricius mutauerit. Genus loquendi elegantissimum
est. Cicero *orat.* 2. de lege Agraria, Vos tamen id po-
testis cum animus uestris cogitare.

Ibo ac requiram fratrem.

Sine copula, Ibo, requiram fratrem, in antiquis.
Georg. Fabricius. Act. 4. Scen. 1.

Nunc eum maxime. pagina 232.

Nunc cum maxime, recte Georg. Fabricius ex Pala-
tino: de quo diximus in *Heaut.* act. 4. sc. 4.

Uo

IN ADELPH.

Ita se defatigarit velim.

Legitur etiam, defatigaret, quod habent nostra anti-
tigua exemplaria Prisciani lib. 15. pag. 233.

Cum feruit maxime, tam placidum, quam.

Feruit, pro feruet, antiquum est. In Prisciani libris
omnibus legitur, Tam placidū quasi ouē. Sed Plaut.
in Most. etiā dixit, Tam placida est, quam foeta, et Poe-
nulo, Nisi illam mihi tam tranquillam facis, quam ma-
re est. Cum ibi alcedo pullos educit suos. Geor. Fabr.

Paterne est? Sy. ipse. pag. 234.

Vel lege, Pater adest? Sy. ipsu' est, ex Palatino. Al-
te utrum uersus flagitat. Scen. 2.

A villa mercenarium vidi.

Mercenarium à uilla, dicit pro eo, qui mercede
conductus in uilla opus facit. idq; Græcorum consue-
tudine. Nam quemadmodum Plautus Amphit. dicit,
Tu gubernatorem à nauī huc euoca uerbis meis. Sic
apud Thucydid. lib. 3. οἱ αὖ πο' τῶν ἑκακστῶν νεῶν
ἀθλωαῖοι. sunt, classiarij triginta nauium.

Is filium negat esse ruri.

Filium negat esse rure, legit Charisius lib. 1. Sic
Titinnius in Hortensio, In foro aut in curia posita
potius, quam rure apud te inclusa. pag. 235.

Nontu eum rursus hinc modo produxe.

Hec uera est lectio ex Interprete. produxe dictum
pro produxisse, quo modo apud Varronem lib. 3. de
re Rust. subduxe pro subduxisse legitur.

Diminuetur tibi quidem iam. pag. 236.

L

sonante

ANNOTATIONES.

Priscianus lib. i. legit, *dimminuetur geminata consonante, pro disminuetur.* Glareanus hoc uerbum sine causa diuidit.

Quónam? S. illic, ubi etiam caprificu'.

Versus pede longior. in Palatino uerbum, *nostrin,* omissum est. Georg. Fabric.

Id quidem angiportum non est peruium.

Ita recte hic locus citatur à Prisciano lib. 6. Quod autem li. 18. idem legit, *Id autem angiportum, est, ut puto* $\mu\omega\eta\mu\omega\nu\iota\kappa\omicron\upsilon\tau\ \acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\rho\tau\eta\mu\alpha.$

Apud ipsum lacum est pistrilla. pag. 237.

Lucilius in 16. *fœminine, Media è pistrina, dixit.* atq; inde est hoc diminutiuum, auctore Charisio li. 1.

Ego te exercebo hodie.

Excercebo id est, *fatigabo, auctore Nonio: qui etiam ex Varrone, docet, Silicernium esse proprie conuiuium funebre, quod senibus datur.* Scena 3.

Nisi si me in illo credidisti. pag. 238.

Apud Priscianum lib. 18. in antiquo nostro Corbeiensis uersus hic ita legitur, *Nisi me ex illo credidisti esse numero hominum, qui putant. Sed Riuus ex antiquis restituit, Nisi si.*

Utro si quam fecere ipsi expostules.

In alijs est, *expostulant. apud Priscianum, expostulent.*

Et tu officio fueris functus.

Legitur etiam, *tuo officio. in quo lapsus librarij facilis fuit, eadem litera repetita uel omissa. Versus tu, non tuo probat.* Scen. 4.

Discru

IN ADELPH.

Discrucior animi.

pag. 239.

Huius scenæ uersus, qui in alijs libris ualde impedi-
ti sunt, Muretus ita expediuit, ut præter unum dime-
trum omnes fecerit iambicos octon acatal.

Vbi eam vidi, illico accedo. pag. 240.

Pronomen, eam, uersus requirit, nec debet tolli,
ut recte Glareanus contra Riuium sentit.

Sati' diu uerba dedisti: sati' ad hoc.

In alijs, Satis diu uerba dedisti nobis. sed uersus re-
clamat, ut etiam Geor. Fabricius notauit. Ad hoc, est
μέχρι τούτου. Egomet rapui: ipse egomet.

In uerbo rapui, nulla fit elisio: alioqui esset trocha-
icus. quanquam si legas, ipse ego solui argentū, ut est
apud Priscianum lib. 13. iambicus fiet septenarius.

Exorastem ut eam ducerem domū. pag. 241.

Hoc integrū est. Sic act. 3. sce. 5. Iurans se illā ductu-
rum domū. Lysias in orat. pro Eratosthenis cæde ait,
γυναικα ἠγαγόμεν εἰς τὴν οἰκίαν.

Vbi pultare hæce occipio fores miser.

Vltima dictio huius uersus, quæ in alijs deerat, in
omnibus ueteribus legitur. qui autem tollunt, fores,
& contra ueteres libros faciunt, et corrumpunt uer-
sum, qui quadratus iambicus esse debet. Muretus.

Scen. 5. Erubuit: salua res est. pag. 242.

Menander ὁμοπατρίοις,
Ερυθρίω πάντας ἄλλους εἶναι μοι δοκέει.

Qui erubuit, esse mihi uidetur uir bonus.

Opinor eas non nosse te.

L 2 Si

ANNOTATIONES.

Si particula, ut, quam Interpres agnoscere uideatur, hic addatur, locutio implicatio erit, quæ iam aperta, & ex antiquis libris descripta est.

Qui illi consuevit prius. pag. 243.

Ita legit Interpres, idemq; lex carminis probat, ut notauit Riuus. Usitatus tamen est, qui cum illa consuevit. quod esse in Palatino testatur Geor. Fabricius. Legit eodem modo Victorius *Varia lect. lib. I. ca. 7.*

Auctor his rebus quis est?

Riuus putat mollius esse, qui est? in quo nulla fiet elisio. sed cur à libris antiquis discedas nulla causa est. Auctor est is, de cuius sententia & consilio res geritur.

Dum cognatus hic, illinc ueniret.

Cognatus hic, qui uirgini genere est proximus. Illinc, Mileto. In alijs libris est, hinc illinc. quod Interpres prouerbialiter dictum ait. Glareanus mauult, huc, legere, quàm, hinc.

Sed quid Aeschine nostra.

Ita scripsit etiam Lolgius, alij addunt ista. quod uersus non patitur, nisi in, quid, elidatur d.

Nam amo te. pag. 244.

Trochaicus ita bene constat, ut primis duobus locis sint duo trochæi.

Iam id peccatum primum magnum, magnum.

In omnibus alijs libris hic uersus unum pedem ad perfectionem desiderat. Alij aliud addendum putant.

Muretus iteratione uocis, quam librarius tanquam superuacua

IN ADELPH.

superuacaneam neglexerat, eleganter eum restituit.

Prodidisti & te & illam.

Non uideo quomodo uersus constet, nisi cum Glareano legas, Prodidisti te atq; illam miseram, & gnotum, quod in te fuit.

Iam quantum pote.

Pote ueteres dixerunt, quod recētiore possibile. In alijs libris est, quantum potes. In uetustis & apud Interpretem, quantum potest. sed ita iambicus erit inter Trochaicos. quod non admodum placet.

Quam oculos nunc amo meos.

Georg. Fabricius ex Palatino legit, quam oculos nunc ego amo meos.

Nauem ascendit: sed cur cessas? lege.

Ego eo intro, ut quæ opu' sunt.

Apud Priscianum lib. 17. in nostris manuscriptis citatur, Ego ibo intro. atq; ita erit iambicus octo. ut Erasmo uisum fuit. See. 6. pag. 245.

Ad portam, & lacum.

Ad portam, ad lacum, lege, ut est in omnibus libris.

Neque fabrica vlla erat.

In alijs additur aduerbium, illic. quod non esse in codice antiquo notauit Glareanus. Georg. Fabricius ex suis uetustis legit, nec fabrica illic ulla erat.

See. 7. Nescis qui vir sit. pag. 246.

Georg. Fabricius ex uetustis legit, ah nescis qui vir fiet. Non malim quidem.

Alij illud, malim quidē, faciebant dici à Demea,

A N N O T A T I O N E S

aut nullo sensu, aut inepto. Dicitur à Micione: & ha-
bet hunc sensum: malim quidem, si fieri possit, aliter
esse: sed quando quod factum est infectum fieri non
potest, aequo animo fero. tale aliquid cum dicere pa-
raret, impeditur à Demea. Muret.

Si non re ipsa tibi dolet. pag. 247.

Antea cum legeretur, Si non re ipsa tibi istuc do-
let, uersus aequo longior erat. Quare Muretus prono-
men sustulit. Riuus putauit uerbum, rogitas, redun-
dare. idq; è Palatino probat Georg. Fabricius.

Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris.

Hoc à Platone sumptum est: nam ut scribit Plutar.
πὸρὶ εὐθυμίας, κυβεία ὁ πλάττειν ἐν βίῳ ἀπέικα-
σεμ, ἐμὼ Ἐβαλεῖν δὲ τὰ πρόσφορα, Ἐβαλόντα
χρησθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι, id est, Plato uitam
tessarum lusioni similem fecit, in qua & iacere oportet
quod expediat, & eo, quod cecidit, recte uti.

Si non pretio, at gratijs.

Qui gratis scribunt, et ultimã uocalem in, pretio,
non elidunt, ij uideant, an gratis, primam corripiat.
Meretrix & materfamilias vna in domo?

Nonnulli addito uerbo, erit, tollunt coniunctio-
nem, &: sed cum uersus utrunq; non admittat, cons-
cinnior est uerbi omisso.

Hilarum ac lubentem. pag. 248.

Hilarum, nõ hilarem, more uetusto legit Interpres.

Ipsa, si cupiat, Salus seruare.

Plautus Mostell. Nec salus nobis saluti iam esse, si
cupiat.

IN ADELPH.

eupiat, potest. Cicero Verr. 5. Ecquod iudicium Ro-
mæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium
fore putasti, quo ex iudicio te ulla salus seruare
posset?

Act. 5. scen. 1 pag. 249.

Eho iam tu verba fundis.

In uetere Veneto est fundes. atq; ita habent etiam
primæ editiones Interpretum, ut annotauit Riuus.

In ipsa turba, atque in peccato.

similis exaggeratio eiusdē peccati est apud De-
mosthenem in Orat. πρὸς Ἰωάννην. εἰ γὰρ ἐμπε-
νοῖς ὁ Χειμῶνι βουτὸν τοῦ οἴνου ἐπινεν, ὥστε ὁμοίον εἶναι
μαλίας, τί οὐκ ἄξιόν ἐστι παθεῖν; Nam si in malis, et
tempestate tantum uini hauserat, ut insanie similis
esset, quod suplicij genus non merebatur? Sce. 2.

An tibi mauis cerebrum dispergi. pag. 250.

In quibusdam antiquis, An tibi iam mauis. Versus
sine eo constat, si secundam in, cerebrum, producas.

Sce. 3. Hei mihi, quid faciam? quid agam?

Alij omittebant illud, quid agam? quod tamen
est in antiquis libris, et agnoscitur ab Interprete, et
ad uersum necessarium est. Muretus.

Hem tibi, rescituit omnem rem.

In Politiani libro est, Em tibi. de quo diximus in
Eun. act. 2. sce. 3. pag. 251.

Nam qui minus mihi idem ius.

Legitur etiā, num qui minus. Meminit utriusq; Riui.

Non æquom dicis, non.

Simili repetitione negationis in perseuerādo utitur

L 4 Tecmessa

ANNOTATIONES

Teemessa apud Sopho. Aiace,

θεοῖς τέθνηκε μούτ' οὐ κείνοισιν, οὐ.

Est mortuus dijs iste, non illisce, non.

Tu illos duos olim pro re tollebas tua.

Helenius Acron legit, duo, pro duos. Et ita eum in hunc Terentij locum annotasse scribit Charisius. Georgius Fabricius.

Omnia si hæc voles In animo.

In alijs, in quibus legitur, omnia hæc si uoles, uersus non constat, nisi, omnia, in duas syllabas contrahas, et posteriores prorsus elidas. pag. 252.

Video eos sapere, intelligere.

Ter hic locus à Prisciano adducitur lib. 18. nec usquam pronomen, eos, in nostro Corbeiensi additur, cum in impressis bis alieno loco inueniatur. Si retineas, in uersu prorsus eliditur. Da te hodie mihi.

Sophocles philocteta,

νῦν δ' εἰς ἀναίδης ἡμέρας μέρ' ἔβραχύν

δός μοι σεαυτῶν.

Nunc exigua ut diei parte sis impudens

Da te mihi. Cicero epist. 8. lib. 2. Fam. Da te homini. Idem pro Rabirio Post. Dedit se etiam regibus. Cum primo luci.

Ex Interprete et libris ueteribus ita legendum. Et duæ illæ uoces ibo hinc, quæ uulgo adduntur, in senario locum non habent. Bembus legit, cum primo luci. Plautus Mercatore, Ad portum hinc abij mane cum luci simul. quod Græcis est ἀμα ἔω, ἀμ' ἡμέρας.

⊕

IN ADELPH.

Et Polybio, ἄμα τῷ δαυγάζεν, Cicero, cum prima luce dixit lib. 3. de Officijs, Et epist. 3. lib. 4. ad Att.

Eo prorsus pacto illic alligaris filium.

Hic ordo uerborum est etiam in uetere Veneto, eumq; requirit senarius, in quo Glareanus laborat.

Iergo intro & cui opus rei est. Pag. 253

Hanc lectionem ex libris antiquis probat Riuus.

Geor. Fabric. è Palatino legit, Et cui rei est, ei rei hunc sumamus diem. ut in, cui rei est, intelligatur, diestus Et constitutus dies.

pag. 254

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione

Hunc locum citat Nonius in explicatione uerbi subducere. Vnde emendandus alius Ciceronis lib. 2 de finib. ubi adhuc omnes libri nullo sensu habent, Quod non sub dubia utilitatis ratione effici solet. cū ex Nonio legendum sit, subducta utilitatis ratione.

Quod mi euenit nunc.

Si aliter uerba collocentur, trochaicus non constabit, qui in hoc Et Goueani libro bene habet: in reliquis perturbatus est.

Prope iam excursio spatii.

Priscianus sæpiissime huius loci testimonio utitur, semperq; decursio spatii, legit. Plaut. Stichus, Decursio etatis spatii. Cicero de senectute, Nec uero uelim, quasi decursio spatii, à calce ad carceres reuocari. Sed, excursio, est in manuscriptis libris Terentij, ut notauit Geor. Fa. idemq; trochaicus requirit.

Vitam ille suam semper egit.

L S

Huius

ANNOTATIONES

Huius uersus uerba non eodem modo in omnibus libris collocata inueniuntur. Muretus suum ordinem ad trochaici rationem accommodauit.

Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi?

Huc pertinet illud Menandri apud Stobæum,

ὃ γυναικὶ ἔχει, εἰ ναί τε παίδων πρὸ μένων

πατέρα, μὲρ μὲν τῷ βίῳ πολὺς φέρει.

Uxorem habere, & liberorum Parmeno

Patrem esse, curas multas in uitam inuehit.

Nunc experiamur contra hæc ecquid. pag. 255.

Librarius eandem syllabam bis positam semel tantum scripserat. unde hæctenus in hoc uersu ea desiderata fuit, quam Muretus in suum locum quasi postliminio restituit. Scen. 7. pag. 257.

Occidunt me, qui dum.

In alijs est, Occidunt me quidem, dum, sed uersus repugnat. Erasmus in, quidem, aliquid elidi notauit. quod quale sit, equidem non intelligo. Scio Interpretem agnoscere, quidē: sed ille uersus rationē habere non solet. Quite plus quàm oculos holce.

In alijs omnibus libris, quos uidi, additur uerbum, amat: sed Muretus hanc ἔμειψεν concinnioem, & magis comicam esse putauit. pag. 258.

Hymenæum qui cantent.

Canat, esse in plerisq; libris notauit Riuius: sed uersus non constat, nisi in superiorem addas, quæso, & tunc incipias à, Mora est.

Quidago? D. dirue.

Riuius

IN ADELPH.

Rivius ex suo manuscripto legit, quid ergo. In uetere Veneto est, quid agam?

Puerperam nunc duci huc per viam.

Georg. Fabricius legit, è Palatino, puerperam hanc nunc duci per viam. cum Mureto facit Lolgius, & uetus liber Venetus. Scen. 8.

Est: quid postea? pag. 259.

Verbum, est, à libris antiquis fere abest, & ideo à Riuius omittitur.

Si tu sis homo, hic faciat.

Faciat, quod Rivius ex suis antiquis, & ex Interprete probat, est etiam in uetere Veneto. sed apud Priscianum lib. 18. in omnibus libris, faciet, legitur.

Quid? tu asine huic auscultas?

Rivius legit, Quid tu autem huic asine. idq; Glaucianus propter uersum probat. Versus etiam sine eo constat, cum ultima in nihil producatur.

Insanis? aufer te.

Aufer te, est faceffe hinc. Interpres legit, aufer, sine te, quod est, omitte ista. Plautus Menæchmis, Aufer hinc palpationes. Georg. Fabricius annotauit, uerbum, aufer, in suis uetustis non esse. et deinceps legi, Age, da ueniam queso filio.

Age, da ueniam. Ae. ne grauare. &c. pag. 260.

Libenter hic sequor auctoritatem libri, palatini & cum Geor. Fabricio, age, initio tollo, & in fine lego, non omittitis. quo uersus clauditur.

Agelli hic est sub urbe paulum, quod locitas.

Paulinus

ANNOTTIONES

Paulum, non paululum, in hoc & sequenti uersu
 requirit carmen. Ager sub urbe, pro suburbano, figu-
 ratum est, inquit Georg. Fabric. Plautus Trinummo,
 Est ager sub urbe hic nobis: cum dabo dotem sorori.
 Foras, autem rectius hic ex antiquis quam foris legi-
 tur. Sic enim Plautus Stichus, Foras necessum est quic-
 quid habeo uendere. Idem Menæchmis, Nec chlamy-
 dem do foras, nec pallium cuiquam utendum.

Si multum tamen faciundum est.

Georg. Fabricius legit, Si multum fiet, faciundum est.

Et re ipsa fieri oportet Micio. pag. 261.

Hi uersus uariè à uiris doctis distinguuntur. Mure-
 tus eos similes superioribus fecit: cuius iudicium libe-
 benter sequimur. Scen. 9.

Et quidem hæc porro, obsonare. pag. 262

In quibusdam pronomen, hæc, non legitur. uerum
 non est otiosum; & hoc modo collocatū uersui nihil
 officit. Siquidem tu vis.

Si & quidem recte distinguuntur: sunt enim duæ
 uoces, ut uersus indicat.

Phrygiam uxorem meam vna mecum.

Hi uersus in alijs libris ualde impediti sunt, quos
 Muretus recte me hercle expediuit. quare merito illi
 gratia habenda.

Hodie primam mammam dedit.

Non displicet libri Palatini lectio, in quo est, prima
 mammam dedit. Fortassis ita etiam Interpres legit.
 Que mammam dat τίτην grecis dicitur, & μάμᾱν
 dare

IN ADELPH.

dare Lysiae est ἴμ τιτθὸρ δούναι. Plaut. Mnaech.
Vti mater sua nō internosse posset quæ māmā dabat.

Quod proluuium? quæ istaec subita. pag. 263.

Hoc à Cecilio Terentius sumpsit. Nam ille sic in
ἰπβολιμαίω, Mearastraria, quod prolubium? quæ
uoluptas? quæ te lactat largitas? Notauit hoc etiam
P. Victorius Var. lect. lib. 21. cap. 4. pag. 264.

Finem in istac faciat.

Ouid. 4. Metam. Venerisq; modū sibi fecit in illa.

M. ANTONII MURETI IN

Phormionem Terentij

ARGUMENTVM.

CHREMES & Demipho fratres Athenien-
ses erant. Chremes Athenis uxore diuitem, ac
bene dotatam duxerat Nausistratam: & ex ea susce-
perat filium Phædriam. habebat Nausistrata, præter
ceteras opes, opima prædia in Lēno. eò igitur Chre-
mes quotannis, ad ea locāda, capiendosq; fructus, cō-
ueabat. dum illic residet, pauperculæ cuiusdam muli-
eris amore correptus, eam quoque ducit uxorem, &
ex ea suscipit filiam Phanium: ac, ne res emanaret,
cōmutato nomine, Stilphontē se Lemni uocari iubet.
detraheret autē ē fructibus prædiorum uxoris Athe-
niensis, quantum satis esset ad illam alterā una cum
filia nutrire iam: deinde athenas reuersus, aut cala-
mitatem, auarilitatem, aut tale aliquid causabatur.

Erat

ARGUMENTVM

Erat Demiphoni filius Antipho. Cum igitur Phaniū,
 quindecim iam haberet annos; conueniunt inter se
 Chremes & Demipho, ut Chremes quidem & Lem-
 niam uxorem, & Phanium Athenas clanculum ad-
 duceret; Demipho uero Phanium filio suo uxore dā-
 ret. eius rei causa proficiscitur in Lemnum Chremes.
 eodem tempore accidit, ut Demiphoni quoque iter
 esset in Ciliciam. abeuntes ambo; Getæ (is Demipho-
 nis seruus erat) filios committunt suos. profectis se-
 nibus, Phædria se statim citharistriæ cuiusdā amore
 implicat. Sed hoc erat incommodi, quòd, qui à lenone
 amaret, quod daret, nihil habebat. interea uxor è
 Lemno, quæ, propter paupertatē, uiri diutius forte,
 quàm solebat, morantis aduentum expectare non pos-
 set, conscensa nauis, Athenas una cum filia, & nutri-
 ce ipsius uenit. quæruunt Stilphontem. frustra. Athe-
 nis, qui quenquam eo nomine nosset, reperiēbatur ne-
 mo. ibi mater (tanta eam ægritudo ceperat) moritur.
 ei funus una cum nutrice procurantem Phanium cū
 aspexisset Antipho, subito amore illius exarsit. uenit
 ad nutricem postridie, ut eius sibi copiam faceret, of-
 fecrans. illa se, nisi puellam uxorem duceret, factuā
 negat. illi, cum & quiduis facere cuperet, et patrem
 absentem uereretur, parasitus Phormio hoc casu
 am dedit. lex erat Athenis, ut orbas puellas qui eis
 genere proximi essent, ducere; aut, si id nolent, do-
 tem eis dare cogerentur. ego, inquit paratus, sumus
 labo, me patri uirginis amicum fuisse, ideoq; causam
 illius

IN PHORMIONEM.

Illius suscipere: uocabo te in iudicium, tanquam illius
 cognatum, tecumq; lege agam, ut eam ducas. tu ita te
 defendes, ut mihi facilem uictoriam præbeas: ita con-
 demnabere. sic fiet, ut & tu potiarius tua, & patre re-
 uerso, paratam excusationem habeas. ita fiunt omnia,
 ut parasitus suaserat. confectis iam nuptijs, eodem
 die ambo redeunt senes. turbari uterque: ille, quod fi-
 lius indotatam uxorem se absente duxisset: hic, quod
 uereretur, ne, erepta sibi hac collocandæ filiae occa-
 sione, tota res fieret palam. eo ipso die, leno, cithari-
 striæ, quam Phædria amabat, dominus, nisi sibi pro ea
 triginta minæ darentur, uenditurum se eam, minita-
 batur. ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta con-
 fingit: ait senibus, se cum Phormione collocutū: Phor-
 mionem uero, si sibi dotis triginta minæ darentur, pa-
 ratum eam uxorem accipere, quam duxisset Antis-
 pho. eam pecuniam Demipho à Chremete sumptam
 numerat Phormioni. is eam Phædriæ; Phædria lenoni
 pro amica tradit. cum hæc iam confecta essent, agno-
 scitur Phanium. ibi uero senes gaudere, quod, quas
 nuptias ipsi facere moliebantur, eæ ipsis absentibus,
 atque inscientibus factæ essent. sed dolebant, sibi pe-
 ruisse triginta minas. eas dum à Phormione, primo
 blanditijs, postea etiam per uim eripere conantur:
 Phormio, qui iam de duabus Chremetis uxoribus,
 deq; tota re intellexerat, inclamat Nausistratam, eiq;
 aperit omnia. Illa, cum aliquandiu de uiro con-
 quæsta esset, tandem placatur, filijq; ipsius iudicio
omnia

ANNOTATIONES

omnia se permissuram pollicetur.

ANNOTATIONES.

Transdere hominē in otium. pag. 266.

Transdere more uetusto scripserunt etiam ex suis antiquis Io. Riuus, & Georg. Fabricius.

Ceruum videre, fugere, & sectari.

Georg. Fabricius sustulit coniunctionem, &, secutus bona exemplaria, & citationem interpretis in Eun. Minu' multo audaciter, quā lædit. pag. 267

Ita ex suo manuscripto libro Muretus reposuit. Priscianus tamen lib. 15. ubi docet Sallustium lib. 2. Hist. & Ciceronem pro Sex. Roscio, audaciter secundum analogiam protulisse, hunc uersum sic adducit, Minus multo audacter, quā nunc lædit, laderet.

In medio omnibus Palmam esse positam

Demostenes κτ' Φιλίππου. α. ἀλλ' οἷδε ὄσσοι καλῶς ἐκείνῳ, ὅτι ταῦτά ἐστιν ἅπαντα τὰ χρεῖα ἀδλατῆς πολέμου, κείμενα ἐν μέσῳ. id est, Sed hoc ille bene nouit, omnia hæc loca esse præmia belli, posita in medio. Sallust. in Catil. Præterea diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt: fortuna omnia ea uictoribus præmia posuit.

Benedict is si certaßet, lege sine distinctione.

Per quem res agetur maxume.

Riuus, gere tur, ex interprete, & antiquis plerisque exemplaribus scripsit. Lolgius etiā retinuit, agetur.

Act. I. scen. I. pag. 268.

Geta ferietur alio munere.

Dei

IN PHORMIONEM.

Die quinto à partu, qui ἀμφορομοῦ dicebatur, puerperis & obstetricibus munuscula mittebantur, quæ Plautus κειμήλια uocat in Truculento, Non auides aliquod mihi dare munus Cemelum. Erant item alia, quæ dabantur die natali, quorum idem in Epidiaco & Rudente meminit, Græcis γυνέθλια denominata. Georg. Fabricius.

Vbi initiabunt.

Huc pertinent uerba Varronis ex Catone, quæ ex Nonio adducit Georg. Fabric. Cum primores cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulis Edulia, & à potione Potinæ nutrices.

Scen. 2.

Quanto in periculo sum.

Io. Riuius ex suo manuscripto, & Georg. Fabricius ex Palatino legunt, Quanto in periculo sumus: quorum auctoritatem hic nemini spernendam puto.

Is senem per epistolas Pellexit. [pag. 270.]

Apud Priscianum lib. 10. in aliquot manuscriptis, per epistolam, legitur. quod lib. 19. est etiam in impressis: ubi in nostro Corbeiensis ita legitur, Illi μόνον ὄρχι. Similiter Terent. in Phorm. Is senem per epistolam Pellexit modo non montes auri pollicēs. Ego tamen, per epistolas, probo.

Nam quæ incititia est Aduorsum stimulum.

In nostro antiquo Prisciano, libro 18. extremo, quæ in uulgatis libris græca omnia falsa habet, hoc pro uerbum græce ita refertur, πρὸς τὰ κέντρα μὴ λόσ κίττω. quomodo ex Euripide & Pindaro adduxit

M

ERASMUS

ANNOTATIONES

Erasmus. Aeschylus Prometheo,

οὐκ οὐα ἔμοιγε χρώμ. Θ' διδασκάλω,
πρὸς κέντρα κωλὸν ἔκτενείς.

Sed haud quaquam, magistro si me uti uelis

Aduersus stimulum tu extendes unquam pedem.

Hanc amare cœpit perditæ.

Charisius lib. 2. perditæ pro ualde. Terentius in Phormione, Eam amare cœpit perditæ. nam ita Aruntius Celsus, et addit: antiqui enim dicebāt ardere pro amare. Ex quibus uerbis ego conijcio, Celsum hic legisse, ardere perditæ. atq; ita locum à Charisio fuisse adductum. qui uulgo interpretatione corruptus postea fuerit.

Interea dum sedemus illi.

Illi, non illic Bembus legit, idemq; Interpretis auctoritate confirmatur. pag. 271.

Paupertas mihi onus uisum est.

In Prisciani libris omnibus ita legitur, Nunquam æque, inquit, ac modo paupertas onus uisa est mihi & miserum & graue.

Neque notus, neque cognatus.

Quod Georg. Fabricius annotat in antiquo libro pro, cognatus, legi, uicinus, minime prætereundum est, cum illud sæpius in Interpretum expositionibus repetatur.

Vt sibi eius faciat copiam.

Hic uersus primo loco habet creticum, et quarto tribrachyn. quare frustra Glareanus initio traiecit,

& in

IN PHORMIONEM.

Et in fine tollit, se. pag. 272.

Illene indotatam virginem, lege.

Nunc amitte quæso hunc.

Amitte, pro dimitte legit Interpres. Plautus Bacchid. Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficium.

Scena 3. pag. 274.

Huius scenæ uersus omnes in nostro libro sunt iam bici octonarij acatal. præter unum quaternarium.

Vbi in mentem eius aduenti venit?

Aduenti genitiuus antiquus pro nominatiuo usurpatur, auctore Prisciano lib. 6. Et 17.

Sis? quod utinam ne Phormioni.

Versus hic similis est superioribus. sed ultima eius syllaba initium est consequentis.

Iam de pacisci mortem cupio. pag. 275.

De pacisci magis probatur à Grammaticis: nam et Priscianus lib. 8. hoc uerbum in ijs numerat, quæ mutant. Pro, mortem, legitur in quibusdam, morte. sed accusatiuus usitator est. Nam Et Cicero, partem suam de pacisci, dixit pro Sex. Roscio.

Et si tibi res sit cum eo lenone.

Ita quidem aperte legit Interpres: sed in omnibus tamen libris ueteribus, Quod si tibi res sit: quæ lectio nihilo, ut ego quidem arbitror, deterior est. Muretus. Sunt qui ablatiuum, lenone, tollant: sed nullam causam adhuc uideo, cur à libris discedendum sit.

Is ipsius est. hei timeo miser, lege. pag. 276.

Scen. 4. Tanta te impendent mala.

M 2 Impen-

ANNOTATIONES

Impendent te, pro tibi, antiquè. Lucilius, Nunc ad te redeo, ut quæ res me impendet agatur. Georg. Fabric. Plautus Epidico, Tantæ in te impendent ruinae, dixit. Me aut herum pessundabunt. pag. 277.

Pessum dabunt, & hic & in Andria separatim legi, annotat Georg. Fabric. Versus etiam ille Pacuuij è Teucro in nostris antiquis Prisciani libris ita scribitur, Periere Danaï, plera pars pessum data est.

Tum Antipho me excruciat animi.

Versum bene cõstare sine traiectione puto omnes videre. septimo loco est proceleumaticus.

Hinc me conijcerem protinam in pedes.

Protinam ex Nigidio & Sex. Pompeio rectè legitur. Plautus Bacchidib. Me continuo contuli protinam in pedes. Charisius tamè, protinus, legit, & temporis futuri significationem hic habere notat.

Ibi plurimum est.

Aruntius Celsus, ut est apud Charisium, hic ita annotavit, Plurimum nunc aduerbium est, pro, ibi sæpe, ibi frequenter est. Græci $\omega\lambda\epsilon\acute{\iota}\sigma\omicron\mu$, $\pi\acute{\iota}\omega\lambda\epsilon\acute{\iota}\sigma\omicron\mu$, & $\pi\acute{\iota}\omega\lambda\epsilon\acute{\iota}\sigma\omicron\mu$ dicunt. pag. 278.

Fortes fortuna adiuuat.

Menander apud Stobæum.

$\tau\acute{o}\lambda\mu\eta\delta\iota\kappa\acute{\alpha}\iota\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\acute{o}\varsigma\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\eta$.

Audaciam iustam uel adiuuat deus.

Quid si aliquid grauius tibi.

Non placet hic iambicus senarius inter octonarios trochaicos. Quare lego, ut in alijs emēdatis libris omnibus

IN PHORMIONEM.

omnibus scriptū est, Quid faceres, si aliud quid grauius tibi nunc faciundum foret?

Quid conterimus operam frustra.

Georg. Fabricius ex Palatino emendat, Quid conterimus operam frustra? quin ab eo.

Ne si te iratus sœuidictis protelet.

In uetere Veneto, & alijs multis est, sœuis dictis. quod hic breuitatis causa contractum est in, sœuidictis, eodem modo, quo multis modis in multimodis, et passis crinibus in passicrinibus: de quibus diximus in Andr. Placet tamen ut ex Palatino & alijs quibusdā legatur, Ne te iratus suis sœuidicis dictis protelet.

Ego in insidijs hic ero succenturiatus.

Priscianus in libro de ponderibus & mensuris legit, in subsidijs. in impressis autē locus citatur, quasi sit in Eunucho. Sed in nostro antiquo omnia recte habent, & græca perspicue leguntur, quæ in nullis impressis inueniuntur. Sce. 5. pag. 280.

Itāne tandem vxorem duxit.

Alij omnes hic faciebant principium actus secundi. quam ineptē, nemo non uidet. neq; enim scena re- manet uacua: neq; dubitandum, quin ibi sit principium secundi actus, ubi à nobis constitutum est. Mure. Non simultatem meam Reuereri? saltem non.

Distingue, nō simultatem meam Reuereri saltem? non pudere? sic enim Cic. epist. 19. lib. 2. Att. Sed mihi nil est molestius, quam Statium manu missum: nec meum imperium, ac mitto imperium, non simultatem

ANNOTATIONES

*meam reuereri saltē? unde etiam cognoscitur, reue-
reri, hic recte legi, quamuis & Nonius, & Interpres
in Andriam, uereri, legant. de quo Riuus & Georg.
Fabricius.*

Incredibile hoc mihi accidit. pag. 287.

*In alijs omnibus est, obtigit, non accidit. idq; agnos-
cit Interpres.*

Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt.

*Elegans sententia est de præmeditatione futuro-
rum malorum, quam Terentium à Philosophia sum-
psisse Cicero ait Tuscul. 3.*

Meditata mihi sunt omnia.

*Meditata, μεμνημένην, passiue dixit, inquit Pri-
scianus lib. 8. Cicero Tuscul. 3. Sunt semper omnia
homini humana meditata.*

Mei fratris video filium. pag. 282.

*Ita scripsit etiam Goueanus. In alijs additur, Phœ-
driam: et sunt qui uersum hunc faciant trochaicum,
quod minime placet.*

Eho, an id lucentes nunc illi?

*Pronomen, tu, quod Riuus addit, uersui officit, &
recte omittitur.*

Hic in noxa est, ille ad defendendam causam.

*Ita legitur hic uersus etiam apud Asconium in
Verr. 4. in quo tamen syllabam unam redundare om-
nes uident. Considerandum est, an Terentius scripse-
rit, ad dicendam causam. sed nihil decerno contra li-
brorum consensum. Georg. Fabricius scribit uersum*

claudi

IN PHORMIONEM.

claudi cretico.

pag. 283.

Ita eum tum timidum obstupescit.

Lege cum Georg. Fabricio, Ita eum tum timidum
ibi obstupescit pudor. Alioqui enim in uersu aliquid
desideratur.

Et horum me omnium immeritissimo.

Antea cum legeretur, & me omnium horum im-
meritissimo, uersus claudicabat; quem Goucanus &
Muretus uocum traiectione restituerunt. Georg. Fab-
ricius suspicatus est, horunc' scribendum esse.

Non ratio, uerum argentum deerat.

Alludit ad illud Stasmi dictum in Trinummo, quod
& in Pisonem iecit Cicero, Ratio quidem hercle ap-
paret, argentum οἰχεται. Georg. Fabricius.

Si nullo alio pacto, uel foenore. pag. 284.

Particula, uel, quae à libro Palatino abest, recte
omittitur. Nam etiam apud Priscianum li. 15. in opti-
mis libris manuscriptis ea particula non est.

Non, non sic futurum est.

Locus mendosus est apud Priscianum lib. 18. qui
ex nostro Corbeiensi ita emendandus, οὐδὲ τόδε ἐποί-
ησε. atq; οὐδὲ τόδε ἐποίησε pro eodem ponūt Ae-
tici, ex superuacuo duplicantes abnegationem. Ter-
rentius Phorm. Non, non sic futurum est.

Act. 2. Sce. 1. Itane patris ais conspect. pa. 285,

In Commentario Rufini de metris Terentianis ci-
tatur, Itane patris ais aduentum ueritum, & cet. sed
deprauatè.

ANNOTATIONES

En ynquam iniuriarum audisti mi scriptam.
 Iniuriarum dicam scribere est, ποιεῖν γραφήν κα-
 κώσεως. Menander Misogyno,

ὄμνυμί σοι ἥλιον,
 ἢ μὴ ποιήσαι σοὶ γραφὴν κακώσεως.
 Iuro solem tibi,

Iniuriarum me tibi scripturum dicam. Hoc enim
 diligentissimus Grammaticus Priscianus utroq; loco
 citato docuit lib. 18. ubi in libris impressis pro, ἢ μὴ
 ποιήσαι, quod est perspicue in Corbeiensi, mendose
 legitur, εἴ μὴ ἔλθοις εἰσεῖν. Sed de hoc aliàs.

Et sapiunt mea quidem sententia.

Versus est hypercatalecticus, nisi tollatur, quidem,
 quod Georg. Fabricius omisit.

Lautum è balneis.

Georg. Fabricius legit, lautum à balneis. Sic Plau-
 tus Persa, Lautū credo à balneis iam hic adfuturum.

Hæc quum ratione ineas.

Rationem, quod est in palatino, magis placet: nam
 ita quoq; citat Victorius Variar. lectio. lib. 5. ca. 20.
 ubi inter reliquos uersus Menandri etiam hunc ad-
 ducit, τὸ γὰρ φέφορ με, τὸ τ' ἐγὼ κρῖνω θεόν.

Nam quod me alit, id ego plane iudico deum.

Scen. 2. Quin tu hoc age. pag. 287.

Antiqua, quin tu hoc ages, quod probat Geor. Fab.

Ipsum esse opinor, de quo agebam.

Hic uersus septimus huius scenæ est etiam in uete-
 re Veneto, in alijs octauum locum obtinet.

Etiam

IN PHORMIONE M.

Etiā me ultro accusatum. pag. 288.

Non est dubium, quin Interpres, etiam me, legerit, ut obseruauit Riuius. Sunt tamen, qui recipiant, etiamne. Cui opera uita erat, ruri fere Se conti.

Ita hæc leguntur apud Priscianum lib. 15. Sex. etiā Pompeius huius loci testimonio probat dicēdum esse ruri esse, non rure.

Abi in malam crucem.

Verbum, abi, uersui nihil officit, qui loco quarto habet creticum. Interpres tamen id agnoscere non uidetur, qui, in malam crucem, aduerbialiter dici an^a notauit.

Ob hanc inimicitias caperem in uostram fami.

Particula, ob, ut uidetur, est extra uersum. Alij pro uostram, scripserant, nostram, putantes id quod sequitur, Quam is aspernatur, ad familiam referri. falso: ad ipsam enim puellā refertur. neq; uero se Phormio cognatum puellæ esse fingeat. uostram familiam, aperte legitur in antiquis. Muretus.

Bonorum extortor, legum contortor.

Non dubito quin ita recte legatur, & tamen apud Priscianum lib. 9. in omnibus etiam manu scriptis legitur, Bonorum contortor, legum distortor.

Redige ad memoriam.

Redige in memoriam, usitato genere loquendi est in alijs. In uetere Veneto, ad memoriam, scriptum est.

Eho tu sobrinum tuum non noras?

In Oratore Ciceronis legitur, Eho tu cognatum

M 5 tuum

ANNOTATIONES

euum non noras?

Quid nunc taces? lege.

Hem non dico: quali non noris.

Apud Asconium in Verr. 3. legitur, En, non dico. quod fortassis absq; aspiratione fuit, Em, non dico.

Id quod lex iubet, lege. pag. 290.

Ciuem ubi abulu' sis.

Erasmus & Riuius legunt, itidem ut meretricem ubi abusu' sis. Lolgius, ciuem item ut meretricem ubi abusus sis. Sed ita senarius non constat. Goueanus scripsit, ciuem item ubi abusu' sis.

Nam tua Præterierat iam ducendi ætas.

Ita emendati ex ueteribus libris; cum in alijs esset, ad ducendum: Muretus.

Iplum prohibebo domo.

In alijs omnibus est, prohibeo. pag. 291.

Quin quod est ferundum fers?

Sic etiã Lolgius. Goueanus scripsit, fer. a lij feras.

Scen. 3. Suus cuique mos. pag. 292.

Verbum est, quod Riuius sustulit, uersus respuit, & in manuscriptis libris Prisciani nõ legitur, li. 17.

Act. 3. Sce. 1. Enimuero Antipho. pag. 293.

Huius scenæ quatuor primi uersus in alijs libris sunt catalecti, in nostris acatalectici, ut sequentes.

pag. 294. Nunquid patri subolet?

Sæpe equidem miratus sum, qui fiat, ut in Prisciani libris etiam antiquis omnibus legatur, nunquid subolet

IN PHORMIONEM.

subolet patris? Neq; is casus huius uerbi est. Plautus
Casina, Subolet hoc iam uxori, quod ego machinor.
Idem Pseudolo, Atq; id iam pridem sensi ego, & sub-
olet mihi. Heu Phormio.

Eu Phormio, legendum. Sic enim Agrætius, Heu
interiectio dolentis est, eu laudantis. Terentius, Eu
Phormio. Scen. 2. pag. 295.

Logi. Ph. Crede mihi.

Logi, inquit Nonius, à græco λόγοι sermones, uel
dicta ridicula & contemnenda. Cicero pro Gallio,
Ego te certe scio omnes logos, qui ludis dicti sunt,
animaduertisse. pag. 296.

Tu mihi cognatus, tu amicus.

Interpres quartum, tu, agnoscit, in quo sermo ab-
rumpatur. Itaq; in alijs libris ita legitur, Tu mihi co-
gnatus, tu parens, tu amicus, tu. D. garris modo. ut sit
iambicus acatal. uel trochaicus hypercatalecticus.

Et meam ductes gratis. lege.

Ponitur autem ductare in obscena significatione.
Plautus Menæchmis. Nisi feres argētum frustra me
ductare non potes. Nam neque ut amittā à me:
Ruius et Goueanus legunt, Nam neq; quo amita-
tam. idemq; ex libro Werteri sui probat Georg. Fa-
bricius. pag. 297.

Et illo cum ut mutet fidem.

Hanc anastrophen flagitat uersus, qui in alijs li-
bris claudicat.

Tum tu præterea horum amorem.

Goueanus

ANNOTATIONES

Goueanus hoc modo uersum suppleuit. Geor. Fabri-
cius è palatino legit, Tum præterea horūc amorem.
Minime, dum ob rem. pag. 298.

Impuri hominis impura oratio est, ut illa apud
Sophoclem,

ῥ κέρδος ἢ δὴ καὶ ἀπὸ ψευδῶν εἶν.

Est suaue lucrum, quamuis è mendacijs. Sce. 3.

Qui me dudum, ut dixti, adiurit. pag. 299.

Qui legebant, adiuuerit, non animaduertebant,
uersum ὑπὸ ῥ κείλιον fieri. ut autem hic adiurit, pro
adiuuerit, dictum est. sic apud Ennium, adiuro, pro
adiuero. O Tite, si quid ego adiuro, curāue leuasso.
ubi uulgo perperam legitur, adiuto. Muret.

Ignotum abducat locum. pag. 300.

In ignotum abducat locum, legendum. meis, autem
in unam syllabam contrahitur.

Dum igitur licet, dumque adsum.

Sic est in libris antiquis, nec aliter citatur à Priscè
ano. Quare uox, diem, quæ uulgo additur, non sine
causa à Mureto omissa est sine detrimento carminis.

Dij bene uortant, quod agas.

In palatino non Getæ, sed Antiphoni ascribuntur
hæc uerba, qui primum bene ominatur Phœdriæ, de
inde opem illi à Geta petit. Georg. Fabricius.

Aufer te hinc.

Georg. Fabricius secutus auctoritatem quorundā
librorum antiquorum duas postremas uoces sustulit.

Act. 4. Sce. 1. Si cui tulero extraneo. pag. 302.

Ita

IN PHORMIONE M.

Ita est in antiquis omnibus. at alij fecerant, extra de
rio, quam uocem ego quidem latinam non puto. Mur.

Neque defetiscar usque adeo.

Sic est in uetere Veneto. Apud Priscianum lib. 10.
& 18. legitur, Neq; defetiscar usq; adeo experirier:
neq; defetiscar est, ὅτε ἔξατον ἡσοῖμι ἄν, interprete
Prisciano. Scen. 2. pag. 303.

Sed eccum; quis est ulterior?

In omnibus fere libris est, Sed eccum ipsum. quo
Terentius libenter utitur, ut in Eunu. act. 4. scen. 5.
Sed eccam ipsam uideo. quod si retineas, d, in sed elia
detur. Scen. 3. pag. 304

Venire saluum uolup est.

Interpres legit, uolup est. Plautus Asinaria, Hic se
nex si quid clam uxorem suam animo fecit uolup.

Noua hic compluria.

Compluria ueteres dixerunt: posteriores, complu
ra: quo de Charisius ex Plinio. Cicero etiam in Prota
gora dixit, Confirmandi genera compluria, ut anno
tauit Interpres: uerum quæ uerba Platonis Cicero ita
expresserit, dictu non facile est. pag. 305.

Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.

Aliter, sed pecunia. sic in Heaut. act. 3. sce. 1. Non
nunc pecunia agitur. & sanè, res pecuniæ inusita
tius est. Georg. Fabricius.

Quid? nimium: quantum libuit.

Celsus, nimium quantum, accipit pro nimium, ue
mirum quantum, incredibile quantum. Licet quidem
si

ANNOTATIONES

sic legant, inquit, ut nimium seruus dicat, quantum. uero senex. Hæc Charisius lib. 2.

De. hoi hu. pag. 306.

Hoi hui, legendum, ut hui iambum efficiat.

Sexcentas proin potius scribito.

In dimetiendo uersu, proin, contrahitur in unam syllabam. In alijs est, proinde, quod quidam prorsus tollunt, alij id quidē retinēt, sed, iā redundare putāt.

Scæ. 4. Emunxi argento senes. pag. 307.

Emungi ex manifesta significatione manare Nonius scribit hoc loco citato. Plautus Bacchid. Sic miserum me auro esse emunctum. Eodem modo Græcos Comicos uerbo ἀπομύττειν usos legimus.

Quid ego narro?

Quid ego narrem? est in omnibus libris, nec aliter scripsit Muretus.

Huic mandes, qui te ad scopulum.

Nihil addidi, nihil detraxi, nihil immutavi: sed quod in meo uetere libro erat, quia sine ulla dubitatione uerum putabam, quā potui fidelissime expressi. Mur.

Quid minus utile fuit. pag. 308.

Legendum utibile, pro utile, quod incorruptum in uulgatis mansit, ut annotauit Georg. Fabric.

Enim non ducet.

In alijs, in quibus legitur, non enim ducet, uersus non constat. Enim confirmatis particula etiā in principio ponitur, ut in Hecyra act. 2. scæ. 1. Enim lassam oppido tum aiebant.

Spatium

IN PHORMIONEM.

Spatium quidem tandem adparandis nuptijs.

Palatinum, adparandi nuptias, cui respondent sequentia, uocandi, sacrificandi. Georg. Fabric.

Interea amici, quod polliciti sunt.

Hunc quoq; locum e suo libro emendauit Muretus: cum in alios omnes e glossemate aliquo irrepsisset uox argentum. Emendauit eodem modo Georg. Fabricius e Palatino. Scen. 5. pag. 309.

Quin mihi testes adhibeam Cum dem.

Legitur in quibusdam, Cui de, quod sequentia respicit.

Prius quam hinc abit.

Sic etiam Goueanus: alij, prius quam hinc abeat, ut sit uel tribrachys pro iambo, uel, abeat, in duas syllabas contrahatur. Quid, malum, tua id refert.

Tua in unam syllabam contrahitur, & eliditur. qui aliter hac collocant, ij uersum non facile explicare poterunt. Ne se eiectam putet. pag. 310.

In alijs est, Ne se eiectam predicet: sed uersus non patitur. quare Goueanus etiam recepit, putet.

Actus 5. Scena I.

Huius scene uersus omnes sunt iambici octonarij partim catal. partim acatal. quibus unus senarius, & unus trochaicus octonarius catalect. permixti sunt, ut quidem Muretus & Goueanus distinxerunt.

St. S. quid has metuis fores? pag. 311.

De hac silentij nota, st, diximus in And. act. 4. sc. I.

Antiphonine? S. hem isti ipsi. pag. 312.

Ruius secutus quaedam exemplaria legit, Antiphonine

inquam

ANNOTATIONES

inquam? idq; esse in uetusto codice annotauit Glare.
Offendi adueniens quicum uolebam.

Adueniens hic significat *πρῶτον μὲν*, & habet præteriti temporis significationem, ut docet Priscianus lib. II. ubi, & ut uolebam, legitur: sed si atq; retineatur, elegantissimus est iambicus, habens locis imparibus spondaem, & paribus iambum.

Scen. 2. Ut malos expediat esse. pag. 313.

Palatinum, ut malis expediat esse. In Heaut. act. 2. scen. 4. Nam expedit bonas esse uobis.

Abi Geta: prænuntia. pag. 314.

Georg. Fabricius ex libro ueteri legit, Tu Geta abi. Vorsuram soluis.

Et uorsura, & uorsuram legitur: item soluis, & solues. Goueanus censet, rectius scribi uorsura, quam uorsuram. Cicero epist. li. 5. Att. Ut uerear, ne illud, quod tecum permutavi, uersura mihi soluendum sit. Scena 3. pag. 315.

Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina.

Rebus uilioribus multo, id est, cū multo maior annonæ uilitas erat, tamē ex fructibus prædiorū bina talenta capiebat. Nam rebus uilioribus dictum est, ut apud Ciceronem, Bonis rebus, Saluis rebus, Secundis rebus: & apud Cæsarem, Florentissimis rebus. Bina uero talenta, non duo, recte dici omnes uident.

Adduci non potest. De. quid non. pag. 316.

Manuscripta habent primum, Abduci non potest: de inde, qui non potest, pro cur, uel quare. Geor. Fabr.

Vide

IN PHORMIONEM.

Vide, ne in cognatam pecces.

Georg. Fabricius ex antiquis legit, *Caue ne in cognatam pecces. Sic Eun. act. 4. scen. 6. At enim caue, ne prius, quàm hanc à me accipias, amittas.*

Neque intelliges.

In quibusdam antiquis mutato tempore legitur, *intelligis. Apud Nonium, qui hoc loco docet, concedere, esse credere, & consentire, intelliges legitur.*

Itane paruum mihi fidem. pag. 317.

In quibusdam legitur, *Itane parum mihi fidem. ut in Eun. act. 1. sce. 2. Forsitan hic mihi parum habeat fidem. Sce. 4. pag. 318.*

Paulo mederi possis.

Apud Priscianum lib. 8. *mendum est in omnibus libris, in quibus legitur, Quas cum res aduersæ sient minus mederi possis. Nam li. 18. legitur, paulo mederi possis.*

Me euoluere ex his turbis.

In Eun. act. 4. sce. 4. *Et te omni turba euoluis. In libro Georg. Fabricij & Lollij est, exoluere.*

Ni mihi esset spes ostensa.

Georg. Fabricius, ostenta, probat è Palatino. Apud Priscianum. lib. 15. *legitur ostentata. quod tametsi in plerisque Terentij libris etiam inueniatur, tamen propter uersum non placet. Sce. 5.*

Propria ea Phædria ut poteretur. pag. 319.

Poteretur, in tertia coniugatione recte legitur, *approbante uersu. Ouidius lib. 13. Metam. Tuq; tuis*

N armis

ANNOTATIONES

armis, nos te poteremur Achille. Sic enim à Prisciano etiam adducitur.

Te suam rogavit rursus ut ageres causam.

Interpres distinguit post uerbum, ageres. Et in suam, intelligens partem, causam refert ad sequentia Annotauit hoc Riuus. Scen. 6. pag. 320.

Sed ego nunc mihi cesso, & cet.

Sic esse in Palatino scribit Geor. Fabricius, idemq; Bembus probauit. Glare. ex alijs quibusdã libris legit Sed mihi nũc cesso, qui non humerũ hũc exonero palio. Sane, onero, est in omnibus Interpretũ editionib. Pergit: hercle nunquã tu tuo odio. pag. 321.

Georg. Fabricius ex libro Werteri legit, Pergin' hercle nunquam. Interpres indicat fuisse, qui legerent Et distinguerent, Pergis hercle: nunquam tu tuo odio, & cet.

Curialis uernula est, qui me uocat.

Solus Muretus has uoces, quæ in omnibus alijs libris desiderantur, ex uetere Veneto restituit. Carminis trochaici ratione hanc lectionẽ comprobari, equidem omnes uidere confido. Verba sic accipio, ut Geta festinans, minis uolens deterrere eum à quo reuocabatur, primum aperte dicat, Vapulabis: deinde illum, à quo sic reuocetur, curialẽ uernulam esse apud se pronuntiet. Iam, curialis seruus, cũ publicus esset, quippe qui curiæ, siue Καρία , tertiæ parti tribus apud Athenienses, seruiret, atq; ministraret, plus sibi auctoritatis Et imperij uendicabat. Geta tamen eum
contemnens

IN PHORMIONEM:

contemnens non seruum, immo ne uernam quidem
sed uernulam uocat.

Quid minitat malum.

Non credo errare eos qui ita legunt, cum & car-
minis rationem habeant, & ueterum librorum aucto-
ritate nitantur. Minitas et minitabas Nœuiū ac Plau-
tū dixisse No. Marcellus obseruauit.

Pone apprehendit pallio. pag. 322.

Plautus Epidico, Quis properantē meprehendit
pallio? Idē Milite, Quæ here pallio me reprehēdere.
Patrius interea inde huc egreditur. pa. 323.

Georg. Fabricius ex notis libri antiqui legit, Pa-
trius interea intus egreditur foras. Verum cum uul-
gata lectio bene habeat, ex unius libri dubia nota ni-
hil statuimus.

Tantam fortunam de improviso.

Vulgo hic nouam scenam fecerunt, cum in uetus-
tis omnibus hæc superioribus sint annexa.

Sed hinc concedam in angiportum hunc.

Ita legendum esse admonet Priscianus lib. 6. & ita
legitur in meo manuscripto, & in uno Antoniano-
rum. Muretus. Scen. 7. pag. 324.

Heus, quanta quanta hæc mea paupertas eⁿ.

Ita legendus est hic locus ex libro Petri Beni,
& ex libro Bernardini Lauredani. Quanta quanta,
id est, quanta cunq;. Sic in Adelphis act. 3. sce. 4. Tu,
quantus quantus, nihil nisi sapientia es.

Tum autem Antiphonem video. pag. 325.

N 2 Ita

ANNOTATIONES.

Ita legitur hic locus etiam in nostris antiquis codicibus Prisciani li. 10. ubi de uerbo, inquit disputat.

Quod? nã ego perscripsi porro illis.

Tu cum Georg. Fabricio rectius leges, Quodne ego perscripsi porro illis. Sic in Andr. act. 4. sce. 3. Quemne ego heri uidi ad uos adferri uesperis?

I hinc in malam crucem.

Riuius legit, I hinc malam rem. in quo non fit elisio. pag. 326.

In ius? enim uero si porro esse odiosi.

Quid de illo, in ius, faciam nescio. nam et uersum pede uno, quàm par est, longiorẽ facit: et tamen neq; repetitio illa inuenusta est, & legitur in omnibus antiquis libris. Muretus.

Et eam clam educat.

Legitur etiam, educit. quo uerbo Terentius alibi quoq; usus est. & annotauit Interpres in Adelphos, ueteres educere dixisse, quod nos educare.

An tu, ubi peregre. pag. 327.

Io. Riuius, & Georg. Fabricius legunt ex antiquis, Ain' tu.

Venias nunc precibus lautum.

In antiquis est, Venias nunc mihi. sed cum uersus utrunq; non recipiat, sunt qui sublato aduerbio legant, Venias mihi precibus lautũ. ego nihil de cerno.

Lacrumis si extillaueris.

Ita etiam Lolgius recte distinxit, ut ex Interprete perspicuum est.

Enim

IN PHORMIONE M.

Enim solu' nequeo.

Ita esse in Palatino annotavit Georg. Fabricius. Interpres legit, Etenim solus nequeo. & uult, etenim, positum pro at. pag. 328.

Veloculum exculpe: est ubi vos ulciscar probe.

Sic emendat Bembus. in omnibus tamen antiquis reperio, ut in impressis, est, ubi uos ulciscar, locus. Hæc Muretus. Priscianus lib. 16 hunc uersum ita adducit, Vel oculus excludere: est ubi uos ulciscar locus. Excludere, non exculpe legi in antiquis Riuus & Georg. Fabricius annotarunt. Scen. 8.

Qui nominat me.

Ita est in libro Lauredani, & in duobus Antonianis, melius, & magis ad antiquorum consuetudinem, quam, ut in alijs, Quis. Muretus.

Quid nunc obticuiisti?

In meo, & in uno Antonianorum pro, obticuiisti, legitur obstupuisti. Muretus. pag. 329.

Me cum hoc ipso distædet loqui.

Apud Charisium legitur, me cum hoc pol distædet loqui. Quod sequitur, Hæcine erant itiones crebræ. ibi, hæcine, pro hæcine positum est, ut annotavit Interpres in Eun. act. 3. scen. 5. pag. 330.

Qui fit in re hac scrupulus?

Ita est etiam in libro Goueani, & Lollij. Riuus legit, qui fuit in hac re scrupulus. Exequias Chremeti, quibus est commodū ire, hem tempus est.

ANNOT. IN PHOR.

Hoc Muretus in duobus manuscriptis inuenit, idemq;
è Palatino probat Georg. Fabricius. in alijs legitur,
iam tempus est: sed hoc uersus ratio repudiat.

At meo merito credo.

Georg. Fabricius legit, An meo merito, è Palatino.
Riuus utriusq; lectionis meminit. In sequenti uersu
Muretus è suo manuscripto, & altero Lauredani
emendauit, qualis in istum fuerim. pag. 331.

Adeo' indignum tibi uidetur.

In alijs est, adeo hoc indignum. quod etiam in uer-
su locum habet.

Satin' id est tibi?

In alijs libris, in quibus legitur, Satis tibi est? uersus
claudicat: cui ut Goueanus consuleret, scripsit, Est
tibi satis? pag. 332.

Et quod tuo viro oculi doleant.

Qui aspectu molestiam capit, illi oculi dolere di-
cuntur: ut si Chremes spectaret secum accubantem
Phormionem, qui flagitia ipsius patefecerat uxori.
Plautus Asinaria, Pietas pater oculis dolorem pro-
hibet. id est, pietas facit, ne mihi molestum sit, quod
uideo te cum amica mea accubantem. Lege Victoris
um Varia. lect. lib. 2. cap. 5.

M. ANTO

M. ANTONII MURETI IN

Hecyram Terentij

ARGUMENTVM.

PAMPHILVS, Lachetis è Sostrata uxore
filius, Bacchidem meretricē deperibat. is cum
aliquando noctu ad eam temulentus iret, in philume
nam, Phidippi, & Myrrhinæ filiam, incidit, eamq; in
uia per uim compressit. atque ita effugit, ut neque
ipse eam, neque puella ipsum cognoscere potuerit. in
illa autem lucta etiam anulum ei detraxit, eumq;
Bacchidi dono dedit. paulo post pater eum, tum ut à
meretricio amore auerteret, tū ut præsiidiū suæ sene
Æuti pararet, ad uxorem ducendam perpulit. conti
git, ut ea ipsa uxor ei daretur, quam ipse constupra
uerat: gaudente admodum puellæ matre, quæ, quia
sola conscia erat filiā è stupro grauidam esse, quam
primū eam collocare properabat: ut, si forte post al
quot menses pareret, nuptijs, quemadmodum sæpe
fit, obtegeretur stuprum. cecidit res longe aliter, ac
putabatur. etenim Pamphilus, qui inuitissimus adie
cisset animum ad rem uxoriam, quiq; auellere se de
repente à Bacchidis amore non posset, ita dormiit
cum uxore, ut eam ne attigerit quidē. Bacchis, quòd,
ea uiua nunquam se uxorem ducturum, sæpe ei pro
miserat Pamphilus, non nullam sibi ab eo factam in
iuriam putans, multo ei minus, quàm solebat, placida
& obsequens esse cœpit. eo factum est, ut Pamphilus

ARGUMENTVM

ei se paulatim subduxerit, quamq; prius spernebat uxorem, eius mirificum quēdam amorem animo conceperit. interea quiddam accidit, ut iter Pamphilo in Imbrum esset. profecto eo, Philumena, quę intumescere sibi uterum sentiret, cum aliorum, tum socrus in primis suę conspectum refugiebat: tandem cum in eo esset, ut celare uix posse amplius uideretur, sumpta occasione, per sacrificandi speciem, ad matrē se, unam omnium rerum consciam, confert. post dies complusculos mittit Sostrata, qui eam accerferent. respondetur, egrotam esse. it, ut eam saltem uiseret. non admittitur: Phidippus accusare uxorem, & dicere, hæc omnia illius culpa contingere. illa contra excusare se, & culpam deprecari: nullius se rei consciam esse, cur sua consuetudo nurui odiosa esse debeat. interea redit Pamphilus. atque ita sors tulit, ut quo die ipse Athenas appulit, eo ipso, Philumena partu leuaretur. cū igitur, uidendi cupidus (egrotare enim acceperat, & ita amabat, ut qui uehementissime) subito ad eam ingressus esset, peperisseprehendit. ibi eum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrumans obtestari cœpit, quando eares nihil ipsi nocitura esset; ne reciperet quidem uxorem, si ita uideretur: sed tamen ne famam illius proderet. ita se facturum recipit. cum igitur neque uellet uxorem recipere, neque rursus ueram afferret causam: suspicati sunt senes, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de causa ab uxore abhorrere. accersitam itaque Bacchidem

dem obiurgat Ph
betur ad malicia
cionem adimere
to, quem olim Ph
philus is annalis
philo Philamena
& uxorem & fil

A N
In Prolog.
In funamib
Funambulū M
dixit, quem Graec
Quislohan
Aduerbiū, nun
lege, que so hanc n
Partim sum
Atque
Interpres prop
non legit, sed intel
& Georg. Fabrici
loco sit ceticus.
Comitum
In alijs est, strep
& exponit, certan
cet. Cicero Philip
illo apparantissimo
huerit ab hunc

IN HECYRAM.

dem obiurgat Phidippus. ea, cum se illi purgasset, iubetur ad mulieres ingredi, & eis quoque illam suspicionem adimere. ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenæ ereptum, sibi dederat Pamphilus. is annulus effecit, ut, uitiatā esse ab ipso Pamphilo Philumenam, cognosceretur. Latet Pamphilus & uxorem & filium recipit.

ANNOTATIONES.

In Prolog. pag 334.

In funambulo animum occuparat.

Funambulū Messalla Coruinus primus latinorum dixit, quem Græci $\chi\omicron\iota\nu\omicron\beta\acute{\alpha}\tau\lambda\omega$ uocant.

Quæso hanc nescite. pag. 335.

Aduerbiū, nunc, omittendum non uidetur. quare lege, quæso hanc nūc nescite. in, cognostis, s, eliditur.

Partim sum earum exactus, lege:

Atque ab arte musica.

Interpres præpositionem in hoc tertio commate non legit, sed intelligit. Annotarunt hoc Glareanus & Georg. Fabricius. potest etiam retineri, ut quarto loco sit creticus.

Comitum conuentus, studium.

In alijs est, strepitus. sed Interpres, studium, legit, & exponit, certamen diuersis fauentium. quod placet. Cicero Philip. I. Qui ludis suis ita caruit, ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus R. tribuerit absenti.

N S Et

ANNOTATIONES
Et silentium Date.

Date ad penultimum uersum pertinet, in quo, alijs, dissyllabum est. Glareanus, qui, date, ad antepenultimum retulit, putauit pronomen hanc, tollendum esse, uel, capite, pro, accipite, legendum.

Act. I. scen. I. Hem duxit. pag. 337.

Lolgius, En duxit. quicum facit Interpres, & libri nonnulli olim impressi.

Quem quem naeta sis.

Varie hoc loco scribitur: in quibusdam est, quemquam: in alijs, quęcunq;. Geor. Fabricius legit, quenq; nobis placet, quem quem, pro quęcunq;. Plautus Menæchmis, Omnia mala ingerebat, quem quem aspexerat. Taliq; sunt, quę quę, quanta quanta, ubi ubi, ut ut.

Scen. 2. pag. 338.

Nullus dixeris.

Nullus auctore Charisio hic aduerbium est, pro non. Plautus Trinummo, At tu ædepol nullus credas. Idem Rudente, Fortasse tu huc uocatus es ad prandium, ille, qui uocauit nullus uenit. Cicero epist. 24. lib. II. Att. Philotimus nullus uenit.

Dic mihi Philoti, ubi te oblectasti.

Pronomen, mihi, quod est in uetustis, non recte ab alijs prætermittitur. Philotis autem cum græcum sit, uocatiuum quoq; græcum seruat, ut illi similia alia, de quibus Priscianus lib. 7.

Sed quid negoti hoc? pag. 336

Ita scripsit etiam Lolgius. Goueanus legit, Sed
quid

IN HECYRAM.

quid negoti est, modo quod narrauit mihi. Sed, modo
quæ, legendum est, ut sit qualia & quanta, inquit In-
terpres.

Ita me dij bene ament.

Ita reperio in omnibus antiquis libris. Interpres
tamen legit, amabunt: quod si recipias, aut delenda
erit uox, te, aut non constabit uersus. Hæc Muretus.
Riuus omisso aduerbio, bene, legit, Ita me dij ama-
bunt. pag. 340.

Senem se dicere esse.

Hoc modo constat senarius, qui in alijs libris iusto
lōgior est. quare Glareanus alterum, esse, alij, autem,
sustulerunt.

Pudorin' an' ne amor.

Ita scripsit etiam Goueanus. si, pudori, legas, tum
i corripietur, non elidetur.

Vt ipsam Bacchidem, Si adesset.

Pacuuianum hoc est, qui inquit, Si Priamus adesset,
& ipse eius commiseresceret. Georg. Fabricius.

Vna adoleiscens cubuerit Plus potus..

Hanc lectionem ex antiquis restituerunt Bembus,
Riuus, & Georg. Fabricius. eademq; est apud Pri-
scianum lib. 9. ubi docet, potus, hic esse, ὁ πικρῶς.
Hoc amplius Fabr. e Palatino legit, se illac abstinere.

Me solum seducit foras. pag. 341

Nauus præcone posteriore, Dedita opera te præ-
ter solum seduxi foras. Georg. Fabricius.

Ambarum mores earum estimans.

In alijs

ANNOTATIONES

*In alijs est, existimans: sed uersus aestimans, probat.
& uix credas, quoties hæc uerba in libris inter se lo-
cum commutarint.* pag. 342.

Partim victus huius iniuria.

*In alijs est, huiusce iniurijs. Sed quis non uidet,
ὁμοίον ἢ ὠτόρον elegantius esse, misericordia, iniuria?
Moritur cognatus senex Horunc.*

*Horunc, nõ horum, postulat senarius, atq; ita Bem-
bus legit.*

Vbi ibi est dies complureis.

*Hæc uera est huius loci lectio, quam Goueanus
quoq; recepit. Nam si legas, ut est in alijs libris, Vbi
illic dies est complureis, uersus non constabit.*

It uilere ad eam.

*Sic Plautus Milite. Vise ad me intro, iam scies.
Idem Menæchmis. Nunc ad eum inuiso. sed aperitur
ostium.* Act. 2. Scen. 1. pag. 344.

Post modo rescisces.

*Legitur, & postmodum, & sane utroq; modo
hoc Latinos extulisse notum est ijs qui bonos aucto-
res legunt.*

Suos cui liberos committerent.

*Quemadmodum Terentius hic unam filiam libe-
ros uocat, sic Cicero in orat. de Prouincijs cons. de
Cæsaris unica filia loquens, iucundissimos liberos dicit.*

Quam illi ubi sum alsidua. pag. 345.

*Illi, pro illic postulat trochaicus. Passim autem hoc
aduerbium in libris uulgaribus deprauatum fuit.*

Idco

IN HECYRAM

Ideo quia, uti uos mihi domi eritis. & cet.

Hoc est, qualis uestra uita hic in urbe est, talia ego ruri audio. ita si uos recte uixeritis, bene audio: sin prauè, male. Itaq; perfecta sententia est sine uoce, fama, quam uulgo reclamante etiam uersu addiderunt. Goueanus pro suo acumine eam superesse uidit, ac sustulit. pag. 346.

Visentem te ad eam intromittere.

Geor. Fabricius legit, introadmittere. Sic infra act. 3. sce. 1. Here nemo uoluit Sostratam intro admittere. Scen. 2. Ex hoc iam scibo quid sit. pag. 347.

Aliter, hinc iam scibo, quod uersui melius conuenit, qui secundo loco habet creticum, & tertio iam-bum sine elisione, ut annotauit Georg. Fabric. Glareanus hic à libris discedens legit, Atq; eccum ipsum optime uideo, ex hoc quid fiet iam scibo.

Esse ego meis omnibus scio me.

Ex uetustis Terentij libris, & Charisio legendū, Etsi ego meis me omnibus scio esse apprime obsequentem. In uersu nihil redundat, cui $\text{C}\omega\iota\text{'}\text{Z}\eta\sigma\iota\text{s}$ succurrit. Caius autem Iulius Romanus notauit hic $\alpha\upsilon\tau\epsilon\ \chi\acute{o}\lambda\alpha\ \delta\omicron\upsilon\pi$ esse, ubi particula etsi, nō redditur tamen. Io. Pierius in illud Virgilij lib. 2. Georg. Flos apprima tenax, scribit in antiquo Terentij codice manuscripto legi, Etsi ego meis me omnibus scio esse adprimam obsequentem pag. 348.

Aliud fortasse alijs uitiij est.

Manuscripta numero singulari, Aliud fortasse alij uitiij

ANNOTATIONES

utij est. si quis tamen *ῥυιχῶς* accipiat, & numeri
mutationem reprehensionis causa factam uelit, non
male sentit. Georg. Fab. Scen. 3. pag. 349.

Ædēpol ne nos & que sumus omnes inuisē *uiris*

Duas uoces, inique, & omnino, quæ in alijs erant,
eo *Muretus* se sustulisse ait, quòd neque erant in ullo
ueterē libro, & corrumpebant uersum. Huic autem
querelæ, qua utitur *Sostrata*, affinis est illa *Creusa*
apud *Euripidem* *Ione*:

τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερὴ πρὸς ἄρσενας,
καὶ τὰς κακῶσιμὰι γὰθαί μεμυγμένας
μισοῦ μὲν. οὕτω δυσυχῆς πεφύκαμεν.

Conditio mulierum misera est apud uiros,
Et nos bonæ permixtæ pessimis sumus
Inuisæ. tanta miseria à natura inest.

Act. 3. sce. 1. Nam nos omnes, quibus, lege.

Aliquis obiectus est labos. pag. 351.

Labos molestiæ, ægritudinis & doloris significa-
tionem habet, ut apud Græcos πόνος. unde πονεῖν di-
citur, quem labor attingit. *Euripides*,

ἔφυ μὲν ἔδεις, ὅστις οὐ πονεῖ θεοῖσιν.

Mortalis nemo est, quem non attingat dolor, ut
conuertit *Cicero* *Tuscula*. 3.

Læuia sunt hæc, quæ tu pergrauia.

Pronomen, hæc, non est tollendum propter uersum,
qui est iambicus octonarius acatal sicut præce-
dens, & sequentes ordine permulti.

Quid

IN HECYRAM.

Quid restat, nisi porro ut fiam miser?

Hoc magis Terentianū esse, quā si legatur, Quid restat porro, nisi ut fiam miser? annotauit Georg. Fabricius. pag. 352.

Hoc quidem hercle paruum est.

Ita legitur etiam in Goueani libro. In alijs est, Haud quidem hercle paruum est, & in nonnullis, paruum: sed paruum, à uersu magis probatur.

Tace. trepidari lentio.

Georg. Fabricius è Palatino sic emendat, ut uerbum, tace, Pamphilus ad seruū dicat, reliqua deinde Parmenonis sint, donec rursus silentium illi imperet Pamphilus, Noli fabularier.

Qui dum? Pam. perij. pag. 353.

In alijs libris est, quia perij: sed ratio carminis repugnat.

Profecto Parmeno me celas.

Legitur etiam, celant. quod esse in Palatino testatur Geor. Fabricius. Sententia utrūq; admittit: quam à libris antiquioribus libenter sto.

Quonam modo Philumena mea nunc te. lege.

Scena 2. Dijs gratiam habeo. pag. 355.

Ita emendavi ex uno Antonianorū. nam quomodo erat in ceteris, dijs habeo gratias, uersus efficiebatur catalecticus, quem catalecticum esse, ut ceteros, multo uerisimilius est. Muretus.

Nam si remittent quippiam Philumenæ dolo.

Philumenæ legit Interpres, itaq; bis adductum à
Rufino

ANNOTATIONES

Rufino in Commentario in metra Terentiana, & à Diomede lib.3. inuenitur. Verbo remittendi Cicero hoc modo usus est in Bruto, de C. Sextio Caluino; qui etsi, cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis, tamen id non saepe faciebat. Plato νόμω μ. θ. ἢ ἔαρ μὲν σοι σφῶντι ταῦτα λυφῶ πὶ τὸ νόσημα. Si, cum hæc facies, morbus quippiam remittet.

Meliuscule est.

Cicero epist. I. lib. 16. Fam. Volebam ad te Mariōnem remittere, quem, cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres. In alijs hic legitur, meliuscula est. Sce. 3.

Id quod me repente aspexerant. pag. 357.

Sic est uulgo in omnibus Terentij libris. sed Geor. Fabricius monet è Palatino legendum, Id quod de repente aspexerāt. Vsi sunt eo aduerbio omnes ueteres, Ennius, Turpilius, Afranius, Næuius, Accius, Pomponius, Varro. Vtitur etiam Cicero, & ipse Terentius in hac eadem fabula actus 4. scena 1.

Forte vna illarum interea propere.

Ex Prisciani libro 10. legendum, Vna illarum interea propere præcucurrit. Nam præteritum ille hic geminat, & uox, forte, redundat.

Iam ut limen exirem, ad genua accidit.

Plutarchis Gracchis, Ἐξίοντι δὲ αὐτῷ πῶπι τὰς θυρῶν ἢ γυνὴ πρὸς πῖπῳ, id est, Cum limē exiret, uxor illi ad genua accidit. Cicero epi. II. li. I. ad Att. Ad pedes omnium singillatim accidente Clodio, ut Coss. populū conhortarentur ad rogationem accipiendam.

Omnia

IN HECYRAM.

Omnibu' nobis ut res dant sese.

Sententiam Homeri, quæ apud Interpretem desideratur Muretus & Georg. Fabricius ascripserunt ex lib. 18. Odysseæ:

τοῖος ἂν νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἡμᾶρ ἄγχοι πατρὸς ἀνθρώπων τε θεῶν τε.

Semper enim talis mortalibus insita mens est,
Ipse pater qualem profert hominumq; deumq;.

Quæ quæ fors fortuna est. pag. 358.

In alijs omnibus mēdose est, Quæq; Nam, quæ quæ est quæcunq; sicut de, quem quem, supra diximus.

Animo esse amico lensti eam.

Sensti, pro sensisti, postulat trochaicus. Qui sensisti legunt, eam in unam syllabam contrahunt.

Consuetudoque tenet. pag. 359.

Lege, consuetudoq; eiu' tenet, ut est in quibusdam libris: aut, consuetudo quinq; syllabarum erit: secus enim carmen non constat. Scen. 4.

Tantum, quam re ipsa. pag. 360.

Tantum, quantum re ipsæ, in quibusdam legitur, ut quarto loco sit creticus. Inuenitur sic etiam apud Nonium Marcellum. pag. 361.

Vt me ambulando rumperet.

Rumpere hic auctore Nonio est defatigare. Lucilius lib. 27. Contemptum cum me ruperint, summa omnia fecerim.

Quid vis dicam?

Interpres legit, Quid uis nuntiem? & in uersu dimetiendo

○

metiendo

ANNOTATIONES

metiendo uerbum, nuntiem, in duas syllabas contrahitur, ut annotauit Riuius.

Ne me frustra illi expectet.

Riuius omisso pronomine legit, Ne frustra illic expectet. itaq; citatur à Nonio, qui huius loci testimonio docet, uolare esse celeriter currere. Sed si illi legas, pronomen uersui nihil officit. Scen. 5.

Haud multum hæredem adiuuant. pag. 363.

Simplex, iuuant, est in uetere Veneto, & primis Interpretum editionibus.

Sibi uero hanc laudem reliquit.

Riuius ex suis manuscriptis legit, relinquunt: ut ad uniuersum genus uoluptariorum hoc referatur. Ita est etiam in Goueani libro.

Ille reuiuillet iam nunquam.

Apud Priscianum lib. 8. particula, iam, non legitur: sed in trochaico est necessaria. pag. 364

Cuius mores toleret sua modestia.

Particula, que, hic ab alijs addita, in uersu locum non habet, & recte à Mureto omissa est. Goueanus scripsit, cuius q; ut tertio loco sit dactylus.

Mane inquam: quo vadis?

Sic etiam Goueanus scripsit. in alijs legitur, quo abis: in quo ut uersus constet non fit elisio.

Quamobrem te orabam.

Quidam libri, ut Georg. Fabricius annotauit, habent, tecum orabam: & tunc, filiam, dissyllabum erit in uersu. Tecum oro, dictio Comica est, qua Plautus

IN HECYRAM.

Bacchidibus, Curculione, & Casina utitur. & Teren-
tius paulo post, Egi atq; oravi tecū, uxore ut duceres
Quia paululum vobis accessit. pag. 365.

Quomodo Ruvius hunc locum emendavit, ita le-
gitur etiam apud Nonium.

Actus 4. Scena 1. pag. 366.

Huius scenæ primi uersus ualde perturbati sunt
in omnibus libris. Muretus ita distinxit, ut primus
sit iambicus octonarius acatalect. secundus catalec-
cticus, tertius trochaicus catalect. quartus iambi-
cus acatalecticus, quintus iambicus quaternarius, sex-
tus iamb. acatal. septimus trochaicus catal. post quē
sequuntur iambici octonarij acatalectici, permixtis
aliquot catalecticis. pag. 367.

Omnes nos celare uolueris.

Legitur etiam, uolueritis, numero plurali, et tunc
loco septimo erit proceleumaticus.

Adeo ne peruicaci esse animo.

Ultima syllaba huius uersus absumitur à prima se-
quentis. illiusq; extrema est prima eius qui illū pro-
xime consequitur. Quamuis causam hunc.

Iam sequuntur trochaici catalectici. quorum non
nulli sunt ambigui, quidā certi iambici. in primo uer-
bum antiquum mauolo est in Palatino, ut testatur
Geor. Fabric. Plautus Asinaria, Nolo ego metui, ama-
ri mauolo mi gnate me abs te. pag. 368.

Et tu sensisti esse in eo Myrrhina.

Sensisti, scripsit etiam Muretus cum alijs. idq; tro-
chaicus

ANNOTATIONES

chaicus flagitat. pag. 369.

Nam cum compressa est gnata.

Citatur hic uersus à Prisciano lib. 10. qui ait eum esse quaternarium iambicū. sed ille τετραμέτρος quaternarios uocat etiam lib. 18.

Simul vereor, Pamphilus ne orata.

In alijs est, Simul uereor Pamphilū, ne orata, quod magis comicum est, ut in Eun. Ego illum nescio qui fuerit. Scen. 2. pag. 371.

Præmium esse positum pietati scias.

Sic Virgilius. I. Aen. Sunt hic sua præmia laudi. Alij, pietatis, legunt, ut sit præmium pietatis.

Nihil iam mi istæc res voluptatis.

Ita uersus bene constat, itaq; est in bonis et emendatis libris: sed Geor. Fabricius legit, Nihil pol iam istæc res, mihi uoluptatis ferunt: & annotat in uersu loco sexto esse proceleumaticum, correpta secunda in nomine uoluptatis.

Dum ætatis tempus tulit.

In nonnullis est, dum ætas, tempus tulit: quod uersus admittit: sed nō item ut in fine legatur, satias me iam tenet.

Mortem ue exoptet meam.

Alias legitur, expectet. quod Interpres agnoscit. Sic in Adelphis act. 5. sce. 4. illum, ut uiuat, optant, meam autem mortem expectant scilicet.

Absque vna hæc foret. pag. 372.

Duplex lectio, Absq; una hæc foret, ut absq; sit aduerbium

IN HECYRAM.

aduerbium. Vel, Absq; una hac foret, ut sit præpositio. In Phorm. act. I. sce. 4. Absq; eo esset. Georg. Fabricius. Scena 3. pag. 373.

Quod faciundum fortasse sit postidea.

Ita est in quibusdam ueterum. alij ignoratione antiquæ uocis, fecere, post idem. Plautus Stichus. Quem æquius est nos potiore habere, quàm te? postidea pater viros nostros, quibus tu uoluisti esse nos matres familias.

Quæ simul tecum ferantur.

Lege, quæ tecum simul, ut scripsit Muretus, & uersus flagitat.

Quid ita istuc?

Longe elegantius hoc modo legitur, quàm ut uulgo est in libris, Quid ita istuc uis? Versus in nostris libris est trochaicus, sicut & sequentes aliquot. in quorum tertio Muretus & Goueanus recte uerbū facere omiserūt, quod ex glossemate aliquo irrepserat. Scen. 4. Ea nos perturbat Laches. pag. 375.

Priscianus lib. 7. legit hic in uocatiuo, Lache: quomodo paulo post in hac scena eum casum à Terentio prolatum esse uersus arguit.

Cum eam consequitur alienus puer.

Particula iam, quæ in multis libris additur, in uersu locum non habet, nec est in uetere Veneto.

Remissam opu' sit uobis. pag. 376.

Interpres monet, in ueteribus codicibus esse, Remissan' sed Remissam retinendū propter senarium.

ANNOTATIONES

Vt alamus nostrum.

Myrrhinæ consilium fuerat, ut filius exponeret-
tur: Laches contra eum alendum censet. sunt enim in-
ter se contraria, alere et exponere, ut apud Græcos,
ῥέφρη ἐκτιθέναι. Posidippus,

ὕϊόν ῥέφρη τίς καὶ ῥ πένης τίς ὤρτύχη:

δυγατέρα δ' ἐκτίθῃσι, καὶ ῥ ῥ πλούσιθ.

Quamuis sint pauperes, tamen alunt filios:

Sed filias exponunt etiam diuites.

Huc animum ut adiungas tuum. pag. 377.

Apud Interpretem est, huc animum ut abducas tu-
um. quod Riuium secutus Georg. Fabricius recepit.

Sed cum recepta lectio à sententia ῥ à libris anti-
quis adiuuetur, non est temere mutanda.

Non mirum fecit vxor. pag. 378.

Pronomen, mea, quod uulgo additur, in uersu lo-
cum non habet, nisi cum Goueano legas, Non mirum
fecit mea uxor.

Amaræ mulieres sunt.

Hoc Menander, ut est apud Stobæum, sic dixit,

Φύσει γυνὴ δυσήνιόν ἐστι πικρόν.

Natura amara mulier atq; effrenis est.

Puer eho, curre ad Bacchidem.

Apud Agrætiū ita scribitur, Eo est interiectio
iubentis uel hortantis. Teren. Eo puer, curre ad Bac-
chidem. Act. 5. Sce. 1. pag. 380.

Ne nomen mihi quæstus obsteat apud te

Versus est hypercatalecticus, ex quo Geor. Fabr.

d. 15

IN HECYRAM.

duas uoces, apud te, sustulit. In quibusdam libris est, questi, antiquè pro quæstus. quo utitur hoc eodè actu sce. 3. Ut non fiet peccato mihi ignosci.

Mihi peccato, id est, mihi, si quid peccauerim. nam ut iuratus est qui iurauit, ita peccatus, hoc quidè loco, qui peccauit, id est, ὁ ἡμαρτήκων. Similiter locutus est Quintilianus lib. 6. Qui uero iudicem rapere, & in quem uellet habitum animi posset perducere, quo dicto, flendum & irascendum esset, rarius fuit. ibi enim, quo dicto, ualet, οὐ λέξαντ & Muret.

Quære alium firmiorem tibi. pag. 381.

Ita hunc uersum legunt Goueanus & Glareanus. Sane uocem, amicum, Interpres non agnoscit.

Quid cedo? La. Eas ad mulieres.

Versus hi sunt trochaici catalectici. In alijs libris est, Quid uis cedo, & uersus ille est iambicus catalecticus. Scen. 2. pag. 383.

Phidippe nostras mulieres suspectas.

Hi tres uersus aliter à Goueano & Mureto distincti sunt, quàm uulgo legantur. Sustulerunt illi in primo uerbum, fuisse. alij malunt in tertio expungere uocem, falso. quod Interpres non legit. pag. 384.

Illis exple modo animum.

Palatinum, numero plurali, illis modo explete animum. Et tu scilicet Laches, qui hoc negotium tanta cura & sollicitudine agis: et tu quoq; Bacchis, quæ te effecturam iurisiurandi religione es pollicita. Geo.

Fabric. Nam nupta meretrici.

ANNOTATIONES

*Hostis est, lege: nam uersus ita plane requirit.
Atqui eadem amicas fore.*

*Ita hos uersus restituit Goueanus, quorum prior
in alijs libris claudicat, ubi posterior sic incipit, At
eadem amicas fore. Scen. 3. pag. 385.
Dum illic sedeo.*

*P. Bembus in suo dialogo de Terentianis fabulis
hunc uersum ita legit, Itaq; ineptus hodie dum illi se
deo, ut quisq; uenerat. Tun' es Myconius?*

*Ita postulat uersus, in quo loco septimo est tribrachys
pro trochæo. nã, Myconius, omnes syllabas breues
habet, ut tertio uersu aperte cognoscitur.*

Quem mihi ipsu' olim dederat. pag. 386.

*Vulgo hic uersus inuersione corrupte legitur.
quod nõ fuisse animaduersum ab ijs, qui carmina exa-
minarunt, equidem miror. pag. 387.*

Homo se fatetur ut in via nescio quam.

*In uulgaribus libris est, uirginem nescio quam. sed
uocem, uirginem, redundare. Erasmus, Goueanus, Gla-
reanus & Georg. Fabricius etiam uiderunt.*

Ad malas adducam partes.

*Ita citatur à Prisciano lib. 6. in quibusdam libris,
inducam, pro adducam legitur. Scena 4.*

Timeo ne aliud esse credam. pag. 388.

*Verbum esse, in alijs libris non inuenitur, nec in
uersu necesse est. Potest etiam sine incommodo reti-
neri, ut primo loco sit anapestus, & uel tertio pro-
celeumaticus, uel quinto creticus. pag. 389.*

suum

IN HECYRAM.

Suum anulum habere Bacchidem.

*Versus hi ualde perturbati sunt in libris, ut uix
internosci possint: qui in Mureti libro sunt iambici
octonarij acatalectici, & unus catalecticus.*

Nil: nam neque etiam in nuntio.

*Etiam, in alijs non est, quod hic pro adhuc usurpa-
tur. Sic paulo aute, Mane, nondum etiam dixi id quod
uolui.*

Bene factum, & uolupte est.

*Georg. Fabricius scripsit uolupte. quod antiquè po-
nitur pro uolupte. ut diximus in Phorm. act. 4. sce. 3.*

Here, licet me scire. pag. 390.

*Hic incipiunt trochaici: in quorum secundo legi-
tur, non licet. Par. tamen suspicor. uerum Mureti le-
ctio multis partibus melior est. pag. 391.*

Equidem plus hodie boni feci imprudens.

*Sententia Plautina ex Captiuis, Saepe iam in mul-
tis locis plus insciens quis fecit, quam sciens, boni.
Muretus.*

ANNOTATIONVM

FINIS.

M. ANTO

M. ANTONII MURETI DE
METRIS TERENCE
TIANIS.

Terentij uersus duorum generum sunt; iambici,
& trochaici. neque autem iambus in trochaicum,
neque trochæus in iambicum admittitur. Iambicus
initio fiebat è solis iambis, ut,

Quid hoc noui est? quid ira nunciat deum?
& apud Terentium; si modo ita legendum est,
Amantium iræ, amoris integratio est.

Terentianus ait, eos in tragœdijs, propter nimiã ipsorum
leuitatem culpari. ego tamen Græcos poetas
sæpe admodum usos re perio. ut Sophoclem,

πάλα κωηγετῶντα, καὶ μετρούμενον.
ἔτ' ἔργου δόξην, ἐνέπειρ δ' ὄτου χάριν.
ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλοι, ἐμπιτνωδῶ, στρατὸν κλατῆν.

& Aeschylum:

ἔγὼ δ' ἀπολμός εἰμι συγγενῆ θεῶν.
ἅπας δὲ βαχὺς ὅς τις ἀρνέοι κρατῆν.

& Euripidem:

ἐκείθερ εἰμι. παῖς ἔτ' οὐδ' ἀπωλόμην.
ὄλφλον, ὡς ὄλφλε τοῖσι μὲν εἰδόσι.

Postea admissus est alternis spondeus, & omnes pedes,
qui illi temporibus sunt æquales: in quibus est et
proceleumaticus. tribrachys etiam, quòd iambo temporibus
par est, recipitur. creticus, quãuis uno tempore
longior, tamen ipse quoq; receptus est. Iambi

bici

117
(170)

IN HECYRAM.

bici integri, id est, ἀκταληκλικός, semper ultimus pes est iambus. nam claudi uersus, id est, σκάζουτες, an in Plauto sint, alio loco uiderimus, in Terentio quidem non sunt. ne in Graecis quidem aut comicis aut tragicis usquam: itaque qui locum illum ex Aeschilo ita scripserunt,

ἴν' οὐτε φωνήν, οὐτέ του βροτῶν μορφῆν,

et illum, et alios plurimos, dum corrigere uolunt, deprauarunt. recte enim erat in Aldinis,

ἴν' οὐτε φωνήν, οὐτέ του μορφῆν βροτῶν.

Ultimus igitur semper iambus est. ceteris locis magna libertas. non tantum enim iambus, et tribrachys, uerum et spondeus, et omnes spondeo temporibus pares quolibet alio loco, à latinis quidem comicis, tragicisque ueteribus, sine ullo discrimine ponuntur, cretiscum et proceleumaticum raro quidem, sed non nunquam tamen inuenias. iambicorum autem haec fere discrimina sunt. dimeter catalecticus:

ἴDate. mox ego huc reuertar.

dimeter acatalecticus:

Verebar, quorsum euaderet.

trimeter acatalecticus:

Poeta cum primum animum ad scribendum appulit. tetrameter, siue quadratus catalecticus:

Sati' pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.

tetrameter, siue quadratus acatalecticus:

Nihil est. triumpho, si licet me latere tecto abscedere. tetrameter, siue quadratus hypercatalecticus:

Atque

DE METRIS.

Atque eius amicam subagitare. uel heri in uino
quàm immodestus. qui pentametros iambicos faciūt,
nugantur. itaque hic quoque locus in Aeschilo de
prauatus:

ΔΥΗΤΟΪΣΙ ΗΛΕΨΑΣ ὦΠΑΣΕΥ, ΤΟΪΑΣΔ'
erat enim recte in Aldinis:

ΔΥΗΤΟΪΣΙ ΗΛΕΨΑΣ ὦΠΑΣΕΥ, ΤΟΪΑΣ ΔΕ ΤΟΙ.

Trochaicorum apud Terentiū hæc fere ratio. tro
chæus quolibet loco ponitur: ut in iambico iambus.
præter iambum, proceleumaticum, creticum admit
tuntur ijdem omnes pedes, qui in iambicum. trochai
cis autem utitur fere octonarijs, siue quadratis cata
lecticis:

Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, & stulti
tiae tuæ.

Vbi te uidi animo esse omisso, & suauia in præ
sentia

Quæ essent, prima habere, neq; prospicere in lon
gitudinem,

Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc pos
ses perdere.

Interdum autem apud hunc poetam ultima præ
cedentis uersus syllaba principium est in
sequentis. atque ita de Terentij
uersibus breuiter à nobis
disputatum sit.

FINIS.

Munro

in uno
s faciū,
tylo de

ratio tro
nambus
n admite
trochaie
tis catde

stultie

in pre

re in lon

hec pos

na pra
i na





